


Tho: Williams

Mag.^d Hall

Oxford.



ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

ÆSCHYLI TRAGŒDIÆ

QUÆ SUPERSUNT.

RECENSUIT

VARIETATE LECTIONIS,

ET

COMMENTARIO PERPETUO

ILLUSTRAVIT

CHR. GOD. SCHÜTZ.

TOMUS II.

LONDINI:

SUMTIBUS G. ET W. B. WHITTAKER.

1823.


2799

IN

ÆSCHYLI AGAMEMNONEM.

IN

ÆSCHYLI AGAMEMNONEM.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Bello Trojano jam ad finem vergente, uxor Agamemnonis Clytæmnestra speculatori in excubiis posito hoc negotium dederat, ut diligenter signum observaret, quod Græci expugnata Troja, ignibus accensis, (ita enim convenerat) edituri essent. Ipsa enim adulterii cum Ægistho initi conscia, verensque ne Agamemnoni ejus criminis pœnas daret, consilium cum adultero ceperat, mariti e bello reducis interficiendi. Ille igitur φύλαξ in regii palatii tecto constitutus [a] primus in hac tragœdia spectatorum oculis objicitur, sortem suam deplorans, vigiliæque jam in longum extractæ labores et molestias, quibus defungi aliquando misere cupiebat, enarrans [b]. Quæ dum secum loquitur, repente facem in proxima specula accensam conspicit, indeque summo cum gaudio Trojam captam, seque compotem voti sui factum intelligit. Protinus itaque pergit ad Clytæmnestram, lætum ei nuntium allaturus [c]. Jam in scenam prodit Chorus, qui senibus constat, propter ætatem a bello immunibus, præsidioque urbis relictis [d]. Hi speculatore illo non viso adeoque victoriæ Græcorum nondum gnari, de bello Trojano sermonem faciunt, anxios se de exitu et suspensos animis esse haud obscure significantes [e]. Etenim succurrit ipsis prodigium illud duarum aquilarum, quæ, cum principes Græcorum ad expeditionem Trojanam suscipiendam congregabantur, ante ipsum palatii regii atrium, leporem gravidum, unguibus extremo in cursu impeditum, devoraverant. Quod etsi Calchas Græcis faustum belli quamvis diuturni exitum portendere denuntiaverat, obscure tamen aversatus erat infortunia, quæ Græcorum expeditionem turbare possent ex ira Dianæ, ipsi domui Agamemnonis propter illud ostentum aquilarum miserum cum fœtu leporem ante partum necantium,

[a] Agam. v. 3. [b] v. 1—21. [c] v. 22—39.
[d] v. 72. [e] v. 40. sqq.

infestæ. Quin etiam preces addiderat augur, ut averteret hanc Dianæ vindictam, ne forte ea navibus Græcorum ventum adversum immitteret, seque infausta quadam victima (Iphigeniam innuerat) expiari vellet; hoc enim semen fore discordiæ scil. inter Clytæmnestram et Agamemnonem, ex eoque ne quid redituro regi accidat metuendum esse. Hæc igitur Calchantis vaticinia obscure tum quidem enuntiata, post autem, cum, navibus in Aulide vento adverso impeditis, Iphigenia placandæ Dianæ immolata esset, in clariore luce posita jam altius repetit Chorus, fuseque cruenti illius sacrificii historiam persequitur, subinde prodens timorem novi alicujus mali, quod ex cæde Iphigeniæ serius ocius emersurum esse præsagit [f]. Postremo boni senes, ut omnia bene eveniant precati, oratione convertuntur ad Clytæmnestram [g], quam paulo ante jam de nocte surgentem diisque omnibus sacra facientem mirati fuerant [h]. Hæc ipsis Trojam hac nocte captam esse nuntiat, quomodoque id ex signo facum accensarum liquido cognoverit, ostendit [i]. Quibus auditis Chorus Jovi gratias agit, multisque verbis Trojæ sortem Paridisque debitam pœnam prosecutus [k], tandem eo delabitur, ut obscuram animi sollicitudinem prodat, qua, veritus, ne Agamemnoni, vel ex civium tot suorum bello cæsorum funera querentium odio, vel ex deorum invidia, nova etiam infortunia immineant, seniliter angitur [l]. Extremo loco de veritate nuntii aut signi dubitat, metuens ne Clytæmnestra nimis forte credula ante victoriam triumphaverit [m]. Cui tamen suspicioni medetur regina, præconem Achivorum e longinquo advenientem conspicata; qui jam in scenam delatus, salutatis diis, a Clytæmnestra compellatus, Trojam dirutam esse confirmat, de belli calamitatibus exponit, regemque salvum brevi venturum ostendit [n]; post, quum eum Chorus de Menelao percontatus esset, ægre adducitur ut significet, classem Achivorum procellis vexatam, naufragioque disjectam esse; adeo ut Menelao quid factum sit, quo devenerit, salvusne sit an perierit, dicere non possit [o]. His dictis accinit Chorus, multaque super Helenæ raptu Paridisque crimine justoque exitio questus post convertitur ad Agamemnonem, quem procul advenientem conspexerat [p]. Neque ita multo post rex ipse prodit in scenam, curru vectus, comitemque Cassandram secum adducens. Is primum quidem animi sensus expromit, diisque gratias agit [q]; deinde

[f] v. 192. sqq. [g] v. 268. [h] v. 83. sqq.
[i] v. 268—364. [k] v. 365. sqq. [l] v. 441—484.
[m] v. 485—498. [n] v. 499— 625. [o] v. 626—691.
[p] v. 792. sqq. [q] v. 819. sqq.

obviam ei procedit Clytæmnestra [r], et quæ mariti diutius absentis desiderio curaque passa fuerit narrando persecuta, aut ementita potius, rogat virum, ut nunc jam de curru descendat, ædesque longo post tempore invisat. Cum autem honoris causa viam purpureis stragulis sterni jussisset, initio negat Agamemnon se pedibus purpuram calcaturum, veritus scilicet, ne propter superbiam in invidiam numinis incurreret; sed victus tandem precibus et argumentis Clytæmnestræ cedit. Remotis igitur arbitris (a Cassandra enim peregrina Græcam linguam intelligi non putabat) Chorus jam paulo clarius quidem [s], sed tamen tectis adhuc verbis fatum Agamemnonis præsagit. Clytæmnestra denuo ædibus exit [t], Cassandramque curru descendere jubet. Hæc diu silens, postquam Clytæmnestra moræ impatiens in domum rediit furibundæ similis Apollinem inclamat [u], cædemque regis instantem, propheticis verborum involucris usa, vaticinatur. Quibus auditis Chorus vehementer perturbatus, curiosis interrogationibus eo tandem Cassandram adducit, ut clare ac perspicue rem eloquatur [x]; denuntians, jam in eo esse, ut Agamemnon ab uxore ejusque adultero interficiatur. Addit sibi quoque ab ejus manibus necem fatis destinatam; venturum tamen ostendit ultorem, Orestem scilicet, pœnas de scelesta regina ejusque adultero sumturum. Hæc vaticinata ædes intrat, morti se oblatura. Paulo post audiuntur Agamemnonis intus vulnerati et moribundi clamores [y]; choroque altercanti, ac quid sibi faciendum sit trepide deliberanti, supervenit Clytæmnestra [z], qua ratione, et quam ob causam cædes Agamemnonis perpetrata sit, ultro enarrans. Minisque Chori spretis et contemtis indicat se jure maritum occidisse, propter Iphigeniam crudeli nece mactatam; deinde patrem culpæ in malum Atridarum genium confert, Atrei scelerum etiam in filio vindicem. Tandem egreditur Ægisthus [a], ferox et lætabundus, quicum Chorus graviter expostulat; resque haud dubie ad ferrum spectare videtur. Clytæmnestra tamen, verita ne scelera sceleribus cumulando iram deorum sibi contrahat, Ægisthum spernere minas plebeculæ jubet; atque rebus feliciter gestis contentum in posterum a vi et cæde, si fieri posset, abstinere.

[r] v. 864. [s] v. 984. sqq. [t] v. 1043.
[u] v. 1080. [x] v. 1189. sqq. [y] v. 1355.
[z] v. 1383. [a] v. 1388.

FABULÆ AGAMEMNONIS FUNDUS, ITEM SCENÆ LOCUS, TEMPUS, PERSONÆ, ORNATUS SCENICUS.

Hactenus de argumento tragœdiæ; sequitur ut de fabulæ originibus pauca dicamus. Agamemnonem a Clytæmnestra ejusque adultero, eodem die quo redierit in patriam, occisum esse, jam ante Æschylum Homerus auctor fuerat. Cui si credimus, Agamemnon uxorem ad bellum Trojanum proficiscens probo cuidam et spectatæ fidei viro, eique ἀοιδῷ commendaverat, cujus monitis non magis, quam ipsa animi sui indole, utpote quæ per se bona esset, Clytæmnestra sublevata diu fortiter restitit Ægisthi precibus ad indignum adulterii facinus eam sollicitantis. Postea vero Ægisthus istum ἀοιδὸν in desertam insulam deportavit, adeoque sibi ad expugnandam reginæ pudicitiam viam munivit[b]. Quam cum deinde sibi morigeram habuisset, consilium cepit Agamemnonis, cum primum rediisset, insidiis interficiendi[c]. Itaque duobus auri talentis conduxit speculatorem, qui reditum Agamemnonis observaret. Is totum fere annum excubias agens, diligenterque ne se effugeret cavens, tandem, ubi eum procul advenientem conspexerat, illico Ægistho nuntiavit. Re comperta Ægisthus viginti robustos homines in insidiis constituit, regemque convivio exceptum adortus est. Pugnaque inter utriusque socios coorta, et Agamemnon trucidatur, et socii ab utraque parte mutuis cædibus conficiuntur[d]. Tristem hunc vitæ exitum ipse Agamemnon Ulyssi flebiliter narrat, ad inferorum sedes delapso. Se nihil tale opinantem, suum potius adventum liberis famulisque gratum fore sperantem sceleratæ uxoris dolo captum atque ab Ægistho ad exitiales epulas vocatum fuisse. Ibi se sociosque circa craterem mensasque plenas trucidatos concidisse, ipsumpue moribundum jam frustraque manus ad gladium intendentem audivisse miserabilem Cassandræ vocem, ad latus suum a dolosa Clytæmnestra interfectæ. Hæc igitur est Homerica rei narratio, quam Æschylus multis modis immutavit. Æschylus enim Iphigeniæ mactatione Clytæmnestram, ut maritum ulcisceretur, incensam esse perhibet; hanc autem fabulam Homerus prorsus ignorat. Æschylus Agamemnonis reditum ab excubiatore, cui Clytæmnestra hoc negotium

[b] Odyss. iii. v. 264. sqq. [c] Ib. iv. 91. [d] Odyss. iv. 250 sqq.

dedisset, observari fingit: Homerus ab Ægisthi sibi speculatore pecunia ad eam rem conducto. Æschylus cædem Agamemnonis in ipsius ædibus perpetratam ostendit, Homerus contra in Ægisthi domo occisum esse narrat. Æschylus in balneo, singulari quodam strategemate, indusio scilicet, quod manicas non haberet, irretitum ipsius Clytæmnestræ manu occisum; Homerus autem inter convivium ab delecta manu armatorum ex insidiis circumventum esse dicit. Pindarus Pyth. xi. 26. Agamemnonem a Clytæmnestra Argis una cum Cassandra interfectum scribit; utrum vero illud ira propter filiam a patre immolatam accensa, an adulteri monitis adducta fecerit, in dubio relinquit.

Scenam dramatis Argis esse ante regias Agamemnonis ædes, Æschylus ipse diserte notavit. Ac speculator ille quidem in tecto palatii excubiarum causa constitutus erat. Chorus vero, reliquæque personæ in paltea s. area ante regis palatium partes suas agebant.

Actio autem fabulæ matutino diei tempore incipit; quod e v. 25. colligitur, ubi speculator se reginam e somno excitatum ire declarat. Reliquæ vero diei horæ nuspiam in hac tragœdia notis designantur.

Personæ dramatis, præter Chorum senum Argivorum, hæ sunt: speculator, Clytæmnestra, præco ab Agamemnone missus, Agamemnon, Cassandra, Ægisthus.

"Chorus constabat quindecim hominibus. Schol. Aristoph. ad Equites: ὁ δὲ Τραγικὸς ιέ· ὡς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Cave vero, ne hoc intellexeris factum esse lege Attica, qua cautum est, ne chorus personis ultra quindecim constitueretur: etenim lata est lex ista post hanc Tragœdiam exhibitam; nempe occasione Eumenidum, fabulæ hujus tragœdiæ (quæ Orestias dicta) tertiæ." Stanl.

Speculatorem illum, qui prologum agit, Agamemnonis θεράποντα fuisse significat græci argumenti scriptor; cujus verbis in quibusdam libris additur; οὐχὶ ὁ ἀπὸ Αἰγίσθου ταχθεὶς φύλαξ. Sed ipse, nec quis sit, nec a quo ignem aut facem, expugnatæ Trojæ indicem, observare jussus sit, commemorat.

"Præconi, ut recte observat Stanleius, græci argumenti auctor nomen Talthybii suo Marte apposuit; nam apud Æschylum nullum est. Et quare Talthybii potius quam Eurybatis ei affixerit, incertum est. Apud Senecam in Agamemnone is nuntius, qui Trojæ excidium et Græcanicæ classis naufragium Clytæmnestræ indicat, Eurybates dicitur. Uterque et Talthybius et Eurybates præcones erant Agamemnonis, quorum apud Homerum multa mentio."

Ceterum in edd. Turn. Vict. et Canteri personis hujus Dramatis annumerabatur Ἄγγελος, cui tribuebantur ista, quæ v. 268. sqq. dicuntur; quæ Choro tribuenda esse recte Stanleius intellexit, nuntiumque illum e numero personarum circumscribendum esse vidit.

Scena longam urbis plateam repræsentabat, passim aris deorum ornatam, cf. v. 91. sqq. cujus in anteriore parte visebatur Agamemnonis regia. cf. v. 3. 529.

Absolvitur autem hæc tragœdia scenis xvi. quarum prima v. 1—39. agitur a speculatore solo secum loquente; secunda v. 40—267. Chori canticum continet, Clytæmnestra sacra faciente; tertia v. 268—364. Chori et reginæ colloquium de Trojæ expugnatione ignibus accensis significata; quarta Chori oden, qua ejus urbis casum celebrat, v. 365—499; quinta brevem Clytæmnestræ, quæ præconem procul conspexerat, cum Choro confabulationem, v. 500--513; sexta iisdem præsentibus præconis narrationem, v. 514--625; septima, digressa Clytæmnestra, Chori et præconis de reditu Græcorum colloquium v. 626-691; octava Chori carmen, v. 692—791; nona Chori et Agamemnonis dialogum, tacente Cassandra, v. 792—863; quibus scena decima accedit Clytæmnestra, v. 864—983; qua cum Agamemnone domum ingressa, Chorus, undecima scena, Cassandra in curru remanente, animi metum de Agamemnonis fortuna cantico exprimit, v. 984--1042. Scena duodecima Clytæmnestra frustra Cassandram curru descendere et se sequi jubet, v. 1043—1076. Decima tertia Cassandræ vaticinia ejusque cum Choro colloquium habet, v. 1077--1341. Decima quarta sequitur Chori in duas partes discedentis, cæsi Agamemnonis clamore audito, dialogus, v. 1342—1382. Decima quinta Chori cum Clytæmnestra altercatio, v. 1383—1587. Ultima Ægisthum sistit coram Clytæmnestra et Choro crociter Agamemnoni cæso insultantem Chori autem minas et opprobria superbe contemnentem; quem tandem Clytæmnestra partim mitigans, partim confirmans, domum abducit.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΦΥΛΑΞ.
ΧΟΡΟΣ, πρεσβυτῶν Ἀργείων.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ, κῆρυξ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ.
ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων Ἀγαμέμνονος.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΦΥΛΑΞ.

ΘΕΟΥΣ μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων,
Φρουρᾶς ἐτείας μῆχος, ἣν κοιμώμενος

2. μῆχος, ἣν] μῆκος δ' ἦν Guelf. Ald. Rob. μῆκος ἦν Turn. etc. μῆχος dedimus ex emendatione Stanleii certissima.

IN SCENAM I.

v. 1—39.

Speculator in tecto ædium regiarum constitutus annuarum excubiarum molestias queritur v. 1—7. earumque causam exponit v. 8—11. Simul domus Agamemnoniæ fortunam absente domino haud optime administratæ identidem deplorare se significat v. 12—18. Iterumque, ut mox ab excubandi labore vacatio detur optanti v. 20, 21. repente conspicitur ignis in proxima specula accensus, quem summo cum gaudio excipit, ac Trojam captam esse reginæ nuntiaturus descendit.

Observandum est autem, poëtam nostrum hujus excubiatoris animum Agamemnoni fidum ac benevolum effinxisse, ne quis forte Homerica narratione de Ægisthi speculatore duobus talentis corrupto deceptus aliter sentiat. Cum enim v. 18. sq. testetur, se domus Agamemnoniæ sortem deplorare, quod a pristina, quæ optima fuisset, administratione ad statum deteriorem deflexerit; cum v. 34. disertis verbis optet, ut sibi contingat regi exoptatissimo manus porrigere, quid est quod quis amplius ad fidem hominis in regem agnoscendam requirat? Æschylus autem hujus famuli conditionem callidissime sic efformavit, ut bene quidem illicitam inter Ægisthum et reginam consuetudinem divinasse (v. 37.) nihil autem de insidiis regi paratis rescivisse videatur. Hoc modo spectatorum curiositatem excitari necesse erat, sed ita ut augeretur iis fames, non ut satietatem continuo cognoscendi caperent. Præterea decem primis versibus scienter effecit poëta, ut spectator, quis loquatur, quid rerum gerat, quo in loco sit constitutus, facile intelligat; neque tamen in his quidquam theatri causa dici, sed omnia potius e loquentis ingenio et conditione fluxisse videantur.

1. sqq. Θεοὺς—μῆχος. *Deos equidem posco horum laborum finem, annuarum excubiarum vacationem.* Abreschius Pauw-

Στέγαις Ἀτρειδῶν, ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
Ἀστρῶν κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,
Καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
Λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι,

3. ἄγκαθεν] ἔγκαθεν Guelf. Ald. 4. νυκτέρων] νεκτερῶν Guelf. Ald. Rob. 5. βροτοῖς] βροτοὺς Guelf. 7. Hunc versum Valckenaer ad Eurip. Phœniss. v. 506. recte spurium esse judicat; adscripsisse quendam Ἀστέρας ut glossema, inde alium forte addidisse ὅταν—τῶν. ibid. ὅταν] ὅτ' ἂν Guelf. Ald. Rob.

iusque vulgatam lectionem μῆκος defendunt; quæ nobis, quocunque modo construatur, durum orationis nexum efficere videtur. Nam sive cum scholiasta præpositionem κατὰ subintelligas, sive, quod durius est, μῆκος quasi adverbii loco positum ad illa ἦν κοιμώμενος trahas, impeditior sit, quam pro reliqua hujus prologi facilitate ferri potest, orationis structura. Itaque præferendum est μῆχος, ut in φρουρᾶς ἐτείας μῆχος sit ἐπεξήγησις quædam et uberior declaratio verborum τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων, ex quo simul verborum concinnitas efficitur Æschylo valde familiaris. Eundem in modum λαμπάδος τὸ σύμβολον explicatur per subsequentia αὐγὴν πυρὸς, et quod continuo sequitur, ἐκ Τροίας φάτιν, ei perspicuitatis ergo additur ἁλώσιμόν τε βάξιν. Præterea, ut alibi apud nostrum ἄκος et ἄχος permutata a librariis vidimus, sic apud Herodotum quoque c. 151. ubi legitur ἐπεί τι δὲ κακοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆχος, in quibusdam vett. lib. erat μῆκος, quod est ab nonnullis editoribus eo loco servatum.

φρουρᾶς ἐτείας. Notandum est hunc excubiatorem nocturnum tantum fuisse, ita ut singulis diebus a solis ortu ad occasum alius, qui interdiu ab ædibus observaret, ejus vices exciperet. Quod cum ipsa rei natura, tum illa quæ sequitur muneris descriptio docet.

ἦν κοιμώμενος. *Qua* scil. φρουρᾷ *excubans, quas quidem excubias agens desuper in tecto Atridarum.*—ἄγκαθεν Stanl. vertit *super*, Heathius *jamdudum, a longo tempore.* "Verum et hic et alibi idem est quod alias ἄνωθεν, *desuper, ex edito loco.* De tecto enim ædium observasse speculatorem dubitare non sinit versus 318. ἔπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόδε σκήπτει στέγος φάος. Sic autem adverbio ἄγκαθεν iterum utitur noster Choëph. v. 425. ἄνωθεν ἀνέκαθεν κτύπῳ ἐπιῤῥοθεῖ, et Eumen. v. 375. ἄγκαθεν βαρυπεσῆ καταφέρω ποδὸς ἀκμὰν, quomodo nempe apud Atticismi observantes perpetuo usurpari volunt Phrynichus et Thom. Magister, licet, ut hic addit, Herodotus semel de tempore adhibeat; imo sæpius, vid. lib. ii. c. 43. v. 62. vi. 63."—*Abresch.*

3. στέγαις Ἀτρειδῶν cf. v. 529. Apud Sophoclem in Electra v. 9. Pelopidarum vetus regia Mycenis ponitur.

κυνὸς δίκην. Æschyli ætate comparatio a cane ducta, non magis ignobilis erat, quam Homerica similitudo ad Ajacis fortitudinem designandam ab asini indolentia petita. Hac imagine igitur summa in vigilando fides et assiduitas designatur. cf. 618. 905.

4—6. ἀστρῶν—αἰθέρι. *Astrorum vidi nocturnam concionem s. chorum, et splendidos illos* cœli *rectores, in æthere eminentes, qui hiemem et æstatem mortalibus ferunt.* ὁμήγυριν ἀστρῶν Musæus quoque dixit. λαμπροὺς δυνάστας solem ac lunam intelligit, quos Virgilius sub Liberi et Cereris nomine sic alloquitur:

vos ô clarrissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis
annum.

δεσπότην κόσμου solem appellat auctor Orphicor. hymn. vii. 16. Ac si quis quærat, quomodo vigil nocturnus solem

[Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.]
Καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,
Αὐγὴν πυρὸς φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν
Ἁλώσιμόν τε βάξιν· ὧδε γὰρ κρατεῖν
Γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζω κέαρ.

10. κρατεῖν] κρατεῖ Guelf. Rob. Turn. Rob. ἐλπίζει conj. Heath. 11. ἐλπίζω] ἐλπίζων Guelf. ἐλπίζον

contemplari potuerit, facile respondetur, eum occidente sole in stationem suam concessisse, nec eam priusquam sol ortus esset, præsertim æstivo tempore, reliquisse.

7. ἀστέρας—τῶν. Hic versus et male tornatus et inepte cum antecedentibus compositus esse videtur. Itaque eum, Pauwio præeunte, suppositum esse arbitror.

8. καὶ νῦν—σύμβολον. "*Quin cum maxime, quin etiam nunc observo faci signum*, quasi dicat, *necdum finem sortitur vigilandi labor.*" *Abresch.*

8. sqq. λαμπάδος τὸ σύμβολον facis s. ignis accensi signum amplius exponitur per αὐγὴν—βάξιν, *splendorem ignis qui afferat nuntium a Troia, ejusque expugnatæ famam.* Sed hujus φρυκτωρίας ratio accurate et copiose describitur infra v. 291. sqq.

10. sq. ὧδε γὰρ κρατεῖν γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζω κέαρ. Mirum est, quantum in his explicandis inter se dissentiant interpretes. Sunt qui vertant ἀνδρόβουλον *de viro sollicitum*, quæ notio vereor ut huic vocabulo recte subjiciatur. Stanleius interpr. *viro insidiantem*, existimans ex versu 18. et 35. intelligi, speculatorem insidiarum quas Clytæmnestra marito strueret gnarum fuisse. In quo falsus est vir doctissimus. Nam quod v. 18. se casum Agamemnoniæ domus deplorare, quodque postea v. 36. sq. dicit :

τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
βέβηκεν,

in eo apertum est nihil aliud quam vitam reginæ tangi impermissa gaudia cum mœcho captantis : hoc eloqui clarius propter timorem veretur, idque proverbio significat, quod de iis, qui libere loqui non auderent, usurpabatur. Deinde quod addit, ipsas ædes, si vocem acciperent, clarissime elocuturas, v. 37, 38. hoc nullo modo de insidiis regi struens, de adulterio vero optime intelligi et callidissime dici poterat. Quid? quod Æschylus ipse pugnantia secum frontibus adversis, ut ait Horatius, composuisset, si speculatorem hunc v. 34. ut sibi contingat regi dexteram porrigere fideliter sane et humaniter optantem, adeo simul perfidum finxisset, ut nollet ei, quod ejus vitæ strueretur, exitium indicare. Et si adulterium Clytamnestræ regi proderet, verendum erat, ne sibi non crederetur; in detegendis adulteri insidiis non item. Quæ quum ita sint, ἀνδρόβουλον quidvis aliud potius quam *viro insidiantem* significet. Pauwius Robortellianam lectionem amplexus ὧδε γὰρ κρατεῖ γ. ἀ. ἐλπίζον κέαρ hoc modo eam interpretatur: *Sic enim continuat mulieris de viro cogitans sperare animus.* Enimvero ut hoc non urgeam, ita nec sensum satis aptum, nec planum verborum cum antecedentibus nexum effici, vel unum sufficit ad evertendam Pauwii sententiam, quod verbo κρατεῖν et adjectivo ἀνδρόβουλον significationem tribuerit prorsus ab his vocabulis alienam. Nam neque illud *continuare* umquam significat, neque hoc potest verti *de viro cogitans.* Abreschius eadem Robortelli lectione prælata, sensum esse decernit istum : *Ita quippe me facere jubet mulieris viro insidiantis spes animus.* Cujus opinioni suffragari non possumus,

Εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
Εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην

13. sq. ἐπισκοπουμένην ἐμὴν] Frustra Stanleius corrigebat ἐπισκοτουμένην· Ἐμοὶ—.

quod insidiarum Clytæmnestræ gnarum fuisse speculatorem ponit, id quod secus esse paulo ante demonstravimus. Nec in verbo κρατεῖν jubendi notionem facile quæsiverim. Heathius, ἐλπίζει corrigens, ita vertendum existimat: *hujusque enim voti se compotem futurum sperat mulieris cor viro farens*, aut, si quis malit, *viri desiderio captum*; utrumque enim significare posse epitheton ἀνδρόβουλον. Quodsi vel maxime viro doctissimo concederem, fieri posse ut vocabulo ἀνδρόβουλον hæc vis et potestas subjiciatur, (nam nunc quidem exempla, præsertim ex Æschylo petita, desidero) tamen eam vim verbi ab hoc loco alienissimam esse contenderem. Quomodo enim speculator, qui animum reginæ nosset, eum *viro furentem*, aut ejus *desiderio captum* diceret? Cl. le Grand, distinctionem post κέαρ tolli, et v. 12. pro εὖτ' ἂν δὲ—scribi jubet εὖτ' ἂν γε· quo pacto locum sic intelligendum esse existimat: *Sic enim contineri posse mulieris accensum amore animum spero, si trepida istac roscidaque utar noctis requie somniis inaccessa.* Scilicet in ea est opinione vir doctus, ista verba εὖτ' ἂν δὲ—non habere unde pendeant, nisi cum prioribus uno tenore jungantur, quod secus esse post apparebit. Nec video, quam vim ad continendum mulieris animum continuatæ speculatoris excubiæ habere potuerint. Accedit denique illud, quod ἀνδρόβουλον minus commode interpr. *amore accensum.* Nobis vero epitheton illud nihil aliud significare videtur, quam *animum virilem*, h. e. *viriliter* vel *sapientem* vel *ferocientem* seu secundum veriorem scholiastæ paraphrasin (alteram enim, quam offert, κατὰ ἀνδρὸς βουλευόμενον, h. e. *viro insidiantem*, supra confutavimus) τὸ μείζονα ἢ κατὰ γυναῖκα βουλευόμενον. Atque hunc sensum vocabulo tribuendum esse, non solum versus 358. confirmat, ubi Chorus Clytæmnestræ his verbis blanditur:

Γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις,

h. e. *regina, pro virili tua prudentia*, et quæ muliebre ingenium superet, *sapienter loqueris*; sed etiam, ut sic interpretemur, usus loquendi cum universo verborum contextu suadet. Ut enim Choëph. v. 624. γυναικοβούλους μήτιδας φρενῶν, nemo aliter explicaverit, quam per *muliebria consilia*, sic h. l. ἀνδρόβουλον κέαρ est virilis animus, viriliter sapiens, s. ferociens. Κρατεῖν autem nihil aliud est, quam *vincere*. Adeoque speculator hæc dicit: *Quin etiam nunc in eo sum, ut observem facis illud signum, Trojam captam esse, mihi nuntiaturum; sic enim*, h. e. *quod si contigerit, spero fore, ut mulieris viriliter ferocientem animum vincam*; h. e. spero me effecturum, ut, cum audiverit maritum expugnata Troja mox ad patrios lares reversurum, ab illa licentia in posterum abstineat, maritoque potius quam adultero obsequatur. Quod verum esse, magis etiam e. v. 31. sqq. colligitur, ubi fidus in regem speculator se heri collapsam rem domesticam hoc nuntio accepto restituturum affirmat. Quod quomodo aliter interpretemur, nisi hac ratione, ut speret homo, Agamemnonis reditu impotentem Clytæmnestræ animum commotum iri, ut ad fidem regi marito suo debitam revertatur?

12—19. εὖτ' ἂν—διαπινουμένου. *Ex quo tempore autem hic sub dio pernocto, cubilique utor a somniis non frequentato (metus enim somni loco mihi præsto est, ne umquam arcto somno palpebras claudam); quando igitur cantare aut vociferari institui, hoc quidem oppositum adhibens somni remedium, tunc soleo gemens domus hujus infortunia deplorare, nequaquam, sicut olim, optime administratæ.* In errorem duxit interpretes, quod illud εὖτε redderent *interea*, quum vertere dubuissent, *quando*,

Ἐμὴν, φόβος γὰρ ἀνθ᾽ ὕπνου παραστατεῖ,
Τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
Ὅταν δ᾽ ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
Ὕπνου τόδ᾽ ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,

16. ὅταν] ὅτ᾽ ἂν Guelf. Ald. 17. ἐντέμνων] Perperam Heathius rescribi volebat ἐντείνων.

aut *ex quo tempore.* Sic Sept. adv. Theb. v. 344. *εὖτ᾽ ἂν πόλις δαμασθῇ.* Igitur totus ille locus est *ὑπέρβατον*, ubi oratio excurrit a verbis *εὖτ᾽ ἂν δὲ* usque ad *ἐπισκοπουμένην*, ibi autem insistit, parenthesi *φόβος γὰρ—συμβαλεῖν ὕπνῳ* interjecta; deinde contructione illa resumta *ὅταν δ᾽ ἀείδειν* etc. usque ad finem decurrit.

νυκτίπλαγκτος εὐνὴ est *cubile, ubi quis non dormit, sed potius discurrit, ein unstätes Nachtlager. ἔνδροσος* roribus et pluviis expositus.

14. sq. *φόβος γὰρ ἀνθ᾽ ὕπνου—συμβαλεῖν ὕπνῳ.* Vocabulum ternis versibus proxime inter se junctis ter recurrit, præter morem Æschyli, variare verba soliti. Itaque si in codd. legeretur:

τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ἐμέ.

hoc sane præferrem.

16. *μινύρεσθαι*, minurire, minurizare, proprie est avium, ut lusciniæ vel hirundinis; transfertur autem ad submissam tenuemque vocis modulationem. Nostris diceretur: *Wenn mirs einfällt zu singen oder zu trällern.*

17. *ὕπνου—ἄκος.* Minus commode sic reddidit lat. interpres: *hoc somni loco adhibens cantionis remedium.* Imo ipsum *ἀείδειν* et *μινύρεσθαι* erat somni remedium. Nec satis, quæ vis esset vocabuli *ἀντίμολπον*, assecuti sunt interpretes. Significat autem speculator, se nocturnum tempus fallere cantando aut minuriendo, ut qui sæpe hoc remedium adhibeat, ne somno opprimatur. Non nimis scil. urgendum est etymon verbi *ἀντίμολπον* in explicanda ejus notione, cum h. l. nihil amplius notet, quam *adversum, discrepans* aut *oppositum.* Sic in Eurip. Med. v. 1126. *ἀντίμολπος ὀλολυγῆς κωκυτὸς* ejulatio valde ab ejulatu discrepans, redditurque a Scholiasta per *ἀντίφθογγον, ἐναντίον τῇ εὐχῇ.*

Pro *ἐντέμνων ἄκος* Heathius conj. legendum esse *ἐντείνων, voce sublata intendens.* Frustra, si quid video. Sed induxerant hominem doctissimum ineptiæ Pauwianæ, qui illud *ἐντέμνων ἄκος ἀντίμολπον* ita declaraverat intelligendum esse, ut significaret: *hoc cantionis contra somnum remedium* sicut victimam (*ὡς σφάγιον*) *incidens* vel *dissecans.* Sane ridicule. Nemini autem nisi Pauwio in mentem venire poterat, tropum illum, qui latet in locutione *ἄκος ἐντέμνειν*, adeo urgere et premere, ut absurdum quid exiret, non poëtæ vitio sed interpretis calumniæ tribuendum. *Ἄκος ἐντέμνειν* nihil aliud est, quam *remedium parare.* Sic in Eurip. Andromacha v. 121. *εἴ τι σοι δυναίμαν ἄκος τῶν δυσλύτων πόνων τεμεῖν*; ubi *τεμεῖν*, pro eo quod vulgo legebatur *εὑρεῖν*, recte a Brunckio V. Cl. revocatum est. Etenim Scholiastes quoque *τεμεῖν* in suo codice legerat; quod testatur ejus explicatio: Τεμεῖν] *ἀπὸ τῶν ῥιζοτομούντων ἡ μεταφορά. τεμεῖν οὖν ἀντὶ τοῦ εὑρέσθαι.* Sic apud nostrum Choëph. 537. *ἄκος τομαῖον πημάτων.* In locutione igitur *ἐντέμνων ἄκος* servatur metaphoræ constantia; utrumque enim vocabulum a medicinæ similitudine ad quodvis aliud remedium translatum; si autem poëta scripsisset *ἐντείνων, intendens*, vitiose

Κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,
Οὐχ', ὡς τὰ πρόσθ', ἄριστα διαπονουμένου.
Νῦν δ' εὐτυχὴς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων
Εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.—
Ὦ χαῖρε λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
Φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
Πολλῶν ἐν Ἄργει τῆσδε συμφορᾶς χάριν.
'Ιοὺ, ἰού.
'Αγαμέμνονος γυναικὶ σημανῶ τορῶς,
Εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος δόμοις
'Ολολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι
'Εποςθιάζειν, εἴπερ 'Ιλίου πόλις
'Εάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
Αὐτός τ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι.
Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι

19. διαπονουμένου] Stanl. conj. διακονουμένου. Sed nihil mutandum. 26. σημανῶ] σημαίνω Guelf. Ald. Rob. Turn. 27. εὐνῆς] εὐνὴν Guelf. Ald. 29. ἐποςθιάζειν] ἐποςθριάζειν Guelf. Ald. Rob. 30. ἀγγέλλων πρέπει] Pauwius sine causa corr. ἀγγέλλει πρέπων.

illud cum ἄκος conjunxisset, unamque metaphoram a chordarum vel vocum sonis ductam cum alia ex medicorum arte sumta conglutinasset.

19. διαπονεῖν h. l. i. e. q. διοικεῖν, *administrare.*

20. sq. νῦν—πυρός. *Nunc vero felix et faustumihi sit vacatio a labore, nocturno igne jam, qui lætum nuntium offerat, apparente.*

22. sqq. ὦ χαῖρε—χάριν. *O salve fax noctis diurnam lucem,* h. e. clarissimam prosperitatem, *et multorum chororum institutionem nobis nuntians, qui Argis ob hunc eventum celebrabuntur.*

ἡμερήσιον φάος. Comparavit Stanl. Pers. v. 298, 299. Agam. v. 531. Germanice sic vertas : *sey gegrüsst Fackel der Nacht, die du uns den hellsten Tag verkündigst !*

28. ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα, *ein Freudengeschrey.* " ὀλολύζειν et ὀλυλυγμὸν in meliorem sæpe partem sumit Æschylus; ut v. 598. ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο· et v. 606. ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἔλασκον εὐφημοῦντες ἐν θεῶν ἕδραις." *Stanl.*

Sensus : *Jamque Agamemnonis uxorem clara voce excitabo, ut celeriter de lecto surgens in ædibus clamorem gaudii gratulationisque plenum huic faci occinat, si quidem captum est Ilium, ut aperte fax illa nuntiat.*

31. αὐτὸς—χορεύσομαι. *Atque ipse ego choreæ præsultator ero.* προοίμιον non solum est citharœdorum (*das Vorspiel*) sed etiam saltatorum (*der Vortanz.*) Significat igitur se ipsum publicæ ovationis initium facturum.

32. τὰ δεσποτῶν—θήσομαι. *Collapsam*

Τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.
Γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφιλῆ χέρα
Ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί.
Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας
Βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθόγγον λάβοι,

enim dominorum h. e. Agamemnonis *fortunam restitutam.* Melius enim est εὖ et θήσομαι jungere, quam, quod Abreschio placuit, εὖ et πεσόντα, quamquam alibi quoque εὖ πίπτειν usurpatur. cf. v. 19.

33. τρὶς ἓξ βαλέσης—φρυκτωρίας. *Cum mihi ista speculatio optime evenerit;* sumta comparatione e lusu tesserarum, ubi si ternis tesseris ludas, optimus jactus est, ter sena puncta jecisse. "Parœmia satis nota Zenob. Cent. 4. Adag. 23. τὸ μὲν γὰρ τρὶς ἓξ τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ· τὸ δὲ τρεῖς κύβοι τὴν ἧτταν. πάλαι γὰρ τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, καὶ οὐχ, ὡς οἱ νῦν, δυσί. Porro apud Eustathium in Odyss. α'. pro τῆσδέ μοι legitur τῆς Διὸς nec id librariorum incuria. Ipse enim Eustathius videtur sequi pravam lectionem. Ἀστείως, inquit, Ὁμήρου ἐνταῦθα εἰπόντος τὸ

ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ,

ἤγουν οὐκ εὖ κατὰ τὸ

Τρὶς ἓξ βαλούσης Διὸς φρυκτωρίας

οὐδὲ κατὰ τὸ

Αἰεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι

ἀλλὰ δηλονότι κατὰ τὴν τύχην, ὡς εἰπεῖν παλίμβολον." *Stanl.* (cf. Suid. in τρὶς ἓξ, ubi hunc locum laudat, corruptis tamen quibusdam in vulgato textu verbis.)

34. sq. γένοιτο—βαστάσαι χερί. "Recte interpres, *hac sustineam manu.* Morem tangit, quo lautioris fortunæ homines, humeris manibusque aliorum, ministrorum præcipue, nixi incedunt. Admetus ap. Eurip. Alcest. v. 926. σὺν ὑμεναίοις ἔστειχον ἔσω φιλίας ἀλόχου χέρα βαστάζων. Add. not. ad Petron. c. 65. Posset autem videri, βαστάσαι χεῖρα χειρὶ per se etiam significare *contrectare manum manu.* Sic Suid. βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι.—

36. sq. τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς βέβηκεν. *Reliqua vero sileo; magnus bos linguam incessit.* Proverbium notissimum de iis, qui pecunia corrupti ea tacent, quæ eloqui et prodere deberent; translatum dehinde ad hos, qui propter timorem, s. ob mulctæ metum, libere loqui non auderent. Et hanc quidem rationem hic valere, e reliquo speculatoris sermone colligitur. Cum enim fido sit in Agamemnonem animo, non profecto in eum corruptelæ suspicio cadit. Suidas: Βοῦς ἐπὶ γλώττης· ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσθαι· ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου, ἢ διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόμισμα βοῦν ἔχειν ἐγκεχαραγμένον, ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παῤῥησιαζομένους. Eadem habet Hesychius. cf. etiam Polluc. lib. ix. s. 62. Athenæus lib. xii. c. 12. e Menandri piscatoribus, ubi quosdam exules Heracleotas induxerat, hunc versum affert: παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, quem Casaubonus in eandem sententiam interpretatur. "Theognis:

Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ
λὰξ ἐπιβαίνων,
Ἴσχει, κωτίλλειν καίπερ ἐπιστάμενον.

Ceterum ni fallor Pythagoricum quiddam sapit. Philostrat. vita Apollon. Γλῶττάν τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων συνέσχε βοῦν ἐπὶ αὐτῇ σιωπῆς εὑρὼν δόγμα de Pythagora loquens. unde eleganter idem in Scopeliano Sophista, πεπεδημένοι τὴν γλῶτταν εἶναι καὶ βοῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτὴν βεβλημένοι." Stanl.

37. sq. οἶκος—λέξειεν. *Domus autem ipsa, si vocem acciperet, clarissime eloque-*

Σαφέστατ' ἂν λέξειεν. Ὡς ἑκὼν ἐγὼ
Μαθοῦσιν αὐδῶ, κοὐ μαθοῦσι λήθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

ΔΕΚΑΤΟΝ μὲν ἔτος τόδ', ἐπεὶ Πριάμου

39. κοὐ] καὶ οὐ Guelf. Ald. 40. ἐπεὶ Πριάμου] ἐπεὶ Πριάμῳ Guelf. Ald. Rob. ἐπὶ Πριάμῳ Turn.

retur. Haud obscure tangit Clytæmnestræ adulteria. "Simili ratione Eurip. Androm. v. 924. δόμοι φθέγμ' ἔχοντες, et Hippol. 1074. ὦ δώματ' εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι. Idem Hec. v. 836. εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι καὶ χερσί. Nec disparile illud Aristæn. lib. i. ep. 10. med. εἴθε ὦ δένδρα καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή. Ipsam h. l. phrasin habes in Soph. Electr. v. 551. φαίει δ' ἂν ἡ θανοῦσα εἰ φωνὴν λάβοι. Eurip. Iphig. Taur. v. 52. nec non Lucian. de luctu p. 431. πρὸς ἃ ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ' ἂν εἰ λάβοι φωνήν." *Abresch.*

38. sq. ὡς ἑκὼν—λήθομαι. *Quare lubens equidem intelligentibus* (scil. Clytæmnestræ vitam æque atque ego perspicientibus) *loquor*, et cum iis una queror; *et non intelligentes lateo*, h. e. caveo tamen, ne aliis harum rerum ignaris aliquid impertiam, verens nimirum, ne forte quis, reginæ quam mihi benevolentior, ei quæ dixerim renuntiet. Abreschius vertit: *nam volens et dedita opera intelligentibus loquor*, quasi dixerit sapienti et intelligenti sat dictum; et ad spectatores respexerit, quod nobis quidem non placet.

IN SCENAM II.

v. 40—267.

Chorus ingreditur senum Argivorum. Cujus primum carmen antequam persequamur, operæ prætium est, pauca de causis, quas ex Æschyli instituto habuerit, ut male de Agamemnonis fortuna timeret, in universum disputare. In omnibus enim hujus tragœdiæ Choricis regnat perturbatio quædam senum de Agamemnonis fortuna sollicitorum. Hic metus primum, sed obscure proditur v. 65. sqq. ubi Chorus, postquam dixerat Jovem hospitalem pro raptu Helenæ Atrei filios adversus Parin misisse, Trojanis pariter ac Græcis certamina plurima et gravissima impositurum, hæc addit: Ceterum utcunque res se habeant, certe fatalem eventum sortientur; neque enim furiarum iræ vel sacrificiis vel fletu et lamentatione demulceantur. Quibus verbis apertius quidem diræ Menelai in uxoris raptorem, tecte tamen etiam, quod ex consecutione sententiarum apparet, imprecationes, quibus Thyestes fratrem Atreum ejusque genus devoverat, tanguntur. Quamquam si quis forte poëtam ad Thyestæ diras in his verbis respexisse pernegaverit, pertinacius non repugnabo; dummodo mihi detur, non omnino id a veri specie abesse, propterea quod in Cassandræ vaticiniis clare ac perspicue cædes Agamemnonis, cum propter alia, tum maxime propter Thyestæ diras fatis decreta esse perhibeatur. cf. v. 1105. Altera autem causa de Agamemnonis sorte male timendi, eaque certius prodita, hæc est senibus illis, quod propter Iphigeniæ immolationem Calchantis responso obscuro illo quidem, sed mala tamen quædam

Μέγας ἀντίδικος
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων,

præsagiente, commoti, ne quid regi sinistri eveniat, verentur. Hoc primum significant, cum a Clytæmnestra, quam sacrificia per urbem obeuntem viderant, petunt, ut sollicitudini suæ medeatur, v. 100—104. qua cogitatione, propter nexum idearum, ut sit, eo deveniunt, ut omnem illam historiam de portento duarum aquilarum ante navigationem Græcorum viso, de Calchantis interpretatione, de ira Dianæ ejusque expiatione per Iphigeniæ mactationem facta, prolixius enarrent, finem tamen dicendi in eodem argumento, metus nimirum significatione, ponant, v. 255—266. Post quum a Clytæmnestra, Trojam captam esse, comperissent, in eo quidem justam Paridis pœnam agnoscunt, novam tamen Agamemnoni male ominandi causam afferunt, invidiam scilicet et odium populare, quod Agamemnon subierit, cum propter hujus mulieris raptum bellum suscepisset, gloriose quidem jam finitum, sed populo suo propter multas civium cædes calamitosum. Atque hoc est illud argumentum, quod Chorus a v. 439. ad v. 482. ita persequitur, ut verbis utatur, tectis illis quidem, et involutis, tamen ad sensum animi explicandum satis appositis. Idem denuo sed breviter tangitur v. 809. sqq. postquam a præcone certior factus, Trojæ eversionem carmine celebraverat. Ultima tandem ratio, qua Chorus adducitur, ut male regi ominetur, posita est in suspicione, quam de regina, partim Calchantis vaticinio (v. 155. sqq.) ductus, partim ipsa mulieris cum Ægistho consuetudine commotus, dudum conceperat. Quæ quidem suspicio etsi senum animis perpetuo obversabatur, prudentissime tamen a poeta institutum est, ut eam non ante, quam Agamemnon redux ædes intrasset, clarius proderunt. Cum enim regina maritum domum deductura, Jovem invocasset, ut sua vota perficeret (v. 982.), horum verborum ambiguitate senes admonentur, ut et omnem illam curam, quæ dudum esset in animis fixa, denuo prodant, et apertius inde a v. 1010. quam suspectum habeant reginæ animum, significent. Has igitur sollicitudinis Chori et varias multiplicesque causas, et diversas pro occasione dicendi significationes mirifice Æschylus per omnes Chori partes sparsit, itaque temperavit, ut parem in hoc genere artificii e recentioribus tragicis, præter Shakespearium, habeat forte neminem.

In primo autem ingressu Chori vel hoc senum, præsidio urbis relictorum, personis convenientissimum est, quod inde a quo Agamemnon ad bellum Trojanum prosecutus sit decimum jam annum volvi queruntur. Est vero universa illa oratio v. 40. sqq. admirabiliter ficta, nec quidquam habet, quod a dicentium personis absonum sit, aut ab eorum conditione et fortuna discrepet. Cum enim senilis est ipsa loquacitas, tum in excubiis nihil fere habebant boni senes, quo vigiliarum laborem ac molestiam solarentur, præter confabulationem de bello, Græcorumque rebus gestis. Deinde meticulosa illa mens et suspiciosus animus vehementer senes decet, ut qui magis memoria quam spe vivant, judice Aristotele; cujus verbis in hac re eo lubentius utor, quod in eo capite secundi libri Rhetoricorum, in quo senum mores descripsit, jucundissimum est observare, philosophum non magis acute hujus ætatis ingenium et mores notasse, quam eos tragicus noster arte expressos in scena repræsentaverit.

40. *Δέκατον.* " Annum intellige decimum non absolutum, sed ineuntem: nec enim viro eruditissimo Samueli

Διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
Τιμῆς, ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν,
Στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν

44. Ἀτρειδᾶν] Sic Guelf. Ἀτρειρῶν Ald. affert Schol.

45. χιλιοναύταν] Ἴλιον αὐτὰν pro V. L.

Petito assentior, qui leg. attic. p. 55. asserit Agamemnonem decem annos abfuisse, undecimo ineunte domum rediisse; quippe non nisi novem anni perfecti transierunt; de quibus interpretatus est Calchas portentum illud de Dracone octo pullos cum matre devorante, Ovid. lib. xii.

Atque novem volucres in belli digerit annos.

Homerus Iliad. ii.

Ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν,
Ὀκτὼ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα·
Ὡς ἡμεῖς τοσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
Τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.

hoc est Cicerone interprete de Divinat. lib. ii.

Nam quot aves tetro mactatos dente videbis,
Tot nos ad Trojam belli exantlabimus annos,
Quæ decimo cadet, et pœna satiabit Achivos.

Expeditionem illam a Græcis verno tempore fuisse susceptam, maxime est probabile; præsertim cum apud ipsos moris esset mare claudere ab autumno ad tempus vernum, verno aperire, prout Hesiodus, Theophrastus aliique testantur. Quinetiam vere decimo captam urbem docet Propertius:

Et Danaum decimo vere redisse rates.

Eâdem anni tempestas apud Virgilium invenitur, Æneid. ii.

vix prima inceperat æstas
Et pater Anchises dare fatis vela jubebat.

Enimvero inter expeditionem Græcorum et expugnationem urbis novem tantum annos intercidisse diserte testatur Marmor Arundelianum: ΑΦ' ΟΥ ΟΙ ελληΝΕΣ ΕΙΣ ΤΡΟΙΑΝ ΕΣΤΡΑΤΕΥΣαν ΕΤΗ etc. *Ex quo Græci in Trojam expeditionem fecerunt, anni 954. regnante Athenis Menestheo anno ejus decimo tertio. Ex quo Troja capta est, anni 945. regnante Athenis Menestheo vicesimo secundo ejus anno, mensis Thargelionis die vicesimo quarto.*" *Stanl.*

ἐπεί. " Hesych. ἐπεὶ, ἀφ' οὗ, ubi vid. not.—Soph. Ajac. v. 497. ἐπεὶ τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον εὐφρονῶ τὰ σά. ut Lat. *quod* et *cum*. Plaut. prol. Aulul v. 4. *jam multos annos est cum possideo.*" *Abresch.*

41. μέγας ἀντίδικος. Abreschius intp. φοβερὸς, ut cum dicitur μέγας ἄνεμος, χειμὼν, κότος, etc. Simplicius autem est exponere *magnus, potens, adversarius.*

43. sq. Διθρόνου—τιμῆς. *Duplici throno, geminique sceptri honore a Jove* decorati, Menelao scil. Spartanum, Agamemnone Argivum regnum obtinente.

44. ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν, *validum* h. e. forte, bellicosum *par Atridarum.* " Eodem pacto Plutarchus Agin et Cleomenem reges Spartiatarum appellavit ζεῦγος δημαγώγων. Et Cicero Antonium et Dolabellam *jugum impiorum*, Philip. ii." Stanl.

45. χιλιοναύταν. " Euripides in Androm. v. εἷλέ σε ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς ἄρης. Unde et Lycophr. v. 210. ὁ χιλιάρχος τοῦ πολυῤῥαίστου στρατοῦ. Virgil. Æn. ii.

Τῆσδ' ἀπὸ χώρας
Ἧραν, στρατιῶτιν ἀρωγὰν,
Μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,
Τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ' ἐκπατίοις
Ἄλγεσι παίδων ὕπατοι λεχέων

47. *ςρατιῶτιν*] Sic Guelf. *στρατιώτιν* Ald. Rob. 48. *κλάζοντες*] In aliis teste Steph. *κλάγξαντες*. 50. *ἄλγεσι παίδων*] Sic Guelf. In Ald. corrupte *ἄλγεσι ποδῶν*. *ἀλγέσσι ποδῶν* Turn.

Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Ovid. Metam. lib. xiii.

conjuratæque sequuntur
Mille rates.

Propertius:

Et Danaum Euboico littore mille rates.

Seneca in Agam.

Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum,
Cujus secutæ mille vexillum rates.

Quod vero tantum *κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον* accipiendus sit hic numerus, monet Varro de R. R. lib. ii. c. 1. *Si inquam numerus non est ut sit ad amussim, ut non est, cum dicimus mille naves iisse ad Trojam—;* et recte quidem monet, etenim Homerus mille centum octoginta sex ponit; Plutarchus mille ducentas, alii aliter." *Stanl.*

46. *τῆσδ' ἀπὸ χώρας*. Late dictum. Aulide enim solvisse Græcorum classem, notissimum est: cf. v. 199.

47. *στρατιῶτιν ἀρωγὰν*, *militare præsidium*, exercitum magnum et fortem.

48. *μέγαν—Ἄρη*. *Magnum ex animo Martem clangentes*, h. e. bellum et cædem spirantes. " *ἐκ θυμοῦ*, quod Plauto captiv. a. i. sc. v. *corde et animo atque viribus persequi* dicitur. *κλάζοντες* videtur pertinere ad comparationem subsequentem. Hesych. *κλάζοντες*, *κραυγάζοντες*." *Stanl.*

49. sqq. *τρόπον—ὀλέσαντες*. *Vulturum ritu, qui præ dolore ob pullos ereptos, supra cubilia circumvolitant, alarum remis remigantes, quod laborem in servandis pullorum gratia nidis perdiderint.* Suaviter harum avium naturam et mores expressit poëta. Similiter Oppianus de aucup. l. i. c. 2. p. 174. ed. Schneider. de harpis: *Φιλοῦσι δὲ τὰ τέκνα ὑπερφυῶς, καὶ εἰ λαθών τις ἀγροῖκος ἅρπης νεοττοὺς ὑποκλέπτει, ὑπερόψεται μὲν τῆς τροφῆς, οὐκ ἀποπτήσεται δέ που τῆς καλιᾶς, ὀδυρμῶν δὲ πάντα ἐμπλήσει, καὶ γυναῖκά τις εἴποι θρηνεῖν, καὶ δακρύων ἐπιῤῥοῇ τὰς παρειὰς αὑτῆς ἐπικλύζειν.*

ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων. pro *ἄλγεσι διὰ παίδας ἐκπατίους*. Est autem *ἐκπάτιος* i. q. *μέτοικος* v. 58. h. l. *abactus, e medio raptus.*

52. *πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι*. " Lucret. lib. vi.

Remigio oblitæ pennarum vela remittunt.

Plaut. in Amphitr.

Non ocyus quivi si me Dædaliis tulissem remigiis.

Quem potuit imitari Virgilius, qui de Dædalo *remigium alarum* dixit lib. vi. ut et Martianus Capella lib. viii. Similiter Apuleius Metam. lib. v. *Remigio plumæ captu maritum proceritas spatii fecerat alienum.*" *Stanl.*

53. *δεμνιοτήρη*. " Hesychius: *Δεμνιοτήρη πόνον, Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Καθότι οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοι εἰσὶν, ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι, πόνον δὲ τὸν περὶ τὴν τροφὴν*

Στροφοδινοῦνται,
Πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
Δεμνιοτήρη
Πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες·
Ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων,
Ἢ Πὰν, ἢ Ζεὺς, οἰωνόθροον
Γόον ὀξυβόαν,
Τῶνδε μετοίκων ὑστερόποινον
Πέμπει παραβᾶσιν ἐριννύν.
Οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
Ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεὺς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς
Πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ

63. γυιοβαρῆ] γυιοβαρῆ Turn.

αὐτῶν. (Cf. Virgil. Georg. iv. 510. sqq.) De pullis nidos servantibus interpretatur, ego potius de vulturibus." *Stanl.* Si Hesychii expositio admittenda esset, δεμνιοτήρη πόνον ὀρταλίχων pro ipsis pullis periphrastice dictum esset, ut Jocasta ap. Eurip. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον pro infante, quem pepererat. Sed multo melius aptiusque est, de perdita vulturum opera, quam in nutriendis pullis posuerant, accipere.

54. ὀρταλίχων. Hesychius: Ὀρτάλιχοι οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοί.

55. sq. Ἀπόλλων—Ζεύς. "Vulturum miseretur Apollo, quia augurum deus: Pan, quia venatorum; Jupiter, quia tyrannorum." *Stanl.*

ἀΐων—ὀξυβόαν. *Audiens ab avibus illis editum acutum et luctuosum clamorem.*

58. μετοίκων pro μετοικισθέντων, ut recte Schol. exp. ad h. l. At enarrator ad Sophocl. Œd. Col. v. 938. reddit ἐνοίκων, non enim ad pullos, sed ad parentes vultures retulit. Stanleius genitivo μετοίκων ad ὀξυβόαν retracto, vertit *ob hos abactos.* Verius cum sequentibus jungitur hoc sensu: *horumque abactorum pœnas sero exigentem mittit raptoribus Erinnyn.* Furia h. l. pro vindicta. "ὑστερόποινος ἐριννὺς, quæ Sophocli ὑστερόπους." *Stanl.*

60. sqq. οὕτω—γυναικός. *Sic Atrei filios præpotens hospitalis Jupiter adversus Alexandrum mittit, propter multinubam* h. e. adulteram *mulierem,* scil. Helenam, *multa—certamina impositurus.*

63. sqq. πολλὰ—ὁμοίως. Stanleius genitivos illos, γόνατος et κάμακος, cum suis epithetis, absolute positos existimavit, quos ego melius ab accusativo πολλὰ παλαίσματα regi putem. Quid igitur ille sic vertit: *mittit hospitalis Jupiter plurima et membra gravantia certamina, genu arenis fulto, fractaque in primitiis hasta impositurus Danais simul et Trojanis,* id malim ita reddere: *plurimas membraque gravantes luctus genuum terra fultorum, hastarumque in prœliis de urbe expugnanda consertis frangendarum Græcis pariter ac Trojanis impositurus.* Hoc modo et ipsa locutio exquisitior fit, et constructio verborum planior. Luctatorem autem erat genu niti, adeoque bene dici poterant παλαίσματα γόνατος κο-

Γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου,
Διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
Κάμακος, θήσων Δαναοῖσι,
Τρωσί θ' ὁμοίως. Ἔστι δ' ὅπη νῦν
Ἔστι· τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·
Οὔθ' ὑποκλείων, οὔθ' ὑπολείβων,

69. ὑποκλείων] Sic Turn. ὑποκλέων Guelf. ὑποκλίων Ald. In his latere videtur ὑποκλείων. ὑποκλαίων Vict. Cant. Stanl. ὑποκλάζων conj. Pauw.

νίαισιν ἐρειδομένου, διακναιομένης τε κάμακος. Illa deinde participia ἐρειδομένου et διακναιομένης, non rem præteritam, sed præsentem, non actam, sed agendam significant. (*Kämpfe gestützter Knieen und brechender Lanzen.*) προτέλεια autem non universe de prœliis ante urbis expugnationem, (ταῖς πρὸ τῆς ἁλώσεως μάχαις, ut est apud Schol.) sed de initiis prœliorum primisque concursibus intelligenda esse mihi videntur. Primum enim hastis pugnabant, deinde, illis fractis, gladiis utebantur.

γυιοβαρῆ. Hæc lectio aptiorem profecto sensum præbet, quam Turnebiana γαιοβαρῆ. Luctæ enim s. prœliandi labores membra gravant et fatigant.

67. sq. ἔστι—ἔστι. Scil. πράγματα, i. e. *utcunque est, utcunque se res habet.* "Cujus modi formulis utuntur Græci, quoties aliquidpiam non admodum probant, palam tamen reprehendere nolunt. Soph. Œd. Tyr. v. 1472. ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρα ὅπηπερ εἶσιν ἴτω. Œd. Col. v. 277. οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην. v. 349. εἴσ' οὔπερ εἰσί. et in Ajac. v. 1139. ἦς (f. ἦσθ') οἷός περ εἶ. Similiter Eurip. Med. v. 889. ἀλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμέν. Aristid. tom. iii. p. 713. ἦν ὅστις ἦν. Paulus Apostolus i. ad Corinth. cap. xv. v. 10. εἰμὶ ὅ εἰμί. Aristoph. Equit. v. 332. εἰσὶν ἄνδρες οἵπερ εἰσίν. Rursus Eurip. in Med. v. 1011. ἤγγειλας οἷα ἤγγειλας. Heliod. lib. iii. p. 202. ἔδρασεν ὅτι δὴ καὶ ἔδρασεν. Eurip. Electr. v. 289. ἔκυρσεν ὧν ἔκυρσεν. Aristid. tom. i. p. 136. προείλετο μὲν διδάσκαλον ἐξ ἁπάντων ὅντινα δὴ καὶ προείλετο. Noster infra v. 1295. εἶδον Ἰλίου πόλιν πράξασαν ὡς ἔπραξε. unde Euripidis illud in Iphig. Taur. v. 692. τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ' οὐ κακῶς ἔχει πράσσονθ' ἃ πράσσω. Nec multum hinc recedunt hæc Soph. in Ajac. v. 1129. ὥνπερ ἄρχεις ἄρχε. Œd. Colon. v. 1780. ἔπραξεν οὖν, ἔπραξεν οἷον ἤθελεν. et infra v. 1058. πείθοιο ἂν εἰ πείθοιο. et 1403. χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτε." *Abresch.*

68. τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον. *Perficientur autem secundum fata, s. fatorum legibus covenienter: fatalem utique exitum sortientur.* Hæc proxime quidem Trojæ exitium tangunt; veruntamen obscura quoque inest eorum, quæ Agamemnoni fatis destinabantur, præsagitio. cf. quæ supra diximus p. 144.

69. sqq. οὔθ' ὑποκλείων—παραθέλξει. *Neque aliquis vel precibus, vel libationibus, vel lacrymis inflexibilia furiarum ingenia delininerit.* ἀπύρων ἱερῶν vel est a nominativo ἄπυρα ἱερὰ, ut sacrificia igne carentia dicantur pro furiis, quorum sacris nec ignis nec vinum adhibebatur: metonymia duriuscula illa quidem, sed tamen in poëta audaciores sæpe spiritus sumente ferenda; vel ab ἄπυροι ἱεραὶ scil. θεαί, ut ipsæ furiæ appellentur *sacræ igne carentes*, s. quibus absque igne sacrificia fiant: suppresso, ut fit, Eumenidum nomine; meliorem certe hæc explicandi viam, nisi forte versiculum unum post ἀπύρων ἱερῶν intercidisse conjicias, equidem non invenio. Ceterum huic loco simillimum est frag-

Οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν
Ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
Ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ
Τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
Μίμνομεν, ἰσχὺν
Ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
Ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων

70. δακρύων] δοκεύων, vitiose, ut alia plurima, quæ enotare nihil attinet, Ald. δοκεύων Turn. διὰ τῶν conj. Arnald. quod minime ferendum. 71. ἀτενεῖς] Abreschius ἀθιτεῖς scriptum fuisse, ut παραθέλξει dativus, non verbum esset, hoc sensu: *neque quisquis es irritas feceris iras deliniментis sacrorum igne carentium*; vel ἀτεγγεῖς legendum suspicabatur; utraque conjectura prorsus inutilis. 72. ἀτίται] Sic Guelf. Ald. Turn. recte. Vulg. ἀτίτᾳ. 76. ὅ τε] ὅτε Guelf. Ald. Rob.

mentum poëtæ a Stobæo Serm. Eth. 117. excitatum: ibi mors eodem, quo hic furiæ, modo, inexorabilis describitur:

> Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώδων ἐρᾷ,
> Οὔτ' ἄν τι θύων, οὔτ' ἐπισπένδων, ναοῖς
> Οὐ βωμός ἐστιν, οὐδὲ παιωνίζεται.
> Μόνου τε πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ.

72. ἡμεῖς δ' ἀτίται significat *nos autem illæsi*; ut ὁ ματροφόνος ἀτίτας Eum. v. 256. est *matricida impunis*. σαρκὶ παλαιᾷ construendum est cum sequentibus τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες, hoc sensu: *nos autem illæsi atque extra belli periculum constituti, propter senectutem corporis in illa expeditione domi relicti, manemus*.

74. sq. ἰσχὺν—ἐπὶ σκήπτροις. *Robur puerile*, puerilis ætatis vigore haud majus, *baculis sustinentes*. "Hinc scipionem Callimachus γεροντικὸν ὅπλον vocat, Epigr. i.

> —ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας.

Et apud Suidam nescio quis,

> —γηραλέον νῦν,
> ἀντὶ πανοπλίης, βάκτρον ἀμειψάμενος." *Stanl.*

"Magis adhuc extenuat senis vires Eurip. in Phœn. v. 1713. tribuens ei ὀνείρου ἰσχύν· quod tamen ipsum nostro debetur; nam sequitur in continenti ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει. Νέμειν hic valet ἔχειν, ut alibi. Ἐπὶ σκήπτροις ἔχειν τὴν ἐλπίδα, alia licet in re, dixit idem in Orest. v. 1058." *Abresch.*

76. sqq. ὅ τε γὰρ—ἀλαίνει. *Puerilis enim medulla in corpore vigens æqualis est senectuti viribus; siquidem virtus bellica huic ætatulæ haud inest; senectus autem decrepita, foliis jam exarescentibus, tripes fere inambulat, pueruloque nihilo robustior ceu somnium diurnum oberrat.* Cl. le Grand sic vertebat hunc locum: *Tenellæ enim ætatis medulla ubi dominatur infra pectora æquabilis est inertiæ decrepitæ militaris autem vigor* (utrique) *haud inest, et ætate quicquid supra modum consenuit (fronde jam arefacta) tripedes quidem gressus ciet, nec potentius infantulo* (quasi) *somnium diurnum oberrat.* Sed quantum horum versiculorum emendatio ab eo quidem inchoata, ab Heynio autem perfecta iis profuerit, melius intelligetur, si nostram versionem cum Stanleiana, quam subjicimus, interpretatione comparaveris. Sic autem ille: *Nam et juvenilis medulla quæ infra pectora dominatur æquæva est, Mars (i. vigor Martius) non inest suo loco: Et nimia senilitas, foliis nunc exarefactis, tripodes per vias incedit, pueroque nihilo validior quasi somnium diur-*

Ἐντὸς ἀνάσσων
Ἰσόπρεσβυς, ἄρης δ᾽ οὐκ ἔνι γ᾽ ὥρᾳ·
Τό θ᾽ ὑπέργηρων, φυλλάδος ἤδη
Κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
Στείχει, παιδὸς δ᾽ οὐδὲν ἄρειον
Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
Σὺ δὲ, Τυνδάρεω
Θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,
Τί χρέος; τί νέον; τί δ᾽ ἐπαισθομένη,
Τίνος ἀγγελίας
Πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκινεῖς;
Πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,

78. ἄρης δ᾽ οὐκ ἔνι γ᾽ ὥρᾳ] ἄρης δ᾽ οὐκ ἔνι χώρᾳ. Sic Guelf. Ald. Rob. Stanl. conj. ὅ τι—ἰσοπρέσβυς, ἄρης δ᾽ οὐκ ἔνι χώρᾳ. Propius ad veritatem lectionis Æschyleæ accessit doctissimus le Grand, in specimine obss. in Agam. corrigens: ἄρης οὐκ ἔνι δ᾽ ὥρα τόθ᾽ ὑπέργ. Felicissime autem locum persanavit Heynius, illius libelli censuram agens in Ephemeridd. litterarr. Gœttingensibus (1778. 39. St. p. 308.) Eum igitur in textu h. l. constituendo secuti sumus. 79. τό θ᾽ ὑπέργηρων] τίθι περ γήρως mendose Guelf. Ald. Rob. φυλλάδος] φυγάδος Guelf. φυλάδος Ald. 81. ἄρειον] ἀρείων Guelf. Rob. ἀρείστων Ald. 82. ἡμερόφαντον] ἡμερόφατον Rob. 83. Pauwius, quia periodus a Monometro incipit, sic legendum esse censebat:

Σὺ δὲ Τυνδάρεω θύγατερ, βασιλὶς,
Κλυταιμνήστρα, τί χρέος, τί νέον;

sed recte Heathius, nec illud insolitum esse, et Κλυταιμνήστρα primam corripere monuit. 87. περίπεμπτα θυοσκινεῖς] περίπεμπτα in mentem venerat Stanleio; sic tamen ut a vulgata recedendum non putaret.

num errat. Ceterum cum illa ῥήσει: Ἄρης δ᾽ οὐκ ἔνι χ᾽ ὥρᾳ, comparari potest Æschyli Ἱκετιδ. v. 757. ubi similiter de sexu muliebri dicitur: γυνὴ μονωθεῖσ᾽ οὐδέν· οὐκ ἔνεστ᾽ ἄρης. Quod autem dicitur senectus τρίποδας ὁδοὺς στείχειν, *tripes ambulare*, id ad baculum vel scipionem referri, quibus niti soleant senes, vel ex decantatissimo illo Sphingis ænigmate notum. Sic Hecuba apud Euripidem Troad. v. 275. cui Græcorum servitura sit quærens, Ἐγὼ δὲ, inquit, τῷ πρόσπολος, ἁ τριτοβάμονος χερὶ δευομένα βάκτρου, γεραιῷ κάρα; h. e. *ego autem cujusnam ancilla ero, quæ baculo instar tertii pedis indigeo?*

83. sqq. Σὺ δὲ—θυοσκινεῖς. *Tu vero, Tyndarei filia, regina Clytæmnestra, quid hoc rei est? quid novi accidit? qua fama accepta, cujus nuntii fiducia sacrificia huc illuc missa*, h. e. per omnia urbis altaria distributa, *peragis?* περίπεμπτα enim non est, ut Stanl. opinatur, de victimarum partibus, quas amicis mittere solebant, intelligendum.

88. sqq. πάντων—φλέγονται. In his recte Heathius versum 91. ex glossematibus ortum ideoque ejiciendum putat.

Ὑπάτων, χθονίων,
[Τῶν τ' οὐρανίων, τῶν τ' ἀγοραίων]
Βωμοὶ δώροισι φλέγονται·
Ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
Λαμπὰς ἀνίσχει
Φαρμασσομένη χρίσματος ἁγνοῦ
Μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
Πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.
Τούτων λέξ' ὅτι καὶ δύνατον,

90. Insititium esse recte existimat Heath. Ita certe multo melius, quam Pauwii ratione locum expediveris. 94. χρίσματος] χρήματος Ald. χρίματος Rob. 97. λέξ'] λέξασ' Guelf. Rob. λέξ' Ald. Turn.

Quod si quis improbet, non video quomodo alia ratione hunc versum defendere possit, nisi forte hac, ut dicat fervori loquentium et alacritati tribuendum esse, quod deorum genera nullo ordine habito memorentur, quædam etiam bis, quamvis diversis nominibus appellentur.

91. δώροισι φλέγονται, *donis lucent*, poëtice pro : *flammis, quibus victimæ adolentur, resplendent.*

92. sqq. ἄλλη—βασιλείῳ. *Alia vero aliunde (h. e. aliis ex altaribus) ad cœlum usque surgens flamma evolvitur, delibuta olei casti mollibus sincerisque fomentis, una cum libatione e regia cella deprompta.* λαμπὰς non est proprie quæ dicitur *fax aut lampas*, sed metaphorice, *flamma facis instar relucens.* χρίσμα h. l. oleum, quo flamma quasi inungebatur. Hoc ab usu *sanctum*, *s. castum*, ab natura *molle* s. liquidum, a puritate *sincerum*, non adulteratum, dicitur. De v. παρηγορία cf. lex. Æschyl. πελάνῳ pro σὺν πελάνῳ.

97. τούτων—δυνατόν. Male hoc versu lectionem Aldinæ, τούτων λέξ' ὅτι καὶ δυνατὸν, recentiores mutarunt, participio λέξασ' pro imperativo λέξαι substituto, quod tamen locum habere non potest, cum deinde particula τε sequatur, quæ utramque ῥῆσιν vinciat. Itaque λέξαι restituendum erat. Concinnius etiam fuerit versu 100. legere ἤ μοι τότε μὲν κακόφρων τελέθει. Versu denique 103. Heathii emendationem recepimus θυμοβόρον φρένα λύπην corrigentis. Solet enim interdum verbo aut adjectivo composito substantivum addi, cujus vis jam in composito verbo vel adjectivo latebat. Sensus totius loci hic est : *Ex his dicas nobis velimus, quæ dicere potis ac jus fasque sit, et medearis huic sollicitudini, quæ nunc quidem interdum infesta s. malevola nos invadit; jam autem fausta spes, ex sacris illis elucescens, dispellit insatiabilem curam, mœstitiamque animi edacem. Stanleius* ἀγανὰ φαίνουσ', ita interpretatur, ut sit *amica* scil. eventa ostendens ; mihi et ad sensum aptius, et ad concinnitatem verborum elegantius esse videtur, ἀγανὰ cum ἐλπὶς conjungere, verbum φαίνειν autem non active sed neutraliter positum existimare. Idem vulg. interpr. *animum exedentem mentis dolorem.* θυμοβόρον *Hesychius* exp. χαλεπὸν, ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἐσθιόμενον ἢ τὴν ψυχὴν κατεσθίοντα.

Καὶ θέμις αἰνεῖν,
Παίων τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,
Ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει·
Τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ'
Ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον,
Τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην.—
Κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος στροφή.

100. τοτὲ μὲν] ἔσθ' ὅτε μὲν Guelf. εὐθ' ὅτε μὲν Ald. vitio typogr. 101. ἀγανὰ φαίνουσ'] ἀγανὰ φαίνεις Guelf. Idem Ald. nisi quod typotheta sic corrupit: ἄγαν ἀφαίνεις. In Rob. est φανεῖσ'. Pauw. conj. vel ἀγάν' ἐμφαίνουσ', vel ἀγανὰ φανθεῖσ'. 102. ἄπληστον] ἄπλειστον Guelf. Ald. Rob. 103. τὴν θυμόβορον φρένα λύπην] τὴν θυμόφθορον λύπης φρένα Guelf. Ald. Rob. τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα Vict. Cant. Nos Heathii emendationem recepimus.

104. sqq. κύριος—ὅπως Ἀχαιῶν. Stanleius vulgatam lectionem sic vertit: *Potis sum enarrare, quo auspicio Robur virorum in supremo magistratu constitutorum* (i. e. Principes Menelaus et Agamemnon) *iter susceperit; adhuc enim fiducia ex augurio divinitus oblato orta aspirat cantum; ætasque, licet grandis et nobis omnibus ex Choro coæva, tamen vires ad canendum subministrat. Potis sum, inquam, enarrare, quo pacto* etc. Hanc interpretationem duo circumveniunt incommoda. Quomodo enim senum chorus, qui paulo ante senectutis infirmitatem questus esset, jam vires ad canendum ipsi huic ætati tribuerit? Nec video, quomodo σύμφυτος αἰὼν dici possit *senum*; σύμφυτος enim aut *congenitus*, aut *cognatus* est, nec quisquam senectutem vel *ætatem congenitam*, vel *ætatem cognatam* dixerit. Ista perpendenti mihi vehementer initio blandiebatur Heathii ratio, qui locum ita constitutum: Κύριος εἰμὶ θροεῖν ὅδιον κράτος Αἴσιον ἀνδρῶν Ἐντελέων (ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει Πειθὼ μολπὰ) Ἀλκὰν σύμφυτον ἄϊων Ὅπως, Ἀχαίων Δίθρονον κράτες Ἑλλάδος ἥβαν σύμφρονα τάγοιν πέμπει Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν, hoc modo interpretatur: *Idoneus sum enarrare victoriæ omen faustum in itinere oblatum viris principibus (adhuc enim divinitus inspirat fiduciam vaticinium), audiens quo pacto avis impetuosa miserit robur cognatum Achivorum geminum imperium* (i. e. Agamemnonem et Menelaum) *Græciæ pubem eadem cum ducibus sentientem, cum hasta pœnarum exactore Trojanam ad terram.* Verum enim vero diutius acriusque intuenti hanc rationem quamvis ingeniosam, et sensu commodiore probabilem, aliæ occurrebant difficultates, quæ quo minus eam plane amplecterer, impedirent. Ἐκτελέων ab Heathio mutatum esse in ἐντελέων, quod significat *præfectorum*, probo; pulchre enim quadrat. Sed an μολπὰ h. l. commode de illo prodigio, quod narraturus est chorus, intelligi possit, cœpi dubitare, non quo omnino de vaticinio dici non possit, cum v. 988. etiam ἄοιδα de oraculo usurpetur, sed quod putabam, cum de prodigio potius oculis viso, quam de oraculo s. vaticinio auribus accepto sermo futurus esset, aliud vocabulum, e. c. ξύμβολον, τέρας, aptius fuisse. Deinde quod Heathius αἰὼν in ἄϊων mutavit, in eo quidem nec elegantiam conjecturæ nec probabilitatem desidero, (scio enim hæc vocabula sæpius inter se permutari) attamen hoc me male habet, quod hac

Αἴσιον ἀνδρῶν
Ἐντελέων· ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
Πειθὼ μολπὰν,

105. αἴσιον] Asclepiades apud Schol. Aristoph. in Ran. leg. ὅσιον. 106. ἐντελέων] Heathii ingenio debetur. Vulg. ἐκτελέων. καταπνείει] καταπνέει Rob. 107. πειθὼ

ratione Chorum illius prodigii auritum tantum testem fuisse existimandum sit, quem oculatum fuisse, si orationis perpetuitatem spectemus, credibilius est. Quid? quod metrum vocabulo αἴων repugnare videtur. Versus enim antistrophicus οὕτω δ' εἶπε τεράζων est dactylicus trimeter; cui bene quidem responderet ἀλκὰν σύμφυτος αἴων, Heathiana emendatio non item. Quæ cum ita sint, olim hunc locum ita emendandum censebam:

Κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος
Αἴσιον ἀνδρῶν
Ἐκτελέων (ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
Πειθὼ μολπὰν)
Ἀλκὰν σύμφυτον ᾄδων.

Cujus ne nunc quidem pœnitet, cum secundis curis meliora mihi reperisse videor. Certe sensus exsistit probabilis, nec ut opinor Æschylo indignus: *possum enarrare faustum omen in itinere viris principibus oblatum (adhuc enim divina suada cantum inspirat) cognatum robur canens, quo pacto geminos imperatores Achivorum, pubes Græciæ concordes duces miserit* etc. Hoc modo fratres Agamemnonem et Menelaum, quos paulo post δίθρονον κράτος; appellat, ἀλκὰν σύμφυτον dixisset. Sed, ut dixi, faciliorem huic loco medelam deinceps inveni; qua usus sum in textu constituendo; nimirum ut legatur:

(ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
Πειθὼ μολπὰν
Ἀλκᾷ σύμφυτος α ἰ έ ν·)

h. e. *Potis sum celebrare faustum virorum principum ad bellum proficiscentium robur (adhuc enim divinitus immissa cantum inspirat fiducia, semper potentiæ cognata) quo pacto, inquam, Achivorum duplex robur, Græcæ juventutis concors imperium cum exercitu pœnarum exactore rapax ales Trojanam in terram miserit.* Hoc igitur modo id, quod initio dicitur κύριός εἰμι θροεῖν, explicatur sequentibus verbis ἔτι γ ὰ ρ—αἰὲν, quibus illius enuntiati causa redditur. Nempe propterea hunc cantum viribus suis æquum esse pronuntiant, quod se animari sentiant a fiducia divinitus immissa, quæ semper vires conjunctas habeat. Itaque πειθὼ eodem modo describitur ἀλκᾷ σύμφυτος αἰὲν, quo nostratium aliquis poëtarum dixit: *Tugend und Freude sind ewig verwandt.* Et quemadmodum apud Homerum viris fortibus θάρσος τε μένος τε, h. e. bellandi fiducia pariter ac robur a Minerva inspirata dicuntur, sic h. l. Chorus canendi facultatem fiduciæ divinitus immissa tribuit. Κράτος ἀνδρῶν ἐντελέων optime de fortibus imperatoribus Agamemnone et Menelao accipias, ut v. 110. iidem δίθρονον κράτος appellantur; ut sit i. q. κρατεροὶ ἄνδρες ἐντελεῖς. Et quod adjicitur ὅδιον ad expeditionem bellicam, αἴσιον vero ad faustum illud in itinere prodigium, quod mox narraturus est Chorus, spectare videtur. Ἡ θεόθεν πειθὼ est fiducia, quam senes ex eodem prodigio divinitus oblato capiebant. Hæc igitur ipsis cantum inspirabat; nisi enim ea fuissent confidentia, ut illud ostentum in itinere principibus oblatum læto belli exitu confirmatum iri sperarent, non profecto illud cantu celebrare ausi fuissent. Ἀλκὰ hic de *canendi facultate* ut de eadem στομάτων ἰσχὺς Choëph. 719. aut ut Hagedornius cantum *die süsse Kraft der Kehlen* appellavit.

Ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰέν·
Ὅπως Ἀχαιῶν
Δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
Ξύμφρονα ταγὰν,
Πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
Θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,
Οἰωνῶν βασιλεὺς
Βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινὸς,
Ὅ τ' ἐξόπιν ἀργίας,
Φανέντες ἴκταρ μελάθρων
Χερὸς ἐκ δοριπάλτου

μολπὰν] Heathius em. πειθὼ μολπά. 108. ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰέν. Ita rescripsimus pro vulg. ἀλκὰν σύμφυτος αἰὼν, quod sensu prorsus caret. Cf. Commentar. ἄλκαν σύμφυτον, αἶων conj. Heath. In quo si ἄλκαν σύμφυτον verum esset, magis tamen placeret ᾄδων. 110. ἥβας] Ita necessarium fuit auctore Stanl. emendare pro vulg. ἥβαν, quamquam et Aristophanes habet ἥδαν, ejusque Schol. legisse videtur ἀκμήν. 111. ταγὰν] τὰς γὰν Guelf. Rob. τὰν γὰν Ald. scribendi vitio. τάγοιν conj. Heath. 112. πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι] Sinceram hanc lectionem antiquissimus auctor Aristophanes nobis conservavit in Ranis v. 1323. πέμπει σὺν δορὶ δίκας πράκτορι Guelf. Ald. πέμπῃ σ. δ. δ. πρ. Rob. Sed δίκας metrum non fert; πέμπῃ a sensu est alienum.

112. ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι. Euripides apud Aristophanem Ran. 1323. τὰ Αἰσχύλȣ χορικὰ μέλη διεσπαρμένα ex variis Tragœdiis citans, hæc affert:

> Σφίγγα δυσαμερίαν
> Πρύτανιν κύνα πέμπει
> (Τὸ φλαττόθραττο φλαττόθρατ.)
> Ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
> Θούριος ὄρνις—

ad quem locum Scholiastes: τὸ δέ: Ξ ὺ ν δ ο ρ ὶ κ α ὶ χ ε ρ ὶ π ρ ά κ τ ο ρ ι, ἐξ Ἀγαμέμνονος, ἐκ τῆς συνεπείας τοῦ Κ ύ ρ ι ό ς ε ἰ μ ι θ ρ ο ε ῖ ν." *Stanl.*

113. θούριος ὄρνις. "Aquila scil. quæ duplex apparebat, Agamemnonem et Menelaum significans." *Stanl.*

115, 116. κελαινὸς—ἀργίας. "Inter sex aquilarum species ab Aristotele recensitas (de hist. anim. lib. ix. c. 32.) prima a colore πύγαργος, tertia a colore itidem μελαναίετος appellatur. Hanc igitur Æschylus κελαινὸν, illam ἐξόπιν ἀργίαν nominat." *Stanl.*

117. ἴκταρ. "Sic Eum. v. 1001. ἴκταρ ἥμενοι Διός. Hesych. ἴκταρ, ἐγγὺς, ἀπὸ τοῦ ἱκνεῖσθαι." *Stanl.*

118. χερὸς ἐκ δοριπάλτου. *E manu hastam mittente*, haud aliter, si modo sic scripserit poëta, exponi potest, quam *de manu Jovis fulminatrice*, ita ut ille hasce aquilas emisisse dicatur. Sed vereor, ne hic potius legendum sit:

> Χερὸς ἐν δοριπάλτου
> Παμπρέπτοισιν ἕδραισι,

quo pacto quæ illæ aquilæ *ante ædes regias in decoris armatæ manus sedibus* apparuisse dicerentur. Χεὶρ δορίπαλτος vel pars exercitus Græcorum, ante regium palatium congregati, vel co-

Παμπρέπτοις ἐν ἕδραισι
Βοσκόμενοι λαγίναν
Ἐρικύμονα φέρματι γένναν,
Βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο — ἀντιστ.
Λήμασι δισσοὺς
Ἀτρείδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας,
Πομπούς τ' ἀρχούς·

119. παμπρέπτοις] Hoc pro vulg. παμπρέποις reponendum vidit Abreschius, metrum enim postulat. 121. ἐρικύμονα φέρματι] ἐρ' ἰκύματα φέρματι Ald. mendose. ἐρικύματα φέρματι Guelf. Rob. ἐρικύματα φέρματα Turn. ἐρικύμονα φέρβοντο γένναν Vict. etc. Pauwio videbatur legendum vel κείροντο γένναν, vel κέρματι γένναν. Utrumque inepte. 125. δισσοὺς] Injuria hoc sollicitat Cant. corrigens δισσοῖς. 127. ἀρχοὺς] ἀρχὰς Guelf. Ald Rob.

hors hastatorum, ante regias ædes excubias agens.

120. sq. βοσκόμενοι—γένναν. Simplicem sententiam *vescentes lepore* sic eloquitur, vescentes *leporino genere multa prole fœcundo.* Ceperant enim aquilæ leporem feminam, eamque gravidam.

122. βλαβέντα. "Recte Schol. πρὸς τὸ σημαινόμενον. Subintelligendum enim λαγωὸν, cum ad γένναν referri non possit." *Stanl.*

123. αἴλινον. "Hic versus est quasi intercalaris, qualis, ni fallor, et iste, quem sugillat apud Aristophanem Euripides,

Ἰήκοπον οὐ πελαθεὶς ἐπ' ἀρωγάν."

Stanl.

αἴλινος, h. l. simpl. *carmen*, non ut alias, *lugubre carmen.* Hesych. Αἴλινος, ὕμνος, θρῆνος.

τὸ δ' εὖ νικάτω. "Bene ominandi formula. Sic Aristid. tom. i. p. 30. νικώῃ δὲ τὰ βελτίω, et infra v. 225. τὸ δ' εὖ κρατοίη μὴ διχοῤῥόπως ἰδεῖν." *Abresch.* Nempe quia portentum illud duarum aquilarum partim faustum, partim ob iram Dianæ infaustum erat, precatur Chorus, ut lætior pars vincat, ut bona tantum omina rata sint, mala vero irrita.

124—127. κεδνὸς—ἀρχούς. Πομποὺς ἀρχοὺς Stanleius de aquilis accepit, qui, quod omine suo expeditionem suaserint, deductores appellentur. Facilius tamen est πομπούς τ' ἀρχοὺς explicare per *comites duces*, ut ad Ulyssem, Ajaces, reliquosque duces, qui Atridas ad bellum Trojanum comitabantur, pertineat; inversa verborum constructione pro Ἀτρεῖδας μαχίμους πομποὺς τ' ἀρχοὺς, ἐδάη λαγοδαίτας. Sensus igitur: *Venerandus vero exercitus augur* (Chalchas) *cum vidisset duo animis geminos Atridas pugnaces;* reliquosque duces expeditionis comites, *agnovit* h. e. intellexit *leporis epulatores;* s. assecutus est veram hujus portenti vim, eoque Agamemnonem et Menelaum cum exercitu significari vidit. *Sic vero fatur prodigium interpretans: Longo post tempore capiet Priami urbem hæc expeditio, omnes vero intra murorum ambitum opes, quibus ante populus abundabat, fatum vi diripiet.*

Οὕτω δ᾽ εἶπε τεράζων·
Χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ
Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος,
Πάντα δὲ πύργων
Κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ
Μοῖρ᾽ ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.
Οἶον μή τις ἄτα

132. πρόσθε τὰ] προσθετὰ conj. Pauw. δημιοπληθῆ] δημοπήθη Turn. 134. οἶον] οἷον Ald. Rob.

Nisi forte sic edidit Æschylus

Ἀτρεΐδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας
Πομποῖς δ᾽ ἀρχοῖς
Οὕτως εἶπε τεράζων.

134. sqq. Οἶον μήτις ἄτα—στρατευθέν. H. e. e versione Stanleii: *Tantum* (precor) *ne qua calamitas divinitus missa obnubilet procusum frænum magnum Trojæ expeditione profectum.* Non injuria Pauwium offendit discrepantia metaphorarum in hoc loco concurrentium. Exercitus Græcorum exquisite dicitur *frænum magnum Trojæ*; sed male cohæret cum ista translatione verbum proprium στρατευθέν. Quomodo dici recte possit *frænum expeditione proficisci*, non video. Accedit quod vocabulum στόμιον augeatur epitheto προτυπέν. Quod primum ut vertere liceat *procusum* vehementer vereor. Deinde si liceat, vitium illud constantiæ in verbis transferendis neglectæ ingravescat potius, quam imminuatur. Durius enim est *procusum frænum Trojæ expeditione proficiscens*, quam simpliciter *frænum expeditione proficiscens*, dicere. Itaque pro illo προτυπὲν, corrigendum arbitratus sum προτυπεῖσα, idque cum ἄτα construendum. Quam quidem emendationem viris doctis probatam non dubitavi in textum recipere. Etenim in προτυπὲν vitium latere, præter illam interpretandi difficultatem, hanc ob causam verisimile est, quod metrum versus laboret, unaque syllaba deficiat, si cum strophico comparetur. Sin autem legatur versus 12. Antistrophes:

Θεόθεν κνεφάσῃ προτυπεῖσα.

ex asse respondebit strophico:

Βασιλεῦσι νεῶν ὁ κελαινός.

Proclive etiam fuit librariis propter vocabuli Στόμιον viciniam, ex προτυπεῖσα Στόμιον, illud προτυπὲν στόμιον efficere. Quod in Aldina legitur mendose προτυπὲς, id saltem conjecturæ nostræ tantum abest ut detrahat, ut potius non nihil blandiatur. Ἄτα προτυπεῖσα autem quin significare possit *calamitatem erumpentem*, nemo credo dubitabit.—Atque sic locus ita vertendus esset: *Tantum precor, ne qua calamitas divinitus erumpens obtenebret frænum illud magnum Trojæ* σ τ ρ α τ ε υ θ έ ν. Hoc modo saltem quædam pars difficultatis e medio tollitur. Quod reliquum est, στόμιον μέγα Τροίας στρατευθὲν (etsi de veritate lectionis dubito) forte tamen excusari possit, vel ita, ut dicatur, oraculi obscuritatem talia requirere, (Lycophronis exemplo studiose Cassandram sic loquentem inducentis) vel quia στόμιον Τροίας tropice dicatur στρατὸς vel στόλος Græcorum, participium στρατευθὲν non ad verbum στόμιον præcise, sed πρὸς τὸ σημαινόμενον, ad id, quod subintelligatur, referendum esse. In extrema parte Antistrophes, quam Stanleius ita latine vertit, *Domui enim huic irata est Diana casta, volucribus canibus patris, qui una cum fœtu ante partum miserum leporem mactarunt; odit vero cœnam aquilarum;* in his igitur versibus στα-

Θεόθεν κνεφάσῃ προτυπεῖσα
Στόμιον μέγα Τροίας
Στρατευθέν. οἴκῳ γὰρ ἐπί-
φθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ
Πτανοῖσι κυσὶ πατρὸς
Αὐτότοκον πρὸ λόχου
Μογερὰν πτῶκα θυομένοισιν·
Στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν.
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Τόσσον περ εὔφρων ἁ καλὰ ἐπῳδός.
Δρόσοισιν ἀέπτοισι μαλερῶν λεόντων

135. προτυπεῖσα] Sic edendo metro pariter ac sensui consuluisse me spero. προτυπὶς Guelf. Ald. προτυπὲν Rob. etc. Heathius ita corrigebat, ut metro subveniret:

Θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα τῆς Τροίας.

137. στρατευθὲν] στρατῶθεν Guelf. Ald. Rob. 144. ἁ καλὰ] καλὰ Guelf. Ald. 145. ἀέπτοισι] ἀέλπτοις Guelf. Ald. Nugatur Pauwius corrigens: ἁ καλὰ δρόσοισιν νοῖσι κυσὶ πατρὸς verti debebat: *propter volucres canes patris*, h. e. propter Jovis. Hic enim usus dativi familaris est Æschylo; et Choëph. v. 51. δεσποτῶν θανάτοισι recte interpretatus est idem Stanleius: *propter cædem dominorum.*

145. Δρόσοι ἄεπτοι μαλερῶν λεόντων sunt catuli imbecilles vel tenelli rapidorum leonum. Vocem ἄεπτοι græcam esse, dubitare me non sinit auctoritas Aristophanis Grammatici, qui ἐν Γλώσσαις teste Eustathio pro χεῖρας ἀάπτους, quod est apud Homerum Iliad. α'. 567. legerat ἀέπτους, quod interpretatur Eustathius vel ἀῤῥήτους, vel δυσπαρακολουθήτους. Cl. Abresch. ad Hesych. v. ἀπτὸν, ait, ἄεπτον haud incommode notare posse ἰσχυρὸν, ut quod satis virium haberet πρὸς τὸ ἅμα s. ὁμοῦ ἕπεσθαι. Mallem tamen hic loci unam e duabus glossis a Scholiasta allatis sequi, qua ἀεπτοῖσι explicat per τοῖς ἕπεσθαι τοῖς γονεῦσι μὴ δυναμένοις, qui propter tenellam ætatem nondum adeo pedibus valent, ut cum parentibus exire ad prædam possint. Si quis tamen est, qui vocem ἄεπτοι vel omnino græcam, vel hic saltem genuinam et Æschyleam pertinaciter neget, is pro δρόσοισιν ἀέπτοισι facile vel ἀάπτοισι, quos tangere s. lædere non licet, vel ἀήτοισι h. e. insatiabilibus possit, me judice, substituere. ἄητοι, ἀκόρεστοι, ἢ παρὰ τὴν τροφὴν ἄπληστοι. *Hesych.* Illud ἀήτοισι non male responderet sequenti φιλομάστοις. Mihi tamen δρόσοισι ἀέπτοισι genuinum videtur. Quod autem deinde legebatur, μαλερῶν ὄντων, id ego ferri non posse semper existimavi. Nam quid sibi vult illud ὄντων? Tali appendicula vocabuli plane otiosi facile carebamus. Commodum Etymologici M. auctor voce Ἕρσαι, hæc notavit: ἕρση γάρ ἐστιν ἡ δρόσος· καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε. Quod potest esse clarius, quam illum in hoc loco λεόντων legisse? Stanleius tamen, qui illum Etymologici locum primus excitavit, nihil eo commotus est, sed potius in textu illum versum sic reddidit: pullis nondum volatilibus

Πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
Θηρῶν ὀβρικάλοισι, τερπνὰ

ἀίφθοισι, *formosa Diana roribus incoctis*, h. e. *qui radiis solis non sint cocti*, h. e. *matutinis*. Ohe! λεόντων] Ita edidi ex emendatione Stanl. necessaria. Vulg. ὄντων. 147. ὀβρικάλοισι] ὀκρικάλοισι Guelf. Ald.

ob debilitatem; in notis autem ita: Catulis tenellis ferarum etiam noxiarum; ut eum fluctuasse satis appareat. Quod autem Abreschius V. C. dicit, non sequi ex verbis etymologici, eum λεόντων legisse, cum τὸ θηρῶν ita potuerit explicare, id mihi non persuadet, præsertim cum futilitas lectionis ὄντων sat magnum corruptelæ indicium præbeat. Certe vel absque illa auctoritate λεόντων hic legendum esse putarem. Ita enim a specie ad genus pergit Æschylus, Dianamque dicit benevolam esse leonum catulis pariter atque omnium ferarum fœtibus. In sequentibus cum dicuntur δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα στρουθῶν, jubent nos viri docti in memoriam revocare portentum illud ab Homero Iliad. β'. v. 300—340. narratum, de dracone novem passeres devorante. At hoc plane ἀπροσδιόνυσον est. Quid lepori Æschyleo cum passeribus Homericis? Non enim, quia Homerus fabulam aliquam narraverit, continuo eam Tragicis quoque obtrudendam esse supra monuimus. Στρουθοὶ h. l. non alii sunt, nisi ipsæ illæ aquilæ, de quibus antea sermo fuerat. Negat quidem Heathius hoc verbum unquam nisi de passeribus usurpatum esse. Sed injuria. Non jam ad scholiasten provocabo, qui στρουθῶν h. l. intp. ἀετῶν; sed locupletiorem habeo testem Eustathium, qui ad Iliad. β'. 300. (p. 435. tom. i. ed. Polit.) diserte: Ἰστέον δὲ, inquit, ὅτι ἡ μὲν τοιαύτη στρουθὸς, εἰδικῶς οὕτω λέγεται· ἔστι δὲ ἄλλως ἡ γενικὴ λέξις. Ac nisi olim στρουθὸς generatim quamvis avem denotasset, scire vellem, quomodo acciderit, ut struthiocameli dicerentur λιβυκοὶ στρουθοί; struthiocamelos enim passeres lybicos nominare, æque ridiculum esset, ac si elephantos mures indicos dixissent: aves autem libycas dicere consentaneum erat, cum solenne sit gentibus, peregrina animalia, cum proprium non habeant, communi nomine appellare, addito, quod patriam significet, adjectivo. Pro αἰτεῖ, quod sensum commodum non admittit, doctissimus le Grand conjecit αἰεὶ, *semper*; quod etsi ingeniose excogitatum est, tamen vereor ne h. l. voculæ præter, necessitatem intrusæ simile sit. Visum igitur nobis est αἰτῶ reponere, quod et huic periodo aptum est, nec a sequentibus alienum, ubi pergit vates Ἰήϊον δὲ καλέω παιᾶνα. Sic illud αἰτῶ et hoc quod sequitur καλέω sibi mutuo respondent. Pro φάναι prætuli lectionem Robortelli κράναι, *perficiat*. Post cum Diana dicitur σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν, ἄνομον, ἄδαιτον, equidem illud ἑτέραν neque, ut Stanleius, ἀλλόκοτον significare, neque cum Pauwio τῷ δείπνῳ ἀετῶν opponi, neque, quod vult Heathius, ad alia, quæ ante Iphigeniæ immolationem facta essent, sacrificia referendum esse putem; sed ex vicinia verborum colligo tribuendum esse vocabulo ἑτέραν sensum exquisitiorem, quo interdum significat, euphemismo quodam, i. q. κακὸν, s. *infaustum*. Vide quæ notavit vir summus, L. C. Valkenarius in diatribe in Euripidis deperditorum dramatum reliquias. (p. 112.) Postremo pro παλίνορσος v. 159. conjicio legendum esse παλίνορσον, sic ut ad Agamemnonem redeuntem referatur; latet enim in adjectivo δεισήνορα accusativus ἄνδρα, ut adeo παλίνορσον quarto casu, cum substantivo ἄνδρα, quamvis non diserte expresso, facile tamen subintelligendo,

Τούτων, αἰτῶ, ξύμβολα κρᾶναι
Δέξια μὲν, κατάμομφα δὲ
Φάσματα στρουθῶν.
Ἰήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα
Μή τινας ἀντιπνόους

148. *αἰτῶ*] Sic emendavi pro vulg. *αἰτεῖ*. Cl. le Grand in mentem venit *αἰεὶ*, quod tamen hic languere videtur. *κρᾶναι*] *φάναι* Ald.

construi, more Æschyleo, possit. Eleganter etiam inter plures nominativos eo loco concurrentes accusativus ille interjiciatur. Si tamen vulgatam *παλίνορσος* servandum putes, interpretandum erit de reditu Clytæmnestræ ab Iphigeniæ immolatione, quam Aulide factam esse fabulis perhibebatur. Sed emendationem nostram confirmant illa Cassandræ verba v. 1234.

Ἐκ τῶνδε ποινάς φημι βουλεύειν τινὰ
Λέοντ' ἄναλκιν ἐν λέχει στροφώμενον
Οἰκουρὸν, οἴμοι, τῷ μολόντι δεσπότῃ
Ἐμῷ.

Jam superest, ut totum illum locum, pro ea quam exposuimus ratione vel emendatum vel explicatum, latine convertamus. *Pulchra igitur dea illa, tantopere favens tenellis rapidorum leonum catulis omniumque agrestium mammas amantibus s. lactentibus ferarum fœtibus, jucundum harum avium, precor, portentis exitum det, faustis illis quidem ob significationem, sed culpandis tamen ob numen Dianæ læsum; jaculatorem autem invoco Apollinem, ne quas ventorum adversorum Græcis diuturnas puppium retentrices navigandi difficultates creet Diana, urgens sacrificium infaustum, haud epulandum, litium fabrum, consanguineum, virum non metuentem*, (h. e. e quo jurgia domestica et odium oriantur conjugis virum non metuentis.) *Manet enim reducem metuenda domus custos dolosa, memor ira*, (h. e. opperitur maritum reducem uxor, domi desidens, insidiosa, memorem iram servans) *vindictam pro filia exactura.*

152. sqq. *ἀπλοίαι ἀντίπνοοι*, navigandi difficultates ob reflantes ventos infestæ; *ἐχενηΐδες*, quæ naves quasi vinculis alligant; Iphigenia autem immolanda dicitur *θυσία ἄνομος*, quod nefas esset filiam a patre immolari. Sic Eurip. Iphig. Aul. v. 398.

Ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις
Ἄνομα δρῶντα, κ' οὐ δίκαια, παῖδας οὓς ἐγεινάμην.

Porro eadem *θυσία* vocatur *ἄδαιτος*, quia ab hoc funesto sacrificio *epulæ* aberant, quæ in ceteris celebrari solebant. *νεικέων τέκτονα σύμφυτον οὐ δεισήνορα* pro *νεικέων τέκτονα συμφύτων οὐ δεισηνόρων*, eadem prorsus figura, ut recte Heathius observat, qua supra v. 49. dicebatur *ἐκπατίοις ἄλγεσι παίδων*. Æschylus igitur causam, quæ Dianam ad retinendam in Aulide classem Græcorum impulerit, hanc affert, meo quidem judicio futilissimam. Dianam nimirum Agamemnoni iratam fuisse ponit, propterea quod congregatis apud eum principibus Græcorum, cum duas Jupiter aquilas portenti causa in leporem gravidum immisisset, hunc ante regis ædes cum fœtu devoratum dea illa, utpote gravidis animalibus favens, ægre tulisset. Longe probabiliore figmento Sophocles Dianæ iram Agamemnonis culpæ tribuit, qui cervam in luco deæ venatus, insolenter simul verbis se efferens, confixisset. Electr. v. 576. cf. Hygin. fab. 98. 261. Euripides autem Iphigeniam Dianæ ex voto quodam Agamemnonis debitam fuisse ponit. Quo enim anno ea natu esset, antequam

Δαναοῖς χρονίας
Ἐχενῆϊδας ἀπλοίας τεύξῃ,
Σπευδομένα θυσίαν
Ἑτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,
Νεικέων τέκτονα σύμ-
φυτον, οὐ δεισήνορα. Μίμνει
Γὰρ φοβερὰ παλίνορσος
Οἰκόνομος δολία
Μνάμων μῆνις τεκνόποινος.
Τοιάδε Κάλχας
Ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν
Μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων
Ὁδίων οἴκοις βασιλείοις.
Τοῖς δ' ὁμόφωνον
Αἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Ζεὺς, ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐ- στρ. α'.

158. οὐ δεισήνορα] Perperam corr. Stanl. πεισήνορα, de Iphigenia, quæ a patre et ducibus, ut sibi parcerent, impetrare non potuerit. 166. τοῖς δ' ὁμόφωνον] τοῖς δ' ὁμοφρῶν ὢν Turn.

in lucem ederetur, Agamemnonem Dianæ pulcherrimum ejus anni fœtum vovisse, adeoque ut eam immolaret, religione fuisse obstrictum. Iphig. Aul. v. 530. Iphig. Taur. v. 24. Alii denique, ut Callimachus hymn. in Dian. v. 262. sq. ideo regi succensuisse Dianam, quod eam ad venandi certamen provocasset, narravere. Ceterum comparari potest, ad vocabulum οἰκονόμος illustrandum v. 1234. et Euripidis Hecuba v. 1277. ubi Clytæmnestra dicitur οἰκουρὸς πικρά. Cf. etiam Troad. 360. sqq.

168. Ζεὺς, ὅστις ποτ' ἐστίν. "Ita Plin. Nat. hist. 2. 7. *illud, quicquid est, summum.* Apposite vir doctissimus P. Victorius, Var. lect. lib. 13. cap. 2. *Qui in vetere cultu Deorum deos invocabant, nominibusque eos appellabant, timentes ne apud eos offenderent, si forte non suo nec grato illis nomine vocassent, sæpe veniam errati sui petebant, totosque se ad eorum voluntatem referebant, in arbitrio ipsorum ponentes, ut e multis id nomen adsciscerent, quo magis delectarentur, suæque inscitiæ ignoscerent. Hoc fecit accurate Catullus, ritumque hunc custodivit in hymno ad Dianam; cum enim pluribus nominibus Deam hanc ipsam vocasset, ad extremum inquit:*

Sis quocunque tibi placet sancta nomine.

Nec non Euripides, cujus hic locus a Clemente citatur Strom. lib. 5. Σοὶ τῷ πάντων μεδέοντι χοὴν πέλανόν τε φέρων, Ζεὺς, εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι θυσίαν ἄπυρον παγκαρπίας δέξαι,

τῷ φίλον κεκλημένῳ,
Τοῦτό νιν προσεννέπω.
Οὐκ ἔχω προσεικάσαι

170. τοῦτό νιν] τοῦτον νιν Guelf. τοῦτο νιν μὲν conj. Heathius, quia nimirum v. 178. sic emendebat: οἶδεν ἀντιλέξαι πρὶν ὤν. 173. Hunc versiculum vel ita corrigendum opinor:

Πλὴν ἐκ Διὸς, εἰ τόδ' ἐμᾶς,

tumque antistrophicum v. 179. huic respondentem ita concinnandum:

Ζῆνα δὲ πᾶς τις προφρονῶς,

vel hoc modo:

Πλὴν ἐκ Διὸς, εἰ τόδε, μαθὼν,

ut antistrophicus ita procedat:

Ζῆνα δὲ πᾶς τις προφρονέως.

Ceterum pro πλὴν Διὸς in Ald. est πλὴν Διά.

πλήρη, προχυτίαν. *Non tantum autem e Poëtarum scriptis magnus hic ipsorum in hac re metus percipitur, verum etiam e gravissimo omnium auctore Platone, qui ita inducit Socratem in Philebo loquentem, cum Protarcho incredibilem animi sui reformidationem exponeret:* τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου· καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπη ἐκείνη φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω. Hæc ille. Non absimilis occurrit locus apud Euripidem in Troad.

Ὦ γῆς ὄχημα, κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν,
Προσευξάμην σε." *Stanl.*

εἰ—κεκλημένῳ. Hoc paulo accuratius, quam Stanleius, ita reddiderim: *si hoc sub nomine invocari ei gratum sit.* Κεκλημένος h. l. est qui invocatur, non tantum qui appellatur, ut Eurip. Supplic. v. 626. κεκλημένους μὲν ἀνακαλούμεθ' αὖ θεοὺς, vocata numina iterum invocamus.

170. Τοῦτό νιν προσεννέπω est, *hoc nomine eum jam compello.* Hesych. προσεννέπειν interpretatur προσαγορεύειν.

171. sqq. οὐκ ἔχω—ἐτητύμως. Si nihil in his corruptum esse statuamus, hoc modo vertenda erunt: *Non possum, quamvis omnia perpendam, absque Jove conjicere, an hoc vanum curæ pondus vere oporteat abjicere.* Sed primum πλὴν Διὸς an significare possit *absque Jove*, h. e. *citra Jovis auxilium*, ambigi potest. Deinde vocabulum μάταν non unam ob causam suspectum est. Primum enim ejus culpa Strophicus versus

- ∪∪ - ∪∪
Πλην Διος | ει τοδε | ματαν

non respondet antistrophico

- ∪ ∪ - ∪ ∪
Ζηνα δε | τις προφρο | νῶς.

Deinde duriusculum est, ne quid gravius dicam, dicere τόδε μάταν ἄχθος pro τοῦτο τὸ μάταιον ἄχθος. Heathius probitatem illius locutionis agnoscit quidem, nullis tamen exemplis confirmat. Ubi enim τόδε reperiatur alibi cum adverbio μάταν compositum, ibi non dubito quin μάταν cum verbo aliquo, non cum τόδε, construendum sit; v. c. apud Euripidem Iphig. in Aul. 1617. est πῶς δὲ φῶ; παραμυθεῖσθαι τούσδε μάτην μύθους; at ibi μάτην ad παραμυθεῖσθαι pertinere, quis non videt? ut Clytæmnestra hoc innuat: *Quod dicam? Num dicam frustra hosce sermones, aut narrationes, consolandi mei causa fingi?* Denique, si verum esset μάταν, haudquaquam satis apte ad sensum compositum id esset cum ἐτητύμως, quo vocabulo prima Antistrophe clauditur. Ete-

Πάντ' ἐπισταθμώμενος,
Πλὴν Διός, εἰ τόδε μάταν

nim quis ferret hodie Germanice sic loquentem : *Ich weiss nicht, ob ich mir diese vergebliche Sorge mit Recht (oder mit Grunde) ersparen kann ?* Nonne eum aut ita efferre juberemus quod vellet: *Ich weiss nicht, ob meine Sorge vergeblich ist ?* aut sic : *Ich weiss nicht, ob ich mir diese Sorge mit Recht ersparen kann ?* Simillima est horum versuum ratio. Si τόδε μάταν ἄχθος φροντίδος est, ut Heathius existimat, *vanum hocce curæ pondus*, non video, quomodo Chorus incertus esse potuerit, an id onus ἐτητύμως, *vere* s. *jure*, *abjici* debeat. Sane enim nemo, qui sapiat, sine causa timere aut angi velit. Alibi apud Æschylum recte sibi opponuntur μάτην et ἔτυμα, ut Prometh. Vinct. 294.

Γνώσῃ δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ' οὐδὲ μάτην
Χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι.

Quæ cum ita sint, mihi quidem non dubium est, in mendo cubare vocem μάταν : idque mendum optime tolli videtur sic, ut corrigamus ;

Πλὴν ἐκ Διός, εἰ ΤΟΔ' ΕΜΑΣ
'Απὸ φροντίδος ἄχθος
Χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.

Ita et metro consuletur et sententiæ. Jam enim totius, in qua versamur, Strophes hic sensus erit : *Jupiter, quisquis est, si hoc nomine se invocari gaudeat, hoc ipso eum jam compello. Non possum enim decernere*, etiamsi *omnia perpendam, nisi a Jove* monitus, *utrum hoc meæ curæ pondus vere* s. *tuto oporteat abjicere.* Pulchre autem correctio nostra simili loco confirmatur, ubi senes Chorici de eadem re, de sollicitudine scilicet sua, loquuntur, v. 1007. sqq.

Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τιν'
'Ελπίδος ψυθῆ πεσεῖν
'Ες τὸ μὴ τελεσφόρον.

Quod enim ibi est ἐμᾶς ἐλπίδος, *mei timoris*, id hoc loco est ἐμᾶς φροντίδος ; atque ut ibi optat chorus, ut aliquid de suo timore falsum sit, ita hoc loco incertus est, an sollicitudinem suam tuto deponere possit. Sed erunt fortasse, quibus altera quam proposuimus h. l. emendandi ratio potior videatur :

Πλὴν ἐκ Διός, εἰ τόδε, μ α θ ὼ ν
'Απὸ φροντίδος ἄχθος etc.

Non possum conjicere, nisi a Jove didicerim etc. Nec dubito futuros esse, quibus neutra ratio placeat. Quibus, si meliora attulerint, libenter parebo.

176. sqq. οὐδ' ὅστις—τὸ πᾶν. *Neque enim qui olim erat magnus* (scil. *deus*) *audacia nihil non oppugnante abundans, quicquam nobis* (de futuro harum rerum eventu, quem scire cupimus) *dicere possit, cum olim fuerit* (nunc vero scil. occiderit) et *qui postea exstitit* similiter *victorem nactus periit. Jovem autem qui pia mente epiniciis celebraverit, is compos utique sapientiæ fiet ;* Jovem inquam, qui sapere mortales docet, quique hanc legem sanxit, *ut quæ nocumenta, eadem documenta sint. Nam etiam in somno cruciatus e conscientia malorum facinorum præcordia circumfundit, et vel ad invitos venit prudentia. Hæc autem utique dei* scil. Jovis *donum est, potenter sublimi solio insidentis*, h. e. potenter mundi gubernacula tenentis. Hoc loco non de universo quodam genere hominum ferocia impotente superbientium, post autem gravi casu pereuntium (quod magnus quoque Grotius putabat,) sed potius de duobus numinibus, quæ ante Jovem regnaverint, sermonem esse, facile, ut spero, nobis concesserit, quicunque ad oppositionem illam e particula adversativa δὲ ter repetita, οὐδ' ὅστις —ὃς δὲ—Ζῆνα δὲ—atque ad antecedentis strophæ sententiam animum intenderit. Ille autem, quem Chorus olim magnum et præpotentem fuisse dicit, Οὐρανὸς est, s. *Cœlus*; qui vero postea victorem nactus periit, est *Saturnus*, Cœli filius. Hoc primum egregie confirmat locus Prometh. Vinct. v. 964. οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ—αἴσχιστα καὶ τάχιστα, h. e. *nonne ego ex*

Ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
Χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.
Οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας, ἀντισ. α'.
Παμμάχῳ θράσει βρύων,
Οὐδὲν ἂν λέξαι, πρὶν ὤν.

178. οὐδὲν ἂν λέξαι] Pro τι posui ἂν, quod in omnibus abest, metro et sententia re-

his arcibus i. e. ex imperio cœlesti *reges duos excidisse vidi? Et hunc* (sc. Jovem) *nunc regnantem tertium adspiciam turpissime et citissime* scil. regno cœlesti excidentem. Ibi igitur eodem fere modo Jovis antecessores designantur. Nam quod h. l. interpretes de Typhoëo poëtam loqui putarunt, id vel hoc uno potest argumento convinci, quod Typhoëus Jovem quidem de solio deturbare aggressus, sed ab eo victus est, et a magnis conatibus depulsus; hic autem aperte Æschylus de diis loquitur, qui re vera deorum regnum olim obtinuerunt, nec tantum invadere conati sunt, quique ante Jovem imperio præfuerunt, quorum neutrum in Typhoëa cadere potest. Magnus autem probabilitatis cumulus interpretationi nostræ accedit e diligentiore verborum, quibus duo illos priores ante Jovem rerum dominos Æschylus descripsit, consideratione. Nam Cœlus dicitur παμμάχῳ θράσει βρύων, propter sævitiam in omnes liberos; etenim, ut Hesiodus ait, Theogon. v. 154.

> Ὅσσοι γὰρ Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
> Δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο
> τοκῆϊ
> Ἐξ ἀρχῆς.

Qui locus adeo clarus est, adeo cum nostro sententiæ similitudine conjunctus, ut eum ipsum Æschylus respexisse nobis videatur. Cœlus autem propter ἀεικέα ἔργα, ut dicit Hesiodus v. 167. s. propter illud ἄμαχον θράσος, quibus verbis noster in hac re utitur, a Saturno, seditione facta, genitalibus turpiter falce demessis, regno expulsus est. Ὃς δ' ἔπειτ' ἔφυ, *qui vero postea exstitit,* h. e. Saturnus, qui ei successit, τριακτῆρος οἴχεται τυχών, *victorem nactus periit.* cf. locum Platonis Euthyphr. cap. 6. Αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον. καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ π α τ έ ρ α δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ· καὶ ἐ κ ε ῖ ν ό ν γε αὖ τὸν αὐτοῦ π α τ έ ρ α ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα.—Τριακτὴρ igitur est Jupiter, et quanquam ita proprie dicitur is, qui ter in ludis gymnasticis vicit, tamen hoc loco ista vis verbi non adeo premenda est, ut ad ineptas argutias cum Heathio abeamus, qui quidem hic usque eo ingenio suo indulget, ut nostrum ad tres illas Græcorum victorias, ad Salamina, ad Platæeas, atque ad Mycalen, respexisse somniet. Simpliciter igitur Saturnus victori filio suo cessisse dicitur: nihilque aliud h. l. senum Choricorum animis obversatur, quam Jovis victoriæ a Saturno reportatæ recordatio. Quod vel ex eo patet, quod statim τῶν ἐπινικίων mentionem faciunt. Notum est enim epinicia s. Pæanas inventori Apollini tribui, qui primum ejus generis carmina Jovi post Saturnum devictum cecinerit. Hinc est, quod Tibullus (ii. 5. 7.) Apollinem his verbis alloquitur:

> Sed nitidus pulcherque veni, nunc indue vestem
> Sepositam, longas nunc bene pecte comas.
> Qualem te memorant Saturno rege fugato
> Victori laudes concinuisse Jovi.

Οἴχεται h. l. non est proprie *periit,* sed *succubuit, prostratus est;* estque præsens pro præterito positum, ut Eurip. Androm. v. 919.

Ceterum qui h. l. non Cœlum et Sa-

Ὃς δ' ἔπειτ' ἔφυ, τρια-
κτῆρος οἴχεται τυχών.
Ζῆνα δέ τις προφρόνως
Ἐπινίκια κλάζων
Τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν·
Τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώ- στρ. β'.
σαντα, τὸν πάθη μάθος

quirente. Pauwius, quia in Turn. est πρὶν ἂν, corrigebat οὐδὲ ἓν λέξαι πρὶν ἂν, inconcinna sane structura verborum, ineptiore etiam sensu: *Novi qui modo erat magnus, omnigena audacia scatens, ne verbum quidem mutiisse olim, ut vero postea evasit, periit superiorem nactus.* Non magis Abreschii ratio probanda: οὐδὲ λέξαι (scil. ἔχω) τι πρὶν ὄν. 184. τὸν] τῷ Ald. Rob. βροτοὺς] βροτοῖς Ald. Rob. 185. μάθος] $\mu\acute{\alpha}\vartheta^{\text{ος}}_{\text{οις}}$ sic Guelf. μάθαν post Canterum præfert Stanl. Arnaldo autem in mentem venit τῷ παθεῖν μαθεῖν. Pro πάθει dedi πάθη.

turnum, sed Ophiona et Saturnum a poëta designatos esse velit, utatur suo judicio; nihil enim impedio. Ut enim in aliis, sic in eo quoque fabulæ variant, ut secundum quosdam primum Ophion cum Eurynome, deinde Saturnus cum Rhea, postremo Jupiter cum Junone regnum deorum obtinuisse ferantur. Cf. Apollon. Rhod. Arg. i. 503. ibique Cl. Brunck.

178. οὐδὲν ἂν λέξαι. Nihil jam opus esse video conjectura, qua olim emendandum censebam: οὐδὲν ἂν ἀλέξοι, sed οὐδὲν ἂν λέξαι refertur ad v. 172. significatque deos illos imperio dejectos nihil de futuro rerum eventu prædicere posse.

181. τις. "I. q. πᾶς τις." *Abresch.*

182. κλάζειν cum compositis inde derivatis alias quidem apud nostrum construitur cum accusativo rei, dativo autem personæ; v. c. Agam. 163. 208. Pers. 112. Sept. adv. Theb. 230. Nihil tamen mutem, quamvis facile sit Ζηνὶ τῷ—ὁδώσαντι, τῷ—θέντι rescribere. Nam solenne est nostro accusativos duo cum hujus generis verbis jungere, rei alterum, alterum personæ. Ζῆνα ἐπινίκια κλάζειν, est Jovem (sc. Victorem) carminibus celebrare, ab eoque victoriam precibus expetere. Ἐπινίκιον enim, sicut Pæan, non semper de gratiarum actione pro parta victoria, sed etiam de carminibus, quæ pro sperata victoria, pro avertendis malis quibuscunque dicuntur, usurpari solet. vid. Eustath. ad. Il. ά. 463. x. 391. Τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν non est h. l. *compos fiet usquequaque sui propositi*, ut Stanleius vertit; sed potius i. q. ὁλοσχερῶς φρόνιμος ἔσται, quæ est interpretatio Scholiastæ nequaquam si quid video spernenda. Id sequentia docent, τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα etc. ubi haud obscure agitur de prudentia, quæ hominibus dono divino veniat, e pœnarum sensu mala facinora consequentium.

185. τὸν πάθη μάθος. Ut notum est proverbium τὰ παθήματα μαθήματα, sic bene dici potest τὰ πάθη μάθος ἔχει. Μάθος vero etiam diserte legitur in Aldina, quod perperam a quibusdam sequentibus mutatum est. Pro πάθει autem πάθη scripsi, non facili magis mutatione, cum H et EI centies a librariis permutata sint, quam idoneis argumentis ductus, quæ istam emendationem suaderent. Nam et pluralis numerus

Θέντα κυρίως ἔχειν.
Στάζει δ' ἔν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
Μνησιπήμων πόνος, καὶ

187. πρὸ] πρὸς Turn.

hic aptior est, et accusativum (πάθη) non dativum (πάθει) postulat constructio. Jupiter ἔθη πάθη μάθος ἔχειν, hanc quasi legem sanxit, *ut quæ noceant, eadem et doceant.* Quod autem τῷ in τὸν mutavi, id eo faciendum esse arbitratus sum, quod substantivo πάθος hic articulo nihil opus esset, (indefinite enim talia efferri solent,) et quod τὸν repetitum propter vim anaphoræ, sententiæ venustatem ac pondus augeret:

ΤΟΝ φρονεῖν βροτοὺς ὁδώ-
σαντα, ΤΟΝ πάθη μάθος
θέντα κυρίως ἔχειν.

Dici autem non potest, quoties illam sententiam τὰ παθήματα μαθήματα, et quam varie extulerint tragici qui supersunt omnes. E Sophocle tantum excitabo ultimos Antigones versus, multum hunc nostrum locum illustrantes:

Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
Πρῶτον ὑπάρχει. Χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς
Μηδὲν ἀσεπτεῖν. μεγάλοι δὲ λόγοι
Μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
Ἀποτίσαντες
Γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

Chorici autem senes nostri Jovem ab iis qui sapere velint invocandum, et carminibus, ut pericula avertat, implorandum esse monent. Hunc enim solum esse, qui omnia regat, (veteribus diis Cœlo et Saturno exclusis) hunc et piis hominibus, qui cum precibus salutent, hanc mentem dare, ut sibi a malitia cavere adeoque etiam a pœnis tuti esse possint; hunc vero etiam eos, qui deliquerint, damnis inflictis ad sapientiam perducere.

187. Στάζειν πρὸ καρδίας dicitur dolor: qua imagine sæpius utitur Æschylus, ut graves animi affectus cor quasi inundare, seu in cor stillare dicantur, propter sanguinis scilicet effusionem, ejusque in corde nimiam repletionem. Sic v. 1130. ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς σταγών. Sic de ira Choëph. 181. ἐμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον χολῆς. Μνησιπήμων πόνος est angor e recordatione seu conscientia malorum facinorum. Nam angore conscientiæ fraudisque cruciatu agitantur homines, qui se sceleribus alligaverunt. Nec dubium est, quin Chorus hic respexerit ad piaculum ex immolatione Iphigeniæ conceptum. Quod autem additur ἔν θ' ὕπνῳ, *etiam in somno*, vel eo spectat, quod, qui atrox quoddam facinus commisere, sine cura quiescere non possunt, vel intelligitur de somniis terribilibus, quibus facinorosi anguntur, e somnoque excitantur, quod egregie confirmatur Choëph. v. 30. sqq. ubi Clytæmnestra nocturnis visis excita dicitur: Τορὸς γὰρ φόβος ὀρθόθριξ Δόμων ὀνειρόμαντις ἐξ ΥΠΝΟΥ κότον πνέων, ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα Μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ.—Gravissima autem est sententia, nec tamen gravior quam vera: Καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν. Homines enim, divinam facinorum ultionem experti, *inviti*, h. e. nulla alia ratione dociles, et cum sensu doloris, quo melius caruissent, sapere discunt. Δαιμόνων χάρις est *Jovis gratia* s. *donum.* Familiaris enim Æschylo est pluralis pro singulari positus. v. c. de eodem Jove dicitur Prometh. 149.

Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου
Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρα-
τύνει,
Τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἰστοῖ.

Atqui non plures erant novi οἰακονόμοι, sed unus Jupiter imperium deorum invaserat. cf. Prometh. 310. 438. Sic Choëph. v. 51. dicuntur δεσποτῶν θάνατοι, pluraliter, de unius Agamemnonis cæde.

Παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν.
Δαιμόνων δέ που χάρις, βιαίως

190. χάρις βιαίως] χάρις βίαιος Turn.

Quod autem v. 190. sq. additur βιαίως σέλμα σεμνὸν ἡμένων, id, quam vim haberet, interpretes, qui universe de sede seu sedili intellexerunt, non satis animadvertisse videntur. Cum autem σέλμα sit transtrum navis, similis est locutio σέλμα σεμνὸν ἧσθαι Romanæ, qua summi magistratus reip. dicebantur *in puppi sedere, et clavum tenere*. Et sæpius hac imagine usus est Æschylus, ut deorum hominumque imperium cum gubernatione quasi navis cujusdam compararet. Cf. Agam. 1627. sq. Ita loco paulo ante commemorato, nemo dubitare potest, οἰακονόμον Jovem dici ex rei nauticæ similitudine. Atque adeo si quis h. l. phrasin Æschyleam nostro sermone imitari vellet, non diceret: *die Gottheit, die mächtig auf dem erhabenen Throne sitzet*, (quamquam et hæc imago alibi occurrit, ut Suppl. 106. sqq.) sed potius: *die Gottheit, die gewaltig auf erhabenem Sitze das hohe Steuerruder lenkt.* Itaque non opus est cum doctissimo *le Grand* βιαίως in βεβαίως mutare. Sæpe enim summam Jovis vim ac potentiam Æschylus celebrat, e. c. Prometh. 162. sqq. v. 403. v. 673. v. 706. Nec magis quemquam offendere debet verbum ἦμαι cum accusativo constructum, etsi alibi ut Choëph. 947. Suppl. 106.—108. ἦμαι cum ἐπὶ sequente genitivo conjungitur. Sic enim ἐφέζειν cum quarto casu occurrit Agam. v. 673. Eumen. 449. et ἔφημαι Eumen. v. 412.

Ceterum non est silentio prætereundum, quamquam Chorus h. l. universe loqui videri potest, non tamen adeo locum communem esse, ut ad propriam personam accommodatus non sit a tragico nostro, quem hoc ipso excelluisse diximus, quod tantum non ubique, quid locus et tempus postularet, viderit, et ut cuique personæ convenientia redderet, feliciter elaborarit. Nam in his verbis στάζει—σωφρονεῖν tacita inest significatio sollicitudinis de Agamemnonis fortuna, quem propter Iphigeniæ filiæ cædem punitum iri ominatur. Illam enim regis fortunam observari senum Choricorum animis et antecedentium v. 151—167. consequentiumque v. 192. sqq. argumentum declarat, quæ, nisi ita esset, sane cum interjectis v. 168—191. male cohærerent; et vero extra dubium ponit locus Agam. 1571. sqq. nostro et ad sententiam et ad elocutionem simillimus. Cæso enim Agamemnone, Chorus, postquam erat cum Clytæmnestra altercatus, hæc autem v. 1571. jure cæsum esse regem contenderat ob Iphigeniæ immolationem, in hæc verba erumpit:

Ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους.
Δύσμαχα δ' ἔστι κρίναι.
Φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.
Μίμνει δὲ μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς
Παθεῖν τὸν ἔρξαντα. θέσμιον γὰρ
Τίς ἂν γονὰν ἀραῖον ἐκβάλοι δομῶν;

h. e. *Probrum probro cumulatur. Difficile autem est hæc judicare* (quem scil. exitum habitura sint.) *Aufert* (Clytemnestra) *auferentem* (scil. regem, qui Iphigeniam mactaverat;) *luit autem* (h. e. luet cædem regis) *interfector;* (quo nomine Clytæmnestra et Ægisthus significantur.) *Et quamdiu Jovis regnum manebit, tam diu vetus illa lex valebit, ut quo quis peccaverit, eodem et puniatur. Quis enim legitimam prolem domo exturbet?* Ut igitur illo loco ex cæde Agamemnonis et ejectione Orestæ Chorus reginæ pœnam Jovis ominatur, sic his, in quibus versamur versibus, de sorte Agamemnonis propter filiæ cædem male metuit; utroque loco nixus gravissima sententia: Jovem nullum facinus inultum relinquere, sed ejus pœnam certo quamvis tardo interdum pede scelestos persequi.

Σέλμα σεμνὸν ἡμένων.
Καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέ- ἀντιστ. β'.

192. sqq. καὶ τόθ' ἡγεμὼν etc. *Ac tum quidem imperator natu major* (Agamemnon) *navium Achaicarum, vatem (Calchantem) minime vituperans, incidentibus* (potius) *casibus assentiens, quando navigandi impotentia, naves exhauriente, gravabatur populus Achaicus, e regione Chalcidis stationem habens in Aulidis littoribus retro strepente fluctu madentibus; venti autem a Strymone ingratum otium et famem afferentes, importuni, hominum seductores, nec navibus nec funibus parcentes, longum tempus adaugentes moræ, florem Argivum carpebant. Postquam vero acerbæ tempestatis infaustum remedium* (ipsa hac tempestate) *gravius principibus vates denunciavit, mentionem faciens Dianæ, ut terram scipionibus percutientes Atridæ lacrymas non tenerent, tunc igitur rex natu major hæc dixit: Gravis quidem calamitas, non parere! Gravis vero, filiam laceravero, domus ornamentum, maculans virginis occisæ sanguine paternas manus ad aram. Quidnam horum sine malis? Quomodo autem classis desertor fiam, a sociis deficiens? Sacrificium enim, quod ventorum impetum sedaret, (h. e.) virgineum sanguinem vehementer et iracunde flagitare jus fasque est. Bonum enim esset!* Hic primum illud observamus, constructionem verborum inchoatam versu primo secundæ Antistrophes uno eodemque spiritu decurrere, usque ad primum tertiæ Antistrophes versum. Tollenda igitur erant punctorum signa, post ultimum secundæ Antistrophes, et post tertiæ Strophes sextum itemque ultimum versum; cum enim longissimus sit verborum circuitus, poëta noster argumentum versus primi secundæ Antistrophes.

Καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς

iterum repetit Antistrophen tertiam exorsus, constructionis filo quasi resumto,

Ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τότ' εἶπε φωνῶν.

Quod autem Agamemnon dicitur μάντιν οὔτινα ψέγων, quod Stanleius vertit, *vatem neminem vituperans*, id potius latine sic erat reddendum, *vatem nequidquam vituperans*. Nam neque erat alius vates, quem rex culpare posset, præter Calchantem, et οὔτις apud nostrum ceterosque Tragicos sæpe pro simplici negatione οὐ ponitur. Sic v. c. Sophocl. Electr. v. 515. οὔτις πω ἔλειπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου πολύπονος αἰκία idem est ac οὐδέπω.—Non est autem hoc loco silentio prætereundum, Æschylum et Euripidem in notandis Agamemnonis moribus diversam plane viam ac rationem iniisse. Æschylus enim regem, tempestate quidem primum coorta, fingit necessitati parentem, fortunæque casibus acquiescentem; ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέοντα· post autem Calchantis oraculo de immolanda filia audito, vehementer animo commotum, et ad summam consilii inopiam redactum; tandem vero urgentibus Græcis, cum eos Iphigeniæ sanguinem jure suo deposcere decrevisset, victum, animoque ad vitam filiæ pro republica negligendam obfirmato, cedentem. Apud Euripidem vero Iphig. in Aul. Agamemnon tempestate coorta, secunda navigatione carens, vehementer angitur et consternatur; Græcisque flagitantibus, ut exercitum dimittat, cedere non vult, ne sperata imperii gloria frustretur: Calchantis itaque vaticinio edoctus, Iphigenia Dianæ immolata secundam Græcis navigationem fore, lubenter se id facturum promittit, litteris etiam ad uxorem datis jubet eam filiam quasi Achilli nupturam ad naves mittere. Paulo post autem filiæ caritate paternique amoris affectu victus, postquam diu noctem insomnem ducens secum ipse pugnaverat, aliam epistolam seni cuidam famulo dat, ad uxorem perferendam, qua nuptias filiæ in aliud tempus dilatas esse scripserat, ac ne jam filiam mitteret, interdixerat. Sed hæc epistola a Menelao intercipitur; unde inter eum et Agamemnonem lites oriuntur Menelao sacrificium Iphigeniæ vehementer urgente, Agamemnone autem

σβυς νεῶν Ἀχαιϊκῶν,
Μάντιν οὔτινα ψέγων,
Ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων,
Εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ
Βαρύνοντ' Ἀχαιϊκὸς λεώς,
Χαλκίδος πέραν ἔχων παλιῤῥό-
θοις ἐν Αὐλίδος τόποις,
Πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι στρ. γ'.
Κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι,
Βροτῶν ἄλαι, ναῶν
Καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς,

constanter, ut patrem decebat, repugnante. Dum hæc aguntur, nuntius intervenit, narrans jam venire Clytæmnestram cum filia, nec longe eas abesse. Quo nuntio Agamemnon plane perculsus miseriamque suam tristemque fortunam accusans, adeo movet Menelai misericordiam, ut is suapte sponte fratri significet, se jam a pristina sententia discedere, filiamque ei suam jam eripere amplius nolle. Agamemnon autem fratis quidem animum laudat, negat autem sibi propter ceteros Græcos, quibus jam denegari non possit Iphigenia, illius benevolentia uti licere, ferendam sibi potius esse illam, quæ evitari nequeat, calamitatem. Quibus inter se comparatis facile intelligitur, Agamemnonem Æschyleum Euripideo duriorem, fortiorem, et constantiorem esse.

195. ἐμπαίοις. *Incidentibus*; "ita postea v. 357. πρόσπαια κακά." *Stanl.* συμπνέων, *accommodans se, haud repugnans.*

196. ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ. "I. e. omnem absumente commeatum, omnia vasa evacuante. Vox κεναγγία frequens Hippocrati. Vid. Fœs. œcon. et Steph. Thes." *Abresch.*

198. sq. Cum ab Æschylo dicitur populus Achaicus πέραν Χαλκίδος ΕΧΩΝ ἐν Αὐλίδος παλιῤῥόθοις τόποις, illud ἔχων non interpretor cum Scholiasta ἐχόμενος, *retentus*, quod fieri non potest per usum loquendi, sed ἔχειν est h. l. *habitare, aliquo loco degere, commorari*; ut ἔχειν de urbibus usurpatum interdum significat *situm esse adjacere*, v. c Xenoph. Ἀναβ. vii. 8.

Παλίῤῥοθοι Αὐλίδος τόποι dicuntur propter æstum Euripi, cui Aulis adjacebat, seu ejus fluxum et refluxum; qua imagine utitur Lucanus v. 235.

Euripusque trahit *cursum mutantibus undis*
Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.

201. sq. Venti adversi, qui Græcos detinebant, appellantur κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι, h. e. *qui sæpe ingratum otium important* navigare cupientibus, *qui famem sæpe* navigantibus *afferunt*, dum eos scilicet ad scopulos desertos, ubi cibi sit inopia, detrudunt, *qui denique impediunt, quo minus nautæ feliciter appellere, seu in portus intrare queant.* Nimirum in his epithetis vis passiva in activam mutata est. Proprie enim κακόσχολοι, νήστιδες, δύσορμοι sunt *male feriati, jejuni, importuni.* Eodem modo hæ ventorum tempestates dicuntur βροτῶν ἄλαι, *hominum errores, h. e. qui homines circum maria et littora errare cogunt.*

Παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι
Τρίβῳ, κατέξαινον ἄνθος Ἄργεος·
Ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
Χείματος ἄλλο τι μῆχαρ
Βριθύτερον πρόμοισι
Μάντις ἔκλαγξε, προφέρων
Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκτροις
Ἐπικρούσαντας Ἀτρείδας
Δάκρυ μὴ κατασχεῖν.
Ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τόδ' εἶπε φωνῶν· ἀντ. γ'.
" Βαρεῖα μὲν κὴρ, τὸ μὴ πιθέσθαι·
Βαρεῖα δ', εἰ τέκνον
Δαΐξω, δόμων ἄγαλμα,
Μιαίνων παρθενοσφάγοισι
Ῥεέθροις πατρῴους χέρας, βωμοῦ πέλας.
Τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
Πῶς λιπόναυς δὲ γένωμαι,
Ξυμμαχίας ἁμαρτών;

205. κατέξαινον] κατέξανον Vict. Cant. Ἄργεος autem pro vulg. Ἀργείων metrum antistrophici poscebat. 207. ἄλλο τι] Inserui τι metri causa. 213. τόδ'] Melius forte ut Stanl. censuit, reponatur τότ', ut respondeat τῷ ἐπεὶ v. 206. 214. πίθεσθαι] Ita recte ob metrum pro vulg. πείθεσθαι emendavit Henr. Jacob, cujus quasdam emendationes ad oram editionis Canterianæ notatas oculis usurpavit Stanl. 218. πατρῴους] πατῴροις Guelf. Ald. Hunc versiculum antithetico parem effecimus, nulla verborum aut ordinis eorum mutatione facta, sed meliore tantum versiculorum dispositione usi. Est autem hic pariter ac strophicus oppositus Τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἄργεος, Asynartetus ex Iambico monometro, et hepthemimeri trochaica. 219. τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;] τί τῶνδ' ἄνευ κάκων; τί; Guelf. Ald. Rob. Turn. Vict. etc. Sed repetitum τί, quo facile caremus, oppositi in strophe versus mensura non admittit. 220. πῶς λιπόναυς] Sic Rob. recte. Nam λειπόναυς Turn. πῶς λειπόναυς Vict. etc. δὲ] τε Guelf. Ald. etc. pro quo δὲ substituimus, verborum connexioni aptius.

205. κατέξαινον ἄνθος Ἄργεος. Pulchra Metaphora; proprie enim venti floribus, quos decutiunt, nocent. Est autem ἄνθος Ἄργεος (ut supra Pers. v. 59. ἄνθος Περσίδος αἴας. Eurip. Troad. 808. ἄνθος Ἑλλάδος) *delecta manus Græcorum*, qui propter adversos ventos otio marcescebant.

Πανσανέμου γὰρ θυσίας
Παρθενίου θ᾽ αἵματος ὀργᾷ
Περιόργως ἐπιθυμεῖν
Θέμις· εὖ γὰρ εἴη."
Ἐπεὶ δ᾽ ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον, στρ. δ'.

223—225. Παρθενίου—ὀργᾷ περιόργως ἐπιθυμεῖν θέμις] Stanleio legendum videbatur ὀργᾷ περιόργως τ᾽ ἐπιθυμεῖ Ἄρτεμις. Verum θέμις non est sollicitandum. Si vitiosus est locus, vitium latet in ὀργᾷ περιόργως; quod sane sic tolli possit, si legatur, ὀργᾷ πέρι ἀρχοὺς ἐπιθυμεῖν θέμις; vel hoc modo: παρθενίου θ᾽ αἵματος ὀργᾷν, περιόργως τ᾽ ἐπιθυμεῖν (scil. τοὺς ξυμμάχους) θέμις. Ceterum pro ἐπιθυμεῖν le Grand conj. ἀποθυμεῖν, quod minime placet.

223. Hic vel sic rescribendum est, ut opinor,

Παρθενίου θ᾽ αἵματος ὀργᾷν
Περιόργως τ᾽ ἐπιθυμεῖν

inserto τε post περιόργως; ut sensus sit: *(Socios enim meos) sacrificium, quod ventos sedaturum sit, virgineumque sanguinem vehementer expetere et iracunde flagitare, jus fasque est*; vel ita corrigendum.

Παρθενίου θ᾽ αἵματος ὀργᾷ
Πέρι ἄρχους ἐπιθυμεῖν

hoc nimirum sensu: *Sacrificium enim —virgineumque sanguinem cum iracundia principes expetere jus fasque sit.* Ita ὀργᾷ πέρι esset *iracunde*, ut Chöeph. v. 33. περὶ φόβῳ est idem quod φοβερῶς; principes autem (ἄρχους) hic memorari satis conveniret, cum post strophe 4. extr. nominentur φιλόμαχοι βραβῆς, *pugnæ cupidi principes*, qui scilicet urgebant regem et instabant ut Iphigenia immolaretur. Prior correctio mollior esset; posterior pleniorem efficeret constructionem, quia alias deest vocabulum personæ diserte expressum, quod tamen ex vocabulo ξυμμαχίας præcedente repeti et subintelligi potest. Quicquid sit, in vulgatis labem insidere certo scio.—

225. εὖ γὰρ εἴη. Male reddidit Stanleius, *quod bene eveniat*; est enim h. l. excusandi formula, qua rex significat, se non magnopere posse Græcos culpare, quod Iphigeniæ mactationem flagitent: *esset enim*, inquit, *utile et conducibile.*

226. sqq. Primis quartæ Strophes versibus dura sors Agamemnonis describitur necessitatis vinculis adstricti, indeque ad quidlibet audendum compulsi. Ἐπεὶ δ᾽ ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον, *postquam vero* (rex) *necessitatis jugum subiit, ejusque fræna accepit.*—Λέπαδνον proprie est lorum, quo equi ad jugum vel ad temonem alligantur; omnino tamen, hac verbi proprietate neglecta, poëta videtur respexisse ad similitudinem, quæ inter necessitatem et fræna sive habenas, quibus equi reguntur et coercentur, intercedit.—Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν, ἄναγνον, ἀνίερον, *tum mentis conversionem* s. *consilii mutationem, impiam, incestam* s. *profanam spirans.*—Τροπαία substantivum est nostro, significatque *conversionem, mutationem*, v. c. Chöeph. 773. Ζεὺς τροπαίαν κακῶν θήσει, ubi Scholiastes recte explicat μετατροπὴν, est enim vocabulum ad animorum a pristina consiliorum ratione deflexum ab equorum flexu translatum. Φρενὸς autem τροπαία dicitur δυσσεβὴς, ἄναγνος, ἀνίερος, Homeri ratione, qui sæpe substantivis tria epitheta jungit, unum quidem antecedens substantivum, reliqua autem duo postposita. Nec sane hic otiosa posuit Æschylus epitheta; nam cum duplex sit mentis mutatio, vel a pravitate ad meliorem frugem redeuntis, vel a bonis consiliis ad pejora deflectentis, non magis ad

Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν
Ἄναγνον, ἀνίερον,

228, 229. ἀνίερον, τόθεν] ἀνιερόν θ' ὅθεν Turn. ὅθεν quoque cum Schol. præferendum existimabat Stanl. τὸ παντότολμον] τὸ πάντολμον Vict.

vim sententiæ quam ad perspicuitatem pertinebat, adjectivis quibusdam definiri, quam vim necessitatis ad animos hominum convertendos intelligi vellet. Coacervatio autem ista: δυσσεβῆ, ἄναγνον, ἀνίερον, et atrocitatem facinorum designat, ad quos miseri mortales dira necessitate adigantur, et hoc simul efficit, ut ab universo (generatim enim hæc dici nullum dubium est) animum tamen ad certam personam certumque tempus Agamemnonis, tristemque ejus casum traducamus. Subit enim animum nostrum recordatio verborum Calchantis, quibus, ne Diana postularet θυσίαν ἑτέραν, ἄνομον, ἄδαιτον, deprecatus erat v. 156. Atque adeo nihil impedire videtur, quo minus illorum versuum hunc sensum esse statuamus: *Postquam vero* (rex)*necessitatis jugum subiit, ejusque frena accepit, tum sane mutationem animi spirans impiam, nefariam, profanam:* h. e. quibus et alii mortales ad atrocia facinora mentem convertere sæpe coguntur, et hic ipse Agamemnon ad *impium, incestum*,) ἄναγνον h. l. eodem sensu dicitur, quo Lucretius i. 99. usurpat in eadem re vocabulum *inceste*:

Sed (*ut Iphigenia*) casta inceste, nubendi tempore in ipso
Hostia concideret mactatu mœsta parentis.)

profanumque sacrificium filiæ animum inclinabat.—Jam sequitur parenthesis: Τόθεν τὸ παντότολμον φρενεῖν μετέγνω βροτούς. *unde ille ad quidlibet audendum promtos fieri solere mortales sero* (seu quasi ex post facto) *intellexit* (suo nimirum exemplo filiæ vitam illudentis edoctus, ceterorumque ducum talem hostiam flagitantium) θαρσύνει γὰρ αἰσχρόμητις τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων, h. e. *audaces enim eos facit malesuada et infelix fraus, qua se jam ante obligaverunt, et ex quo tanquam fonte cetera facinora promanant.* Μετέγνω h. l. eo sensu dicitur, quo id verbum antiquitus usurpatum fuit, ut significaret, *aliquid post intelligere*, seu *sero intelligere, etwas hinterher sehen.* Ex hac verbi significatione altera illa notior vulgo, *pœnitendi* nimirum, detorta est; quoniam is, quem alicujus rei pœnitet, sero seu ex postfacto intelligit, eam rem sibi noxiam aut inutilem fuisse. Μεταγινώσκειν nec apud Homerum, nec apud Hesiodum, nec apud Pindarum, quantum equidem scio, occurrit. Sed eodem quo hic ponitur sensu, occurrit. Sed eodem quo hic ponitur sensu, occurrit Suppl. v. 116. adeoque hæc vis vocabuli ex Æschylo declaranda est. Sensus igitur est: *unde* (nimirum *ex dura necessitate*) *ille sero intellexit homines ad quidlibet audendum promtos fieri solere.* Nimirum pro vulg. βροτοῖς, rescripsimus βροτούς. Et hoc quidem primum Scholiastæ verba confirmant, qui βροτοὺς, non βροτοῖς, legisse videtur; cum hoc modo explicat: ὅθεν ἔγνω πάντα τοὺς ἀνθρώπους τολμᾷν, ἀπὸ τῆς ἀνάγκης δηλονότι. Deinde nec Stanleii, nec Heathii rationes difficultatem hujus loci expediunt. Stanleius vertit: *Unde supra modum sapere pœnituit mortales*; quam quidem versionem nec ipsa verba ferunt, et vero quæ sequuntur plane subvertunt. Nam si est ut pœniteat mortales consiliorum, quomodo hanc ipsam pœnitentiam cum audacia plura et majora perpetrandi conglutinant? Heathius Pauwii opinionum commentis recte abjectis alia substituit, haud multum, quod pace ejus dixerim, meliora. Rescribit enim τόθεν τὸ παντόλμον φρονεῖν μὲν ἔγνων βροτοῖς, eaque sic vertit: *Inde animum ad omnia audacem ac promtum mortalibus venire observavi.* Ut enim illud non urgeam, constructionem

Τόθεν τὸ παντότολμον
Φρονεῖν μετέγνω
Βροτούς· θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις
Τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.
Ἔτλα δ' οὖν θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς,

231. βροτοὺς] βροτοῖς Guelf. Ald. Rob. Turn. Vict. Minime vero audiendus est Pauwius, locum sic refingens: οὐ τότε vel οὔ ποτε τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω βροτός· quod ille quidem sic vertit: *Nihil adeo facinorosum est, quod meditari noluit mortalis*, sed ut vere judicat Heathius, præter verborum eorumque structuræ indolem. Vertere enim potius debuerat: *Non tunc audaciæ ad omnia promtæ pœnituit mortalem.* Heathius tamen ipse parum feliciter sic eundem locum constituit: Τόθεν τὸ παντότολμον Φρονεῖν μὲν ἔγνων βροτοῖς, hoc sensu: *Inde animum ad omnia audacem ac promtum mortalibus venire observavi.* Nihil autem mutandum esse, præter βροτοῖς in βροτοὺς, in Commentario docuimus. 231, 232. Heathius ita constituit:

αἰσχρόμητις γὰρ θρασύνει
τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.

ita ut prior sit trochaicus dimeter; et αἰσχρόμητις pro ἡ αἰσχρόμητις. Verum nec articulo hic opus est, nec transpositione; nam si versiculi 230, 231. sic, ut fecimus, dividantur:

φρονεῖν μετέγνω
βροτούς· θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις

prior est iamb. monometer hypercatal. posterior asynartetus ex penthemimerr. iambicis.

vel sic impeditam esse, sensumque, quem Heathius exire putat, non sponte fluere, sed quasi pistillo quodam extundendum esse, hoc maxime lectorem ab ejus partibus avocare debet, quod ineptum est Chorum hic de se loqui, et quid ipse sentiat aut cognoverit in medium afferre, quod nemo sane hoc loco exspectabat. Sin autem, quod nos volumus, hæc dixit: *Postquam vero rex necessitatis frena accepit, consilii mutationem impiam, incestam, profanam spirans, unde mortales ad quidlibet audendum promtos fieri sero intellexit:* omnia et inter se bene cohærent, et quæ sequuntur optime conveniunt: Θαρσύνει γὰρ αἰσχρόμητις τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων. Quia v. 6. prima syllaba longa esse debet, ut versus antistrophico respondeat, θρασύνει mutavi in θαρσύνει.—Παρακοπὰ πρωτοπήμων h. l. est i. q. πρώταρχος ἄτη Agam. 1201. *prima noxa, prima fraus,* ex qua deinceps plura et majora consequuntur. Hæc igitur prima fraus appellatur αἰσχρόμητις, quia ad alia turpia facinora incitat, (αἰσχρὰ ποιεῖν ἀναγκάζουσα, Schol.); appellatur etiam τάλαινα propter infelicem horum facinorum exitum. Comparari potest Clytæmnestræ dictum apud Senecam Agam. 169, 170.

O scelera semper sceleribus vincens domus!
Cruore ventos emimus, bellum nece!

Quærat autem hic fortasse aliquis, quænam hic Agamemnonis et principum Græcorum prima noxa fuerit, propter quam ad alterum illum piaculum, immolandæ Iphigeniæ, suscipiendum fuerint adacti! Hanc vero primam Græcorum noxam Chorus noster ipso bello conceptam esse ponit propter Helenam adversus Trojanos suscepto. Injustum enim multis videbatur, Agamemno-

Γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν,
Καὶ ναῶν προτέλεια·
Λιτὰς δὲ, κληδόνας πατρῴους,

234. *γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν*] *γυναικοποίνῳ πολέμῳ ἀρωγὸν* Turn. *γυναικοποίνων πολεμῶν ἀρωγὰ* conj. Pauw. male. 235. *προτέλεια*] *προτελείῳ* Guelf. Ald. Turn. In ceteris *καὶ προτελεία ναῶν·* prorsus *ἀμέτρως*. Transpositione efficitur versus anapæstic. monometer hypercatal. 236. *Λιτὰς δὲ, κληδόνας πατρῴους*] Vulgatum in omnibus Edd. *λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους*. Verum copulam *καὶ*, quæ hic necessaria non est, ut expungeremus versus antithetici mensura nobis persuasit. Uterque enim v. 236. et 249. est iamb. dimeter hypercatal.

nem tot civium vitam unius mulierculæ causa profundere. Quod ita esse certo sibi persuadebit, quisquis Agam. v. 447.—482. et v. 808—813. legerit, quibus locis nihil est ad confirmandam sententiam nostram illustrius. Imo et sequentibus verbis tacita inest ejus rei significatio : *Ἔτλα δ' οὖν—Γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν* etc. *ausus est igitur filiam suam sacrificare, belli ut esset, propter mulierculam suscepti, præsidium.*—*καὶ ναῶν προτέλεια*, horum verborum vim plenissime expressit latinis verbis Clytæmnestra apud Senecam v. 163. LUSTRALE CLASSI *Doricæ peperi* CAPUT. *προτέλεια ναῶν* enim nihil aliud significat quam *sacrificia pro fausto navium egressu oblata* ; pluralis pro singulari.

236. sqq. *λιτὰς—βραβῆς*. Recte ista Stanleius ita reddidit : *Preces vero* (Iphigeniæ) *et voces patrem invocantes vitamque virgineam nihili fecerunt belli cupidi principes.* Quamquam aliquando dubitandum mihi videbatur, an *κλήδονες πατρῷοι* non potius malam patris famam quam *voces patrem invocantes* significaret. Sed postea mihi persuasi, quemadmodum Pers. v. 701. *ἐμὴν αἰδῶ* dictum esset pro *ἐμοῦ αἰδῶ*, sic h. l. *κληδόνας πατρῴους* voces Iphigeniæ patrem invocantes designare.

In Antistrophe primum versu quarto, qui est iambicus dimeter, pro *παντὶ θυμῷ* reposui *παντὶ σθένει*; nam *θυμῷ* spondeus est, quam in secundam regionem iambici metri ingredi nefas esse constat. Heathius itaque transponi volebat : *παντὶ προνωπῆ θυμῷ*; verum hæc transpositio mihi nescio quomodo non placet. *Παντὶ σθένει* notissimum est pro *ὅλῃ δυνάμει*, ut Suidas explicat.—Porro pro *φυλακὰν* v. 6. Antistr. 4. corrigendum putavi *φύλακας*, idque metri causa ante *καλλιπρώρου* ponendum. Ita sensus exibit optimus et commodissimus : *Jussit autem pater popas post preces puellam tanquam capram super altare vestibus involutam omnibus viribus, pronam tollutim corripere, eosque* (tanquam) *custodes, oris formosi vocem, infaustam ædibus regiis, vi frænorumque muto robore comprimere.* *Κατασχεῖν* ut cum *φυλακὰν* construatur, fieri non potest ; sed *κατασχεῖν φθόγγον* est *vocem cohibere* seu *comprimere.* Hac ratione illi popæ bene dicantur *φύλακες* seu custodes. Cavere volebat Agamemnon, ne Iphigeniæ forte diræ aut imprecationes exciderent, quæ damnum essent generi suo illaturæ. Quod autem poëta dixit, jussos esse popas formosi oris vocem infaustam comprimere *βίᾳ χαλινῶν, ἀναύδῳ τε μένει*, in eo nihil est, quod nos offendere debeat. *Ἄναυδον μένος χαλινῶν*, gravis est metaphora planeque Æschylea. Sic pulvis ab agmine excitatus dicitur *ἄναυδος ἄγγελος* Sept. adv. Theb. 82. In sequentibus *κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσ'* perperam quidam de sanguine Iphigeniæ intel-

Παρ' οὐδὲν αἰῶνά τε
Παρθένιον ἔθεντο δὴ
Φιλόμαχοι βραβῆς
* * * * * *

Φράσεν δ' ἀόζοις πατὴρ μετ' εὐχὰν, ἀντ. δ'.
Δίκαν χιμαίρας ὕπερθε βωμοῦ
Πέπλοισι περιπετῆ
Παντὶ σθένει προνωπῆ
Λαβεῖν ἀέρδην,
Στόματος δὲ φύλακας τοῦ καλλιπρώρου
Φθόγγον κατασχεῖν ἀραῖον οἴκοις

237. παρ' οὐδὲν αἰῶνά τε] τε abest in Guelf. Ald. Rob. Turn. et ceteris. Id autem addendum esse vere judicavit Stanl. Nam et metrum et sententiam fulcit. Versus est periodus catalectus, sicut antistrophicus, πρέπουσα δ' ὡς ἐν γραφαῖς. 238. ἔθεντο δὴ] Particulam δὴ, non versus tantum explendi causa, sed quia sententiam quoque ornat, Heathio auctore, addidimus. Sic versus est hepthemimeres trochaicus, et antistrophico bene respondet. Ceterum post sequentem versum excidisse unum, qui ultimo Antistrophes versiculo responderet, facile patet. 240. ὕπερθε] ὕπερθεν Vict. metro adversante. 241. περιπετῆ] περιπετεῖ Ald. 242. παντὶ σθένει] Sic rescripsimus pro vulg. παντὶ θυμῷ, quod nec ad sensum satis placet, et metrum aperte turbat, propter longitudinem primæ syllabæ in θυμῷ, quæ spondeum efficit, cum iambus requiratur. Heathii vero transpositio παντὶ προνωπῆ θυμῷ cum per se parum idonea, tum necessaria non est, quia ejusdem oppositi strophes versiculi mutationem inutilem esse docuimus. 244, 245. στόματός τε φύλακας τοῦ καλλιπρώρου φθόγγον κατασχεῖν ἀραῖον οἴκοις] στόματός τε καλλίπρωρον φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον οἴκοις Guelf. στόματός τε καλλιπρώρου φυλακᾶγκατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον οἴκοις Ald. στόματός τε καλλιπρώρου φυλακὰν κατασχεῖν φθόγ-

runt. Κρόκου βαφαὶ sunt *velamenta croco tincta*, ut Pers. 662. occurrunt crepidæ croco tinctæ, et Pind. Pyth. 4. 413. κρόκιον εἷμα. Hoc loco autem *vittæ* seu *infulæ* intelliguntur, Iphigeniæ, ut hostiæ, more solenni impositæ; id quod pulcre confirmatur loco illo Lucretii, qui quidem ita similis est nostro, ut Æschylum Lucretius imitatus esse videatur:

sæpius olim
Relligio peperit scelerosa atque impia facta,
Aulide quo pacto Triviaï virginis aram
Iphianassaï turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti, prima virorum.
Cui simul infula virgineos circumdata comptus,
Ex utraque pari malarum parte *profusa est*,
Et mœstum simul ante aras adstare parentem
Sensit, et hunc propter ferrum celare ministros,
Aspectuque suo lacrymas effundere cives.
Muta metu terram genibus submissa petebat,

Βίᾳ χαλινῶν, ἀναύδῳ τε μένει.
Κρόκου βαφὰς δ᾽ ἐς πέδον χέουσ᾽ ἕ-
καστον ἔβαλε θυτήρων
Ἀπ᾽ ὄμματος βέλει φιλοίκτῳ,
Πρέπουσα δ᾽, ὡς ἐν γραφαῖς,

γον ἀραῖον οἴκοις Rob. στόματός τε καλλιπρώρου φύλακ᾽ ἀγκατασχεῖν φ. ἀ. οἴκ. Turn. στόματός τε καλλιπρώρου φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον οἴκοις Vict. etc. Pauwius ita ordinabat :

— — στόμα-
τος δὲ καλλιπρώρου φύλακα
φθόγγον κατασχεῖν ἀραῖον οἴκοις.

Heathius autem hoc modo :

— — στόμα-
τός τε φυλακὰν καλλιπρώρου
κατασχεῖν, φθόγγον οἴκοις ἀραῖον.

Nos mediam inter utrumque rationem amplexi concinniorem effecimus sententiam, et metro facilius consuluimus. φύλακας etiam pro φυλακὰν ambiguitatis vitandæ causa reposuimus ; denique articulum ante καλλιπρώρου inserendum duximus non magis metri, quam structuræ verborum causa. Cf. comm. ad h. l. 246. χαλινῶν] Frustra Stanl. corr. χαλινοῦν. Ceterum in omnibus est edd. et Guelf. Βίᾳ χαλινῶν τ᾽ ἀναύδῳ μένει, qua in lectione transpositionem particulæ τε metrum requirit. 247. χέουσ᾽] χέουσα Guelf. Ald. 248. ἔβαλε] ἔβαλλ᾽ Rob. Turn. Vulgo sic ordinantur verba: ἔβαλ᾽ ἕκαστον θυτήρων ; concinnius autem est ἕκαστον ἔβαλε θυτήρων, quo efficitur anapæstic. dim. brachycatal. strophico respondens. Ceterum hos versus Heathius ita constituit :

κρόκου βαφὰς δ᾽ ἐς πέδον χέουσα
ἔβαλ᾽ ἕκαστον θυτήρων
ἀπ᾽ ὄμματος μὲν βέλει φιλοίκτῳ.

sed illud μὲν intrusum hic valde friget ; et quod ad metrum attinet, nihil eo opus est, si nostram rationem sequaris.

Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,
Quod patrio princeps donarat nomine regem.
Nam sublata virum manibus tremebundaque ad aras
Deducta est, non ut solenni more sacrorum
Perfecto posset claro comitari Hymenæo,
Sed casta inceste, nubendi tempore in ipso,
Hostia concideret mactatu mœsta parentis,
Exitus ut classi felix faustusque daretur :
Tantum Relligio potuit suadere malorum !

Itaque κροκοῦ βαφὰς δ᾽ εἰς πέδον χέουσα est i. q. *infulis croco tinctis ex utraque parte in terram profusis.* ἔβαλ᾽ ἕκαστον θυτήρων ἀπ᾽ ὄμματος μὲν βέλει φιλοίκτῳ pulcherrime dictum pro eo quod pedestri sermone diceretur : *oculorum adspectu omnes sacrificantes ad misericordiam commovit.* Φίλοικτον βέλος de misericordia sic dicitur ut Prom. 650. ἱμέρου βέλος de amore.

250. πρέπουσα δ᾽, ὡς ἐν γραφαῖς.

Προσενέπειν θέλουσ᾽· ἐπεὶ
Πολλάκις πατρὸς
Κατ᾽ ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν,
Ἁγνᾷ δ᾽ ἀταύρωτος στρ. ε΄.
Αὐδᾷ πατρὸς φίλου τρίσπονδον εὔποτμον
Αἰῶνα φιλῶς ἐτίμα.

251. προσενέπειν] προσεννέπειν Guelf. Ald. Rob. Vict. Illud metro convenit. Strophicus enim huic oppositus dimeter trochaicus est. 253. ἔμελψεν] ἔμελθεν Guelf. Ald. Rob. ἔμελλεν Turn. 254—256. Hunc locum non erat cur mutandum esse suspicarentur Pauwius et Heathius. Ille quidem corrigebat: Ἁγνὰ δ᾽ ἀταύρωτος Αὐδᾷ πατρὸς φίλου Τριτόσπονδον εὔποτμον, Ἀγῶν᾽ ἐτίμα φίλως, q. d. *Casta vero viri expers, jussu patris chari, felicem agonem post tertiam libationem honorabat amice*; quo nihil durius excogitari potest; hic autem hoc modo: Ἁγνὰ δ᾽ ἀταύρωτος, Αὐδᾷ πατρὸς φίλου τριτόσπονδον πότμον, Ἀΐων, ἐτίμα φίλως. *Virgo autem viri expers ex patris chari voce, fatum suum esse, ut post tertiam libationem moreretur, audiens, honorabat amice.* Utrumque fefellit, quod hæc verba, quæ ad cantus olim inter patris scyphos ab Iphigenia celebratos pertinent, ad ejus immolationem traherent. Itaque hic omnia salva sunt, nisi quod pro ἁγνὰ correximus ἁγνᾷ, ut cum αὐδᾷ construatur. 255. αὐδᾷ] αὐδὰ Turn. τρίσπονδον] Rectius ita scribendum, quam vulg. τριτόσπονδον, quod metrum non capit.

Hæc descriptio venustatis similis est ei, qua nos utimur: *bildschön*; similis etiam comparationi a statuæ pulchritudine ductæ, ut apud Euripidem Hecub. 560. Polyxena fertur στέρνα ὡς ἀγάλματος ostendisse. Προσεννέπειν θέλουσ᾽, *haud secus ac si principes sacrificantes alloqui vellet*, quod tamen ei non licebat. ἐπεὶ πολλάκις πατρὸς κατ᾽ ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν; hoc ideo additur, ut appareat, quo modo Iphigenia familiariter adspicere principes Græcorum, quasi allocutura, potuerit; non ignotos enim compellasset, cum sæpe in patris cœnaculis opiparis post cœnam, ad quam illi duces invitati essent, patris jussu cantasset. Post ἔμελψεν commate tantum distinguendum est, sententiæ enim filum hic tantum inchoatum, quinta demum strophe pertexitur.

254. sqq. ἁγνᾷ—ἐτίμα. *Casta autem voce virgo viri expers cari patris felicitatem lubenter celebrabat.* Vulgo legitur ἁγνὰ, nominandi casu, quod quia idem fere esset quod ἀταύρωτος, concinnius nobis videbatur dativum ἁγνᾷ reponere, ut cum αὐδᾷ construeretur. *Casta carmina* lascivis discrepantia virginem decent. Τριτόσπονδον, quod metrum non fert, cum Stanleio in τρίσπονδον demutavi, ejusdem fere notionis vocabulum. Si τριτόσπονδος ab Æschylo scriptum esset, ut ad Iphigeniam, aut τριτοσπόνδου, ut ad Agamemnonem referretur, intelligerem sic, ut significaretur, virginem post tertiam demum libationem in cœnaculum adductam fuisse. Non enim ipsi virorum convivio virginibus interesse licebat. Nunc cum id metrum non ferat τρίσπονδον cum Scholiasta interpretor de multis ab Agamemnone celebratis

Τὰ δ' ἔνθεν οὔτις οἶδ', οὔτ' ἂν εἴποι·
Τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραντοι.
Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι μαθεῖν
Ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον.
Τὸ δὲ προκλύειν, πρὶν ἢ   ἀντ. ε'.

257. τὰ δ' ἔνθεν οὔτις οἶδ', οὔτ' ἂν εἴποι] Sic rescripsi pro vulg. τὰ δ' ἔνθεν οὐκ εἶδον, οὔτ' ἐννέπω, quæ neque metro antistrophici respondent, nec sensum satis aptum præbent, quod in Commentario demonstravimus. 258. ἄκραντοι] ἄχραντοι Turn. 260. ἐπιῤῥέπει] Heathius, ut hic versus antithetico respondeat, eum ita supplendum censet, ut legatur ἐπιῤῥέπει δὴ τὸ μέλλον, quæ tamen particula, ne hic prorsus otiosa sit, vereor. 261. πρὶν ἢ] Hæc verba addidimus, quia et metrum et sensum supplent, nec quo id alio modo melius fieri possit, perspicitur.

et εὐωχίαις et συμποσίοις, quæ res utique olim in parte felicitatis numerabatur. Felicitatem vero honoratorum virorum non magis quam virtutem laudibus et carminibus celebrari solitam fuisse, e multis Pindaricorum carminum locis constat. Cf. etiam Pers. 711. sqq.

257. Τὰ δ' ἔνθεν οὔτις οἶδ', οὔτ' ἂν εἴποι. Sic versus a nobis emendatus est asynartetus e duobus penthemimeribus iambicis, quales etiam sunt duo proxime sequentes, et antistrophico exacte respondebit. Imo sensus hac emendatione haud parum ad facilitatem et concinnitatem proficit. Si enim primæ persona locutus esset Chorus οὔτ' εἶδον, οὔτ' ἐννέπω, nonne postea, ubi dicit τὸ δὲ προκλύειν προχαιρέτω, dicere potius debuisset τὸ δὲ προλέγειν etc. Nunc longe melius ista inter se cohærent: *Quæ vero inde eventura sint*, οὔτις οἶδ', οὐδ' ἂν εἴποι, *nemo quisquam* SCIT, *nec* DICERE *possit—ante autem* AUDIRE *quæ futura sint valeat*: h. e. *etiamsi aliquis prædicere possit, audire nolim.* Ceterum qui h. l. primam strophen ejusque sensum in memoriam hic revocaverit, cum quo majorem argumenti similitudinem intellexerit, eo libentius hanc emendationem nostram probaturum esse confido. Τὰ δ' ἔνθεν interpretor *quæ inde consecutura sint*, (ut sæpe apud Aristotelem τὰ ἐντεῦθεν sunt *quæ inde consequuntur*) ut his verbis contineatur suspicio quædam de Agamemnonis fortuna. Qui ad præteritum tempus trahunt, vertuntque: *quæ vero post facta sunt neque vidi neque dico*, plane non vident, quid locus et tempus, et orationis perpetuitas postulet. Quod sequitur: Τέχναι δὲ K. οὐκ ἄκραντοι, *artes* h. e. *vaticinia Calchantis haud irrita esse solent*, id nostram rationem nimium quantum confirmat. Sic in simili fere causa dicitur: Sept. adv. Theb. 850. Μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν, καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται.—

259. sq. δίκα—μέλλον. *Justitia autem iis, qui mala perpetrarunt, seram ex damno sapientiam, futurum nempe calamitatum eventum appendit*, s. assignat, tribuit. Μαθεῖν h. l. substantivi loco positum, q. d. δίκη αὐτοῖς ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον τοῖς παθοῦσι μαθεῖν. Sic infra Choëph. δράσαντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

261. τὸ δὲ προκλύειν. *Præmatura autem eorum, qui futura sint, antequam evenerint, auditio valeat, tantundem enim esset gemituum anticipatio. Clare enim omnia evenient noxis convenientia.* Vulg. in nonnullis edd. αὐταῖς Stanl. ita probat,

'πιγένοιτ' ἂν ἤλυσις, προχαιρέτω.
Ἴσον δὲ τὸ προστενάζειν.
Τορὸν γὰρ ἥξει ξύναρθρον ἄταις.
Πέλοιτο δ' οὖν τἀπὶ τούτοις εὔπρα-
ξις, ὡς θέλει τόδ' ἄγχιστον ἀπίας
Γαίας μονόφρουρον ἕρκος.

ΧΟΡΟΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΧΟΡΟΣ.

ΗΚΩ σεβίζων σὸν, Κλυταιμνήστρα, κράτος·

262. 'πιγένοιτ'] ἐπιγένοιτ' Ald. Rob. ἐπεὶ γένοιτ' Turn. Vict. ἤλυσις] ἠλύοις corrupte Guelf. Ald. κλύοις Rob. ἡ λύσις Turn. Vict. etc. Stanleius vel ἤλυσις legendum, (quod quia sequenti ἥξει aptius est, prætulimus,) vel ἐπεὶ οὐ γένοιτ' ἂν ἡ λύσις reponendum esse arbitrabatur. Heathius vero: τὸ δὲ προκλύειν, ἐπεὶ οὔπω γένοιτ' ἂν ἡ λύσις, προχαιρέτω. Arnaldus denique: τὸ δὲ προκλύειν ἐπεὶ οὐ γένοιτ' ἡ 'λιξις Προχαιρέτω. 263. ἴσον δὲ τὸ προστενάζειν] vulg. ἴσον δὲ τῷ προστένειν, in quo metrum conciliari nequit cum strophici oppositi mensura. 264. ξύναρθρον ἄταις] σύνορθον αὐταῖς Guelf. Ald. Rob. σὺν ὀρθὸν αὐταῖς Turn. σύναρθρον αὔταῖς Vict. etc. 265. πέλοιτο] πέλοι Rob. τούτοις] τούτοισιν Turn. 266. Metri causa sic scribendum putabat Heath.

—ξις, ὡς τόδε θέλει γ' ἄγχιστον ἀπίας.

ut ad τέχναι v. 258. referatur, a quo tamen justo longius remotum videtur. αὔταῖς autem de *vocibus* s. *oraculis* vatum accipiunt. Nobis vero maxime placuit ἄταις, coll. v. 231. sqq., quod ad noxam Agamemnonis ex immolatione filiæ contractam pertineret.

265. sqq. πέλοιτο—ἕρκος. *Sed hæc omnia precamur ut bene eveniant, atque sic ut optat Argivæ terræ vicinum hoc*, i. e. jam in conspectum prodiens, *solitarium præsidium*; i. e. Clytæmnestra. Hæc verba omnes intelligunt de senibus Choricis; eos putant se ipsos Apiæ terræ præsidium appellare. In quo falsi sunt viri doctissimi. Chorus de regina loquitur, quam propius ad se accedere videt; eo pertinet τόδ' ἄγχιστον; eam μονόφρουρον ἕρκος γαίας appellant, quod penes eam erat absente marito reip. administratio. Eodem fere modo uxor mariti ad bellum profecti dicitur μονόζυξ. Pers. 139. Clytæmnestram vero h. l. significari extra dubium ponitur sequentibus verbis, quibus reginam compellant:

ἥκω σεβίζων σὸν Κλυταιμνήστρα κράτος·
Δίκη γάρ ἐστιν φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
Γυναῖκ', ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου.

266. sq. ἀπίας γαίας. "Eustathius in Iliad. γ'. Ἀπία δὲ γῆ κἀνταῦθα ὡς ἐν τῇ ά ῥαψῳδίᾳ ἡ ἄπο ἀφεστῶσα, καὶ ἀλλοδαπὴ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις Ὁμηρικὸς τηλοῦ ἀπὸ Τροίας· κατὰ δὲ ἄλλους φάναι ποιητὰς, ἡ τηλουρός. Οἱ μὲν νεώτεροι τὴν Πελοπόννησόν φασιν ἀπό τινος Ἄπιδος ἢ Ἄπιως, περὶ οὗ ἐν τοῖς τοῦ Περιηγητοῦ εἴρηται· in Commentario scil. ad Dionysium Pe-

Δίκη γάρ ἐστιν φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
Γυναῖκ', ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου.
Σὺ δ' εἴτε κέδνον, εἴτε μὴ πεπυσμένη
Εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
Κλύοιμ' ἂν εὔφρων· οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος.
Κλ. Εὐάγγελος μὲν, ὥσπερ ἡ παροιμία,
Ἕως γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα.
Πεύσῃ δὲ χάρμα μεῖζον ἐλπίδος κλύειν.
Πριάμου γὰρ ᾑρήκασιν Ἀργεῖοι πόλιν.
Χο. Πῶς φής; πέφευγε τοὔπος ἐξ ἀπιστίας.

268. *ἥκω*] Ineptissime ista et quæ sequuntur Chori verba Ἀγγέλῳ tribuuntur in Turn. Vict. Melior personarum designatio Stanleio debetur. 270. *ἄρσενος*] *ἀρσένου* Guelf. Ald. Turn. 271. *σὺ δ'*] *εὖ δ'* Guelf. Ald. Turn.

rieg. quem consule." *Stanl.* H. l. igitur *ἀπίας γῆς* de regno Argolico, Peloponnesi parte, per metonymiam dicitur.

IN SCENAM III.

v. 268—364.

268. sqq. *ἥκω—θρόνου.* *Venio adorans tuam regina majestatem; fas enim est viri principis uxorem honorare orbato virili solio.* Heathius *ἄρσενος* non adjective sed substantive poni existimat et ab *ἐρημωθέντος* regi, *throno a viro deserto vacuo relicto.* Eadem tamen est sententia, si *ἄρσενος θρόνου* conjungas, ut sensus sit: *regio solio vacuefacto*, id est, *absente rege vel peregre profecto.*

271. sqq. *Σὺ—φθόνος.* *Tu vero sive lætum nuncium acceperis, sive non accepto, fausti tantum nuncii spe sacrifices, lubens equidem audiam, neque tamen, si taceas, gravabor.* *εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν* pro *ἐλπίδι εὐαγγελίας.*—*οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος*, non ego tibi, si tacueris, succensebo, non moleste feram.

σὺ δ' εἴτε κέδνον. "Etiam in re et incerta dubia sacrificabant *εὐαγγέλια*. Ita infra v. 602. ipsa Clytæmnestra inquit:

λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην,
Ὅμως δ' ἔθυον.

Schol. Aristoph. in Equ. *ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις θύειν, ὡς αν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν.*" *Stanl.*

274. sqq. *Εὐάγγελος—πόλιν.* *Lætus quidem dies, ut est in proverbio, e nocte matre exoriatur. Accipies autem majus gaudium, quam ut te auditurum speraveris. Argivi enim Priami urbem ceperunt.* *γένοιτο* vel optativum est, q. d. *utinam lætus dies e nocte matre oriatur*, vel, quod melius, *γένοιτο* positum pro *γένοιτ' ἄν*, hoc sensu: *fieri sæpe solet, ut meliores nuncii seu lætiores eventus noctu contingant.* cf. v. 289. *κλύειν* Heathio observante non est cum *μεῖζον* jungendum, sed arctissime cum *ἐλπίδος* cohæret, et ab hac voce pendet.

278. *πῶς—ἀπιστίας.* *Quid ais, effugit verbum præ incredulitate*, h. e. adeo incredibilia sunt quæ narras, ut quæ audiverim audisse mihi non videar, s. *ut dicta tua aures præterfugerint.* Idem

Κλ. Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν· ἦ τορῶς λέγω;
Χο. Χαρά μ' ὑφέρπει, δάκρυον ἐκκαλουμένη.
Κλ. Εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σου κατηγορεῖ.
Χο. Τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;
Κλ. Ἔστιν· τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ.
Χο. Πότερα δ' ὀνείρων φάσματ' εὐπειθῆ σέβεις;
Κλ. Οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι βριζούσης φρενός.
Χο. Ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;

281. *φρονοῦντος*] Pessimam lectionem *φρονούσης* invexerunt Steph. et Cant. e correctione, quia nimirum hæc verba non Clytæmnestræ, sed Ἀγγέλῳ perperam adsignabantur. 283. *ἔστιν; τί δ' οὐχί; ἐστὶ τάδ' οὐχὶ* Turn. 284. *σέβεις*] Stanl. *λέγεις* male. 286. *ἄπτερος*] *εὔπτερος* dedit Turn.

etiam, inquit, P. Victor. var. lect. l. ii. c. 4. in re non minore significavit T. Livius, qui narravit, universos fere Græcos, in magno conventu hominum, audita voce præconis, qui liberabantur a populo Romano, revocasse illum, jussisseque eam vocem iterare; quia ob ingentem lætitiam, qua repente perfusi fuere, fugerat id illos, vixque poterant credere se id audivisse.

279. *Τροίαν—λέγω.* *Aio Trojam in Græcorum potestate esse. An nunc demum clare loquor?*

280. *χαρὰ—ἐκκαλουμένη.* *Lætitia me subit lacrymam provocans.* Sophocl. Electr. 1234. *γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.*

281. *εὖ—κατηγορεῖ.* *Credo te lætari, nam benevolentiam tuam oculus arguit.* *κατηγορεῖν* h. l. bono sensu, ut apud Xenoph. Memorab. ii. 4. Nimirum lacrymas regina e senum oculis prorumpere videbat.

282. *τί—τέκμαρ.* *Enimvero quodnam tibi hujus eventus fidum seu certum indicium est?* Fortasse autem verius et sequenti reginæ responso convenientius fuerit, hunc versiculum sic interpungere:

Τί γάρ; τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;

Quid enim? an tibi est certum hujus rei indicium?

283. *Ἔστιν—θεοῦ.* *Est utique; quidni esset? cum deus mentiri s. fallere non possit,* aut *nisi nos deus fefellerit, quod fieri non potest.*

284. *πότερα—σέβεις.* *An somniorum visa probabilia honoras!* h. e. num somnio forte cuidam hunc honorem habes, ut ideo Trojam expugnatam esse credas?

285. *οὐ—φρενός.* *Immo vero ego nunquam somno gravatæ mentis opinionem s. visum acciperem* vel *probarem.* *λαμβάνειν* h. l. *admittere*, vel *approbare.*

286. *ἀλλ' ἦ—φάτις.* *An vero celer quidam rumor te delinivit?* *πιαίνειν* quod proprie est *pinguefacere, saginare*, hic est i. q. *beare*, ac transfertur ad gaudium e læto nuntio sive vero, s. falso. Stanleius *ἄπτερον φάτιν* interpretatur: *vanum rumorem*; rectius autem cum Hesychio *velocem, subitaneum*, i. e. qui incerto auctore subito vagari cœperit, exponas. Sic enim ille: *Ἄπτερος· αἰφνίδιος παρὰ Ὁμήρῳ· ὁ προσηνὴς ἢ ταχὺς, Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.*

Κλ. Παιδὸς νέας ὥς, κάρτ' ἐμωμήσω φρένας.
Χο. Ποίου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;
Κλ. Τῆς νῦν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόνης, λέγω.
Χο. Καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος;
Κλ. Ἥφαιστος Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας.
Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν. Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου· μέγαν δὲ φανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἄθωον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο,
Ὑπερθ' Ἕλλης γε πόντον ὥστε νωτίσαι

290. ἀγγέλων] Posset etiam legi ἀγγέλλων, vel ἀγγελῶν, ut observat Stanl. Nihil tamen opus est vulgatam mutari. 292. ἀγγάρου] Hæc vera est lectio. Vulg. ἀγγέλου. cf. Commentar. 294. φανὸν] "Glossema forsan est, quod in textum irrepsit; nam Athenæus legisse videtur πανόν. Quippe cum Menandrum et Diphilum lychnum πανὸν vocasse dixisset, addit lib. xv. c. 20. Πρότερος δὲ τούτων Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται τοῦ πανοῦ· ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ ὡς λαμπάδι." Stanl. 296. ὕπερθ' Ἕλλης γε πόντον] ὑπερτελής τε πόντον Ald. ὕπερθ' Ἕλλης τε πόντον Rob. ὑπερτελής τε πόντον Turn. Ἕλλης ὑπέρ τε πόντον conj. Pauw. ὑπὲρ Ἕλης

287. παιδὸς—φρένας. *Admodum inique de prudentia mea judicas, quasi puella nuper nata sim*; quod incertis rumoribus me illudi patiar.

288. ποίου—πόλις. *Quonam vero tempore, ut hoc etiam quæram, urbs illa expugnata est?*

289. τῆς—λέγω. *Illa nocte, inquam, quæ hanc lucem peperit*; h. e. ipsa nocte superiore.

290. καὶ—τάχος; *Quisnam vero nunciorum tantum celeritate polleat, ut, quæ Trojæ gesta sunt, una eademque nocte huc renunciare potuerit*, pro τίς ἄγγελος οὕτω ταχὺς, ὥστε ἐξικέσθαι. Posset tamen, quod bene monet Stanl. legi quoque ἀγγέλλων, vel etiam ἀγγελῶν.

291. Ἥφαιστος—σέλας. *Vulcanus ab Ida splendidum jubar emittens*; h. e. ignem in Ida splendidum accenderunt Græci, quo viso per certa montium intervalla dispositi speculatores alios ignes accenderunt, donec ultimus a nostro speculatore conspici posset.

292. sq. φρυκτὸς—ἔπεμπεν. Ordo verborum est: φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν ἀγγάρου πυρὸς δεῦρο ἀπέπεμπεν.

ἀγγάρου πυρός. Hanc lectionem pro vulg. ἀγγέλου tuetur Etymol. M. Αἰσχύλος οὖν, inquit, ἐν Ἀγαμέμνονι τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔφη. Ita et Suidas: Ἄγγαροι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἀστάνδαι, τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι·

φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
ἔπεμπε.

Adstipulatur etiam Eustath. huic lectioni in Odyss. xx. παρὰ τῷ αὐτῷ δὲ ποιητῇ ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ οἱ ἄγγαροι κεῖνται. Λέξις δὲ φανερῶς Περσική· Φρυκτὸς δὲ—ἔπεμπε. τοιοῦτον δὲ τῶν φανῶν." Stanl.

Ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν,
Πεύκη, τὸ χρυσοφεγγὲς, ὥς τις ἥλιος,
Σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπαῖς·
Ὁ δ' οὔτι μέλλων, οὐδ' ἀφραδμόνως ὕπνῳ
Νικώμενος παρῆκεν ἀγγέλου μέρος·
Ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
Μεσαπίου φύλαξι σημαίνει μολών.
Οἱ δ' ἀντέλαμψαν, καὶ παρήγγειλαν πρόσω,
Γραίας ἐρείκης θωμὸν ἅψαντες πυρί.
Σθένουσα λαμπὰς δ' οὐδέπω μαυρουμένη,
Ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσώπου, δίκην

τι πόντον Vict. Stanl. Heathio verbum νωτίζειν h. l. displicet. "Præterea particula copulativa τε, inquit, nihil hic connectit, sed constructionem turbat, saltem otiosa est. Porro codices, ut puto, omnes aut ὕπερθ' aut ὕπερτ' habent, nullus ὑπεὶρ. Ita igitur veram scripturam restitui posse conjicio:

Ὕπερθ' Ἕλλης γε πόντον ὥστε φωτίσαι.

Ὕπερθε hic adverbialiter præponitur, et accusativus πόντον pendet a verbo φωτίσαι. Neque quemquam sollicitum habeat metri ratio; vocalem enim brevem ante duplicem λ interdum corripere Atticos ostendimus ad Sophocl. Œdip. Tyr. v. 475. et Philoctet. 1220." Hactenus ille, cui de reliquis assentimur, vocabuli νωτίσαι vero correctionem non concedimus. 299. σκοπαῖς] σκοπᾶς al. teste Steph. 300. ἀφραδμόνως] ἀφράσμων ὡς Turn. Reliqui ἀφρασμόνως. Nobis vero Attica forma verior videbatur, quam et in Persis v. 417. occurrere, jam Stanl. observavit. 303. φύλαξι] φύλαξ Rob. 304. ἀντέλαμψαν] ἀντ' ἔλαμψαν Ald. 306. μαυρουμένη] 'μαυρουμένη Rob. 307. πεδίον Ἀσώπου] παιδίον ὠποῦ Guelf. Ald. Rob. πεδίον Ὠρωποῦ Turn.

299. σέλας—σκοπαῖς. Μακίστου plane nomen est non montis, sed hominis, cujus curæ munus hoc faces accendendi alicubi inter Athon et Euripum commiserat Agamemnon. Hoc manifestum est ex proxime sequentibus ὁ—μέρος.

300. sqq. ὁ δ' οὔτι—μολών. *Ille vero neque cunctando, neque quod socorditer somno se opprimi pateretur, nuncii partes neglexit, sed potius illico facis lumen Mesapii custodibus usque ad Euripi fluenta ostendit.*

304. sq. οἱ—πυρί. *Hi vero vicissim ignem accenderunt et nuncium porro transmiserunt, Graiæ ericæ acervo igni accenso.*

306. sqq. σθένουσα—πυρός. *Valida autem flamma neutiquam obscurata* (h. e. adeo magna, ut in ista locorum distantia evanescere splendor non posset) *Asopi campum transiliens claræ lunæ instar, ad Cithæronis cacumen aliam successionem deductoris ignis excitavit.* H. e. eos qui in Cithærone excubias agebant, commovit, ut suo quoque loco flammam accenderent, quæ lætum nuncium ulterius propagaret.

Φαιδρᾶς σελήνης, πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας
Ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομποῦ πυρός.
Φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
Φρουρὰ, πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων.
Λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος,
Ὄρος τ' ἐπ' Αἰγίπλαγκτον ἐξικνούμενον
Ὤτρυνε θεσμὸν μὴ χατίζεσθαι πυρός.
Πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
Φλέγουσαν· εἶτ' ἔσκηψεν, ἔς τ' ἀφίκετο
Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπάς·
Κἄπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόδε σκήπτει στέγος

314. *μὴ χατίζεσθαι*] *μὴ χαρίζεσθαι* Guelf. Ald. etc. pro quo Stanl. vel *μοι χαρίζεσθαι*, vel *μεταχαρίζεσθαι* corrigendum putabat. Facilius tamen est *μὴ χατίζεσθαι*, in quod cum conjectura incidissemus, postquam idem Heathio placere vidimus, in textum recepimus. Pauwius inepte conj. *μὴ σκαρίζεσθαι πυρὸς*, *non intermitti palpitantem.* 317. *κάτοπτον πρῶν'*] *κάτοπτρον οὐχ* Turn. *κάτοπτρον πρῶν'* Vict. 318. *ἔς τ'*] Dedi pro *εἶτ'*. 320. *ἐς τόδε*] *ἐς τόγε* Turn. *στέγος*]

310. sq. *φάος—εἰρημένων.* Stanleius vertit: *lucem autem longe missam non respuebat custos, accendens majorem supra dictis ignem*: vertere potius debebat: *speculator autem illic excubans non recusavit quominus et ipse flammam late splendentem accenderet, immo potius majorem superioribus flammam accendit.* Nempe *τηλέπομπον φάος* flammam significat, quæ splendorem suum, Trojæ expugnatæ scil. indicem, longe emitteret.

314. *ὤτρυνε—πυρός.* *Hortabatur, ut ne desiderari paterentur ignem accendi jussum.*

315. sqq. *πέμπουσι—πυρός.* *Illi autem miserunt accendentes magnam, indomita vi, ignis flammam, et, ut Saronici freti conspicuum fastigium splendore superaret, emicantem, eaque porro radios jecit, donec Arachnæum collem attingeret, speculam urbi vicinam; indeque in hanc domum Atridarum lumen insiliit, ab illo quasi avito Idæo igne oriundum.*

315. *ἀφθόνῳ μένει*, nempe cujus flammæ tantus vigor esset, ut nec facile exstingueretur, et longe lateque splendorem spargeret.

316. *πώγωνα*, *barbam*, de flamma sic dicitur, ut alibi *βόστρυχος*.

318. *εἶτ'—ἔς τ' ἀφίκετο.* " Longe alia ratio est istorum, *ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη* etc. Theocr. Id. alia horum *εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο*, nec quidquam habent commune, nisi particulæ, diversæ tamen, repetitionem. Apud Theocritum quidem primum *ὡς* idem quod *ἐπεὶ* significat, bina sequentia *ἀνταποδοτικὰ* sunt, atque ita integra et absoluta efficitur constructio. Idem de *εἶτα* bis repetito dici nequit,

Φάος τόδʼ οὐκ ἄπαππον Ἰδαίου πυρός.
Τοιοίδε τοί μοι λαμπαδηφόρων νόμοι,
Ἄλλος παρʼ ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι·
Νικᾷ δʼ ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών.
Τέκμαρ τοιοῦτο σύμβολόν τε σοὶ λέγω,
Ἀνδρὸς παραγγείλαντος ἐκ Τροίας ἐμοί.
Χο. Θεοῖς μὲν αὖθις, ὦ γύναι, προσεύξομαι·
Λόγους δʼ ἀκοῦσαι τούσδε κἀποθαυμάσαι
Διηνεκῶς θέλοιμ ἂν, ὡς λέγοις πάλιν.

Ab hoc versu usque ad v. 1075. ingens est lacuna in Guelf. Ald. Turn. et statim sequitur 1076.

πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος,

ne signo quidem tam insignis defectus addito. In Rob. iidem quidem versiculi desunt; editor tamen id ita esse, his verbis lectorem monuit: * *hic videntur multa deesse.* Primus autem Victorius e codd. Romanis lacunam explevit. 322. τοιοίδε τοί μοι] Sic edidimus pro vulg. τοιοίδʼ ἔτυμοι, quod metrum non fert; cum in ἔτυμοι neque ulla est illic Emphasis. Recte igitur posuit Stanleius ἔς τʼ ἀφίκετο." *Heath.*

322. sq. τοιοίδε τοί μοι—πληρούμενοι. *Tales igitur mihi* (i. e. mea causa, mihi inservientes) *tædiferorum leges, alio alium excipiente impletæ sunt;* h. e. et hoc quidem modo Agamemnonis jussu atque instituto facibus s. ignibus accensis speculatores per montium intervalla dispositi, quorum alius alium excepit, mihi Trojæ expugnationem significarunt. Quod vero hic λαμπαδηφόρων νόμους appellat, eadem allusione Angariantem ignem supra dixit v. 290. ἀπʼ ἀγγάρου πυρός. Angari apud Persas erant nuntii ἐκ διαδοχῆς, simili modo dispositi ac faces Agamemnoniæ; quorum cursus describens Herodotus lib. 8. λαμπαδηφορίαις Græcorum assimilat; quas Æschylus etiam respexisse videtur. Herodoti verba hæc sunt: ὁ μὲν δὲ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ· ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατʼ ἄλλον διέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορία, τοῖς τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Ab hoc ritu proverbialiter dictum est *cursu lampada tradere,* quo partes veluti successione quadam alteri traditas significamus Lucretius:

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt. *Stanl.*

324. νικᾷ—δραμών. *Vincit autem primus et ultimus cursor,* h. e. eum qui in Ida et postremum qui in Arachnæo colle flammam accendit, primo loco pono, quoniam absque illo quidem nullus fuisset nuntius, postremus autem nobis ipsis ejus lætitiam impertivit. Manet autem in eadem allegoria e cursu lampadum petita.

325. sq. τέκμαρ—ἐμοί. *Hujusmodi igitur tibi expugnatæ Trojæ indicium signumque narro, quippe cui ipse maritus ex Troja denunciaverit.*

327. sqq. Θεοῖς—πάλιν. *Deos quidem ó regina postea venerabor, nunc autem hancce narrationem porro audire et admirari cupio, itaque peto ut eadem illa repetas.*

Κλ. Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ.
Οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.
Ὄξος τ' ἄλειφάρ τ' ἐγχέας ταυτῷ κύτει
Διχοστατοῦντ' ἂν, οὐ φίλω, προσεννέποις.
Καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων δίχα
Φθογγὰς ἀκούειν ἐστὶ συμφορᾶς διπλῆς.
Οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες
Ἀνδρῶν κασιγνήτων τε καὶ φυταλμίων
Παῖδες, γερόντων, οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
Δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον.
Τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος

media corripiatur. Stanl. emendabat τοιοίδ' ἕτοιμοι. 332. ἄλειφάρ τ'] ἄλειφά τ' Vict. 333. οὐ φίλω] Verissime sic emendandum censuit Stanl. Vulg. οὐ φίλως. 338. παῖδες, γερόντων] Stanl. conj. παῖδες, γέροντες, haud male quidem; sed vulgata tamen defendi potest.

330. sqq. Τροίαν—διπλῆς. *Trojam Argivi hodie possident; existimo clamorem dissociabilem jam in urbe audiri. Acetum enim et oleum, si in idem vas infuderis, repugnare sibi invicem, haud amice coire dixeris: eodem modo nunc in urbe Troja, captorum, et eorum qui vicerunt, voces discrepantes inter se, et ab diverso fortunæ eventu expressas, audire licet.*

336. sqq. οἱ μὲν μόρον. *Illi quidem circa corpora virorum, fratrum, senumque pueri patrum, procumbentes, jam non amplius ex liberis præcordiis carissimorum ob mortem ingemiscunt.* Ἀνδρῶν ad mulieres jam *viris* orbatas, κασιγνήτων ad sorores fratresque juniores, qui *fratres* lugebant, φυταλμίων γερόντων ad liberos, quorum *patres* cæsi erant, referendum. Tamen cum non nisi παῖδες memorentur, uxorum vero et sororum nulla mentio fiat, vel abruptiorem hic poëtæ sermonem, vel ipsum vocabulum παῖδες mendosum esse, crediderim.

338. sq. ἐξ ἐλευθέρου δέρης, *e libero collo*, pro *pectore*.

340. sqq. τοὺς—εὐφρόνην. *Hos vero noctivagus e prælio labor jejunos ad prandia, quæcunque in urbe inventa fuerint, ordinat, nullo certo distributionis signo observato, sed potius prout unusquisque forte sortitus fuerit, jam in captivis Trojanorum ædibus habitant, tandemque a subdialibus, frigoribus, roribusque liberati haud secus ac pauperes incustoditam totam noctem dorminent;* h. e. proxima quæ instat nocte tam securo altoque somno opprimentur, ut non magis quam ii, qui propter paupertatem non habent, quod custodiant, de rerum suarum custodia solliciti sint futuri. In ὡς δυσδαίμονες nimirum ducta est similitudo ab hominibus minime beatis, pauperibus, quibus opus non est fores obserare, custodibus aut canibus vigilibus uti. Quemadmodum Juvenalis dicit: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Ut nec cum Stanleio ὡς δ' εὐδαίμονες, nec cum Abreschio οἱ δυσδαίμονες corrigere opus sit. Quamquam hic quidem omni correctione potius sic abstinendum cen-

Νῆστις πρὸς ἀρίστοισιν, ὧν ἔχει πόλις,
Τάσσει, πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον,
Ἀλλ', ὡς ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον,
Ἐν αἰχμαλώτοις Τρωϊκοῖς οἰκήμασιν
Ναίουσιν ἤδη, τῶν δ' ὑπαιθρίων πάγων
Δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες, ὡς δυσδαίμονες
Ἀφύλακτον εὐδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην.
Εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς
Τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς, θεῶν θ' ἱδρύματα,
Οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἄν.
Ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτῃ στρατῷ,
Ποθεῖν, ἃ μὴ χρὴ, κέρδεσιν νικωμένους.
Δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας
Κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν·
Θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος εἰ μόλοι στρατὸς,

345. ναίουσιν] Recte sic poëtam scripsisse conjecit Stanl. V. νέουσιν. Post inter τῶν et ὑπαιθρίων inserui δ'. Hæc enim ῥῆσις cum sequentibus conjungenda. 346. ὡς δυσδαίμονες] Male hanc lectionem sollicitavit Stanl. commendaus e contrario ὡς δ' εὐδαίμονες. 350. ἑλόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἂν] Recepi emendationem Stanleii elegantissimam pro vulg. αὖθις αὖ θάνοιεν ἄν. 355. θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος] Vulg. θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος inepto sensu. Lectio, quam edidimus, verissiset, ut ὡς idem valeat, quod ὥστε, et sensus sit : *ita ut miseri dormituri nunc sint totam noctem liberati rore, nec ut prius custodius obeuntes.*

348. sqq. εἰ—ἀνθάλοιεν ἄν. *Si vero pie colent deos urbicos illos victæ regionis, deorumque delubra, non profecto cum prius ceperint, ipsi postea capientur.*

351. sq. ἔρως—νικωμένους. *Opto autem, ne cupiditas exercitui incidat, ardorque ea, quæ non decet, appetendi, lucri studio abreptis.*

353. sqq. Δεῖ—κακά. *Oportet enim, si salvi domum redire velint, alteram quoque partem stadii emetiri, si autem diis obnoxius redierit exercitus, fieri facile posset, ut clades eorum qui perierunt ad vindictam excitarctur, etiamsi nova non acciderint mala.* δίαυλος proprie est cursus, quo quis in stadio, postquam a carceribus ad metam excurrit, ab altera parte a meta ad carceres redit. Et hæc duo quidem curricula κῶλα appellabantur. Apta igitur metaphora exitum ad bellum Trojanum primum διαύλου κῶλον, reditum vero alterum κῶλον vocat. Ordo verborum hic est: δεῖ γὰρ (αὐτοὺς) θάτερον κῶλον διαύλου πάλιν κάμψαι, νοστίμου σωτηρίας πρὸς οἴκους. Fortasse etiam, quod e verbo κάμψαι colligas, respexit pericula eorum, qui in stadio currus agitabant: qui nisi diligenter metam ro-

Ἐγρήγορον τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
Γένοιτ' ἄν, εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.
Τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύοις·
Τὸ δ' εὖ κρατοίη, μὴ διχοῤῥόπως ἰδεῖν.
Πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν εἱλόμην.
Χο. Γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.

ma Stanleii ingenio debetur. Abreschio in mentem venit, θεοῖς δ' ἂν' ἀμπλάκητος εἰ μόλοι pro ἀναμόλοι. Verum ista tmesis impeditam et perplexam faceret orationem.

tis evitarent, sæpe currus frangebant, aut evertebant.

355. θεοῖσι—στρατός. Si milites prædæ cupiditate abrepti culpam in se admiserint, deorumque iram commoverint, verendum sane fuerit, ne piaculum illud e tot hominum bello peremtorum cædibus reviviscat, idque dii ulciscantur, quod ipsum satis grave esset, etiamsi novas novorum facinorum pœnas non addiderint. Quid sit τὸ πῆμα τῶν ὀλωλοτῶν, latius declaratur v. 441. sqq. inprimis v. 471, 472. πρόσπαια κακὰ non sunt subita mala, sed *nova* recentia. Hesych. Πρόσπαιον, πρόσφατον, νέον.

358. τοιαῦτα—κλύοις. *Talia igitur a me ut muliere audias*, i. e. hæc quæ tibi dixi, quamvis a muliere dicta sint, non tamen ejusmodi esse puto, quæ improbare possis. cf. v. 361. sqq.

359. τὸ—ἰδεῖν. *Precor autem ut melior fortunæ pars vincat, ne duplicem rerum eventum videam.* Translatio sumta est a trutina, cujus altera in lance bona, in altera vero mala posita sint, quorum pondera si fere æqualia fuerint, in utramque partem libra mutare ac vergere solet. Hoc igitur Clytæmnestra deprecatur, optatque ut sibi contingat solido hoc gaudio frui, nihil ut ingrati sensus admisceatur.

360. πολλῶν—εἱλόμην. Nisi forte legendum sit πολλῶν γ' ἄν, certe particula ἂν hic intelligenda est. *Sane enim multorum bonorum fructum prætulerim*, bona bonis cumulari, quam malis contaminari malim. Abreschius vertit: *ita quippe multorum bonorum* fructum percepérim.

361. γύναι—εὐφρόνως λέγεις. "Bene interpres ad mentem loci, *sapienter loqueris*, exigente, ut videtur, istum sensum τῷ σώφρονα. Qua tamen potestate cum ignorem εὔφρων, quod valet εὐφραντικὸς, εὔνους, suspicari non desinam scribendum esse h. l. ἐμφρόνως, et male in Pers. v. 834. εὐφρόνως πραΰνειν, conversum esse a Stanl. per *prudenter*, pro *benevole*, εὐνοϊκῶς, vel ut Schol. expl. πράως· idem statuo de sæpius repetito illo apud Homerum ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, quod non fuerat reddendum, *qui ipsis prudens concionatus* dixit, sed *favens*, *benevolus ipsis*. Diversa est ratio, quando divise scribitur εὖ φρονεῖν, quod utramque admittit significationem. Soph. Ajac. v. 493. εὖ φρονῶ τὰ σὰ, ubi vid. Schol. quem ex parte descripsit Suidas in voce εὖ φρονῶ· et pro *sapere prudentem esse*. Eurip. Electr. 568. aliique. Quod dixi de εὔφρων, firmat v. 858. τεμεῖν εὐφρόνως φάρμακα. Choëph. v. 68. πῶς εὔφρονα εἴπω; et Suppl. v. 149. εὔφρονα ψῆφον τίθεσθαι. Neque aliter Euripides, Pindarus aliique, tam poëtæ, quam oratores; adstipulante insuper nostræ sententiæ Schol. Soph. ad Ajac.

Ἐγὼ δ' ἀκούσας πιστά σου τεκμήρια,
Θεοὺς προσειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι.
Χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων.

ΧΟΡΟΣ.

Ω ΖΕΥ βασιλεῦ, καὶ νὺξ φιλία
Μεγάλων κόσμων κτεάτειρα,

366. Pauwius, quoniam versum catalecticum s. parœmiacum huic loco systematis anapæstici parum convenire putabat, ita emendandum censuit:

τῶν μεγάλων κόσμων κτεάτειρα,

vel μεγάλων κόσμων γε κτεάτειρα. Heathius vero melius:

v. 422. "Ἔμφρων ait ὁ φρόνιμος, εὔφρων δ' ὁ ἡδὺς καὶ εὐφραντικός." Hactenus Abreschius, cui prorsus assentirer, nisi ipsa illa adverbii εὐφρόνως, quam tuetur, notio hic locum haberet. Quidni enim sic exponamus versiculum: *O mulier*, haud muliebri, sed *virili prorsus prudentia benevole loqueris*; ut Chorus non prudentiam solum reginæ, verum etiam benevolentiam laudet. Benevolum vero in suos animum utique prodere visa erat, optando, ne peccato, quodam graviore deorum ultionem excitarent.

362. sq. ἐγὼ—παρασκευάζομαι. *Nos vero auditis certis, quæ attulisti*, Trojæ expugnatæ *documentis* (cf. v. 282.) *jam ad venerandos deos rite nos accingemus*

364. χάρις—πόνων. Male lat. intp. *gratia enim laborum non sine præmio impenditur*. Verius: *non contemnenda enim præmia labores* Græcorum bellici *tulerunt; pretium non vile laboris* (Ovid. Heroid. 18. 162.) *partum est*.

IN SCENAM III.
v. 365.—499.

365. sqq. ὦ Ζεῦ—σκήψειεν. *O Jupiter rex, tuque ó amica nox, magnorum ornamentorum paratrix, quæ Trojæ turribus injecisti clausum rete, ut neque adultorum neque adolescentium quisquam effugeret, magnum servitutis everriculum, calamitates omnes comprehendentis! Magnum igitur Jovem hospitalem veneror, qui hæc adversus Alexandrum perfecit; diu videlicet arcum tetenderat, ut nec antequam opportunum esset, nec elapso rei gerendæ idoneo tempore tempore telum, sic irritum futurum, emitteret.* Grave ac splendidum carminis initum! νὺν φιλία non est dea Noctis, sed ipsa illa nox, qua capta erat Troja. Et fortasse respexit Æschylus ad illud expugnandæ Trojæ subsidium, quod e nocte petierant Græci; (unde Stanl. h. l. laudat Virgil. Æn. ii.) quamquam ex istis, quæ audiverat Chorus, nihil aliud efficitur, quam eos simpliciter noctem superiorem laudare, propterea quod ea contigerit Græcis urbem hostilem capere. Inde κτεάτειρα non *domina* est, ut lat. intp. vertit, sed quæ paravit, s. conciliavit μεγάλους κόσμους, h. e. victoriæ gloriam, prædæ magnitudinem, hostium, qui decem fere annos acriter Græcis restiterant, debellationem. ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες, pro ἐπέβαλες Τ. π. Trojæ turres pro mœnibus et hæc ipsa pro urbe universa dicuntur.

368. στεγανὸν δίκτυον. i. q. Homerus πάναγρον appellat, Iliad. ι'. 487. *Stanl.*

Ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
Στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν
Μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
Μέγα δουλείας
Γάγγαμον, ἄτης παναλώτου.
Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
Τὸν τάδε πράξαντ' ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ,
Τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
Μήτε πρὸ καιροῦ, μήθ' ὑπὲρ ἄστρων
Βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.
Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν, στροφὴ α'.

μεγάλων τούτων κόσμων κτεάτειρ'

quia ultimam vocis κτεάτειρα utpote brevem, proxime sequentem versum incipiente vocali, elidi necesse sit. Sed si mutandum sit aliquid, melius fuerit reponere :

μεγάλων Ἄργει κόσμων κτεάτειρ'.

371. παναλώτου] Stanl. conj. πανάλωτον. 377. ἔχουσιν] Ita scribendum esse pro vulg. ἔχουσ' vidit Stanl. Aliter enim versus antithetico non respoudet.

369. μήτ' οὖν. *Imo ne* juniorum *quidem* quemquam ; scil. quia alias e retibus, quæ majores pisces trahunt, minuti certe pisciculi elabuntur. Itaque Chorus hac imagine terribiliorem facit Jovis pœnam, qua Trojam persecutus est.

370. μέγα δουλείας. Haud scio an hæc verba a glossatore adjecta sint. Commode enim abfuerint, cum nihil ad sensum desideretur, si legamus :

μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Sic etiam evitetur nimia vocabuli μέγας repetitio, quo vitio minime omnium poëtam nostrum laborare sæpe jam monuimus. Sed si spuria sint ista verba, tum quod Stanl. in mentem venit probaverim, ut legatur πανάλωτον. Sin gennina fuerint, verum censeo παναλώτου, sic procedente verborum ordine : μέγα γάγγαμον δουλείας, ἄτης παναλώτου, ut servitus describatur per calamitatem, quæ nemini Trojanorum pepercerit, omnes comprehensos, constrictosque tenuerit.

371. γάγγαμον, ἄτης. " Julius Pollux, lib. x. c. 30. ἀφ' οὗ καὶ Αἰσχύλος τὸ δύσλυτον κακὸν ἢ δυσέλικτον ἔφη γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Sic in Prometheo v. 1086. ἀπέραντον δίκτυον ἄτης dixit." *Stanl.* " γάγγαμα inter retium genera memorat quoque Oppian. iii. Hal. v. 81. Add. Pollux x. 132. ibique not. Tum notes πανάλωτον active positum ἀντὶ τοῦ πᾶν ἁλίσκον." *Abresch.*

375. πρὸ καιροῦ et ὑπὲρ ἄστρων manifeste sibi opponuntur : adeo ut ὑπὲρ ἄστρων idem esse quod alias ὑπὲρ καιροῦ dubitari non possit. Utraque autem lectione opportunitas a Jove in ulciscendis Alexandri s. Paridis facinoribus servata designatur.

376. βέλος ἠλίθιον. Ut enim vena-

Πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι
Ὡς ἔπραξ', ὡς ἔκρανεν.
Οὐκ ἔφα τὶς θεοὺς βροτῶν
Ἀξιοῦσθαι μέλειν
Ὅσοις ἀθίκτων χάρις
Πατοῖθ'· ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.
Πέφανται δ' ἐγγόνοις

379. ὡς ἔπραξ'] Vulg. ὡς ἔπραξεν. Illud metri causa rescribendum esse recte judicavit Stanl. Arnaldus malebat ὡς πράξεν. Pauwius vero ἐξιχνεῦσ' ὡς—Ἔπραξεν. 384. ἐγγόνοις] Hoc auctore Stanl. pro vulg. ἐγγόνους reposuimus, sensu postulante. Heathius autem hunc et sequentes versiculos ita constituit:

ὁ δ' οὐκ εὐσεβὴς
Πέφανται γ' ἔγγονος
Ἀτολμήτων, Ἄρη πνεόντων
Μεῖζον ἢ δικαίως,
Φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ
Ὑπὲρ τὸ βέλτιστον.

quod ille sic interpr. *Impia vero illa manifesta ostenditur, progenies male audacium, Martem spirantium magis quam justum erat, domo immoderate exundante supra id quod optimum est.*

tor, si citius, quam fera intra teli jactum venerit, aut serius, quam ut eam attingere possit, sagittam emiserit, irritam eam emittat, ac nihil ad capiendum profuturam; sic, nisi Jupiter justum puniendi tempus exspectasset, aut prorsus vanam, aut minus certe gravem vindictam exercuisset.

377. sqq. Διὸς—ἔκρανεν. *Jovis utique plagam dicere possunt Trojani*; s. *habent profecto, cur illam quam acceperunt plagam ad Jovem auctorem referant*; *in promptu enim hoc est investigare, quomodo inchoaverit, et perfecerit.* Heathii ratione, qui ἔχουσιν dativum participii esse contendit, et hoc modo vertit: *Jovis plagam nobis dicendam habentibus hoc quidem investigare licet*, multum hujus sententiæ vis infringitur. Imo ἔχουσιν tertia persona plur. refertur ad Paridem ceterosque Trojanos v. 373. 368. 369.

380. sqq. οὐκ ἔφα—εὐσεβής. *Fuit tamen, qui deos eos curare negaret, qui rerum sanctarum et inviolabilium decus conculcassent; ille vero impius fuit.* His verbis non proprie designatur certa quædam v. c. Paridis persona, sed universe notantur ii, qui divinam esse hominum curam et providentiam, improborumque facinorum ultionem negabant. Itaque sic quoque vertas licet: *Fuerunt qui negarent* etc. οὐκ ἔφα τις, pro ἔφα τις θεοὺς οὐκ ἀξιοῦσθαι μέλειν βροτῶν.—Est autem οὐκ ἀξιοῦσθαι μέλειν i. q. deos hancce curam indignam suo numine putare; *sie liessen sich nicht so weit herab, sich um solche Verbrecher zu bekümmern.* ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατοῖθ' circumscriptio est τῶν ἀνοσίων. ἄθικτα, *quæ sancta sunt, quæ tangi* i. e. *violari nefas est*: v. c. jus hospitii matrimonii castitas, quæ Paris Helenæ raptu violaverat. χάρις h. l. est *gratia*, sed *honor, decus*, quod reverentiam postulat.

Ἀτόλμητον Ἄρη πνεόντων
Μεῖζον ἢ δικαίως,
Φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ
Ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. Ἔστω δ' ἀπή-
μαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν
Εὖ πραπίδων λαχόντα.

385. *ἀτόλμητον*] *ἀτολμήτων* vulg. Sed illud aptius est et concinnius, in quod jam Stanl. conjectura inciderat. Neque vero metro adversatur, ut Pauwius putabat, est enim versus antispasticus, cujus primo pedi antispasto *ἀτόλμητον* respondet in antithetico versu epitritus primus. 386. *μεῖζον*] *μείζον'* Schol. it. Abresch. 387. *φλεόντων*] Steph. conj. *φλυόντων*. 387, 388. Ita emendandos censeo:

Φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ.
Ἦ που τὸ βέλτιστόν ἐστιν τἀπήμαντον etc.

389. *ὥστε κἀπαρκεῖν*] Abreschio in mentem venerat *ὥστε μ' ἀπαρκεῖν*. Nihil tamen mutari volebat. Cum autem adhuc editum esset *κ' ἀπαρκεῖν*, Heathio auctore rescripsimus *κἀπαρκεῖν*, crasi ad metri integritatem necessaria.

384. sqq. *πέφανται—βέλτιστον*. Satis superque *vero manifestati sunt dii posteris* scil. Priami reliquorumque Trojanorum *bellum, quod suscipere nefas erat, ultra id quod justum erat, spirantium; ædibus nimirum nimia felicitate ac divitiarum copia affluentibus*; quibus potissimum freti insolentiam illam ac superbiam adamaverant. *ἀτόλμητος Ἄρης* eodem fere sensu, quo supra Prom. v. 912. *ἀπόλεμος πόλεμος*; hoc enim bellum iniquum, haud æquis bellantium viribus, illud injustum bellum significat.

387. *φλεόντων*. " Recte verterat intp. *plenis ædibus*; in notis autem Stanl. corrigit *ædibus jactabundis*, motus credo H. Steph. auctoritate, qui *φλυόντων* corrigi vult, et Hesychii *φλεόντας* expl. *φλυαροῦντας*. Verum idem cum Etymol. etiam *φλέειν* exponit *γέμειν* et *εὐκαρπεῖν*, quæ notio unice est hujus loci, quod attendenti ad sequentia apertum erit, et sic iterum infra v. 1425. *μήλων φλεόντων εὐτόκοις νομεύμασιν*, h. e. *πληθυνόντων*, ut expl. Schol. Conf. et Ælian. V. H. lib. iii. c. 41. et ad eum not. Ceterum bene vidit idem, *ὑπέρφευ* non convertendum fuisse *heu*, sed *supra modum*. Vid. ad Pers. v. 824.—" *Abresch.*

388. *ὑπὲρ τὸ βέλτιστον*. Hæc verba otiosam vocabuli *ὑπέρφευ* explicationem sapiunt; nec ea quæ sequuntur *ἔστω δ' ἀπήμαντον* satis cohærent. Utrumque autem incommodum sublevatur, si legerimus:

Ἦ που τὸ βέλτιστον ἐστὶν τἀπή-
μαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν
εὖ πραπίδων λαχόντα.

Sane vero optimum fuerit id, quod innoxium est, ut facile, qui sapientiæ compos fuerit, ea sorte contentus vivat. Auream igitur mediocritatem commendat Chorus, quæ, quamvis istis divitiarum copiis non affluat, eadem tamen tutior sit, atque extra periculum calamitatum, quæ supra summas opes maneant, constituta; ut facile in ea acquiescat is cui mens non læva fuerit.

πέφανται (v. 384.) Abreschius cum *ἐγγόνους* constructum explicat *interficiunt*; scholiastes vero intp. *φανεροὺς, πονοῦσιν*. Optimum vero et sententiæ convenientissimum est reddere: *manifestati sunt dii*; h. e. ultricem justitiam

Οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις
Πλούτου, πρὸς κόρον ἀνδρὶ
Λακτίσαντι μέγαν δίκας
Βωμὸν, εἰς ἀφάνειαν.
Βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθὼ, ἀντιστ. α'.

391, 392, 393. μέγαν] Vulg. μεγάλα. Sed jam Stanl. vidit metrum requirere ut scribatur μέγαν, quod etiam a sensu commendatur.

ostenderunt τοῖς ἐγγόνοις. Ad sententiam vero simillimum est Darii dictum Pers. v. 815.

Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρᾳ γονῇ
Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασι βροτῶν
Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα δεῖ φρονεῖν.

391. sqq. οὐ γάρ—εἰς ἀφάνειαν. Abreschius πρὸς κόρον ad πλούτου non ad λακτίσαντι referens, sic intelligit: *injusto nil quidquam prosunt opes, quantas etiam cunque eum possidere vel fingere possis, adversus interitum.* Sed multo concinnius est πρὸς κόρον cum participio λακτίσαντι copulare. Sensus: *Homini enim magnam, s. venerandam Justitiæ aram, insolenter calcibus impetenti, s. conculcanti, h. e. violanti, divitiæ nihil prosunt ad propulsandum interitum.*

οὐκ ἔστιν ἔπαλξις εἰς ἀφάνειαν, non est propugnaculum adversus interitum. Diligenter autem ad h. l. comparandi sunt pulcherrimi versus 473.—484. ad sententiam huic loco simillimi.

392. πρὸς κόρον h. l. *fastidiose, petulanter*, i. q. ap. Demosth. adv. Ctesiph. cap. i. ἐκ περιουσίας. Nostri dicunt: *aus Uebermuth, weils ihm gar zu wohl ist.*

393. sq. λακτίσαντι—βωμόν. "Sic Lycophr. v. 137.

Ἔτλης θεῶν ἄλοιτος ἐκβῆναι δίκην
Λάξας τραπέζας κ' ἀνακυπώσας θέμιν.

quæ hinc et ex v. 411. hausta esse apparet." *Abresch.*

395. sqq. βιᾶται—γυναικός. Ab hujus antistrophes sensu interpretes tantum non ubique aberrarunt. Nobis quidem sic reddenda videtur: *urget autem* ejusmodo homines, (quales illi, qui dicabantur ἀτόλμητον Ἄρη πνέοντες, Paris ejusque socii) *infausta fiducia, intolerabilis noxæ* prioris *filia consiliatrix*; h. e. quæ fiducia nascitur e priori crimine, et ad plura audenda impellit; vel ut defendi illud, vel ut pœna ejus propulsari possit. *Attamen omne remedium irritum est*; nihil ipsis prosunt ad effugiendam priorum scelerum ultionem, quæcunque moliantur. *Neque vero id ipsos latere potuit; imo vero vir ille in conspectu* omnium *est, horrenda luce resplendens calamitas; adulteriniquc æris instar, attritu et allisu exploratus, atrum se prodit, tanquam puer volucrem aviculam persequens, civitatique suæ intolerabile detrimentum inferens. Preces vero* ejusmodi hominum *nemo deorum audit; sed* horum facinorum *auctorem, virum injustum deus e medio tollit. Qualis etiam Paris in domum Atridarum ingressus, hospitis Menelai mensam* conjugis ejus, Helenæ, *raptu dehonestavit.*

βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθώ. Hæc e versu 231. et sq. illustrantur; ubi nefariæ mortalium audaciæ causa his verbis reddebatur:

θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις
τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων.

ibi igitur primo delicto, primæ noxæ, τῇ πρωτάρχῳ ἄτῃ v. 1203. hoc tribuitur, ut homines ad plura audenda fidentiores et alacriores reddat. Similiter h. l. fiducia illa poëtico spiritu filia ἄτας nempe τῆς πρωτάρχου appellatur. Nam

Προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας.
Ἄκος δὲ παμμάταιον·
Οὐκ ἐκρύφθη, πρέπει δὲ φώς,

398. φώς] Ita scribendum, non ut vulg. φῶς. De viro, non de lumine agitur, sicut postea φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ v. 408.

προβουλόπαις nihil aliud est quam πρόβουλος παῖς, quemadmodum Æschylus Sept. adv. Theb. v. 786. κρεισσοτέκνων pro κρεισσόνων τέκνων, et Choëph. 312. αἰνόπατηρ pro αἰνὸς πατὴρ posuit. Itaque fiducia illa e malis facinoribus ad plura deinceps audenda τάλαινα vocatur, ob miseriam inde oriundam; ἄφερτος ob hujus miseriæ magnitudinem, quæ tolerari vix queat; πρόβουλος, quia eadem fiducia homini consilia ad nova delicta subministrat. Sic Paris primum jus hospitii violaverat, matrimonii sanctitatem contemserat, furto se alligaverat, Helenam cum multis opibus capiens; deinde quoniam ea res ex animi sententia cesserat, eo processit audaciæ, ut non solum se Helenam redditurum esse negaret, sed Priamum quoque patrem, ceterosque Trojanos funestissimo bello implicaret.

397. sq. ἄκος δὲ παμμάταιον. Respicitur partim ad divitias et opes, cf. v. 392. partim ad hostias et preces nihil adversus interitum profuturas, cf. v. 406.

οὐκ ἐκρύφθη vel e Stanleii ratione cum παμμάταιον jungi potest: *remedium vero omne irritum non latet*, s. *latuit*; vel cum sequentibus, ut referatur ad φώς: *non latuit vir, sed in omnium conspectu versatur*; vel denique, id quod nobis maxime placet, colo post παμμάταιον et commate post ἐκρύφθη posito, sic explicari: *Remedium vero omne irritum est; neque hoc latuit, vel latere eos potuit*; (q. d. οὐδ' ἐκρύφθη τοῦτο) *sed potius* etc.

398. sq. πρέπει δὲ φώς, αἰνολαμπὲς σίνος. Φὼς idem est qui dicebatur v. 932. ἀνὴρ μέγαν δίκας βωμὸν λακτίσας, quique infra v. 408. φὼς ἄδικος dicitur. Heathius lectionem φῶς amplexus, pro ἄφερτος ἄτας autem corrigens ἄφερτον ἄταν, h. l. ad fabulam illam respici opinatur, satis notam, qua Hecubam, cum Paridem in utero gestaret, per quietem nocturnam facem ardentem peperisse sibi visam esse narrabatur, cujus flamma Trojam incenderet, et concremaret. Cassandram vero, ab Apolline inspiratam, ut Paris statim interficeretur, nec tantum in Ida monte exponeretur, monuisse, idque ut fieret, vehementissimis precibus a senatu, sed frustra, petiisse. Hanc igitur fabulam, quæ ab Euripide tangitur Androm. v. 293—308. Heathius huc quoque trahendam esse contendit. Ac voc. προβουλόπαις quidem de Hecuba vult intelligi, *quæ in filii gratiam consilium dederit*, ut nimirum exponeretur potius quam occideretur. Universum ergo locum hoc modo intp. *Infelix* vero Hecubæ suada filii saluti *prospiciens vi ab invitis Trojanis extorquet rem iis postea in perniciem cessuram*; *hujus vero calamitatis remedium* (Cassandræ scil. consilium de necando Paride) *sed frustra omnino non latebat; sed sub specie lucis manifestus est, exitialiter effulgens pernicies*, Paris scil. facis imagine, quam mater in somniis viderat, designatus. Verum hæc interpretandi ratio multis incommodis premitur. Primum enim incredibile est, Æschylum Choro majorem harum rerum scientiam tribuere voluisse, quam ipsa deinde, cum in scenam venisset, proditura esset. Cassandra enim v. 1212. paucis quidem verbis narrat, vaticinandi artem sibi ab Apolline donatam

Αἰνολαμπὲς σίνος·
Κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον
Τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς
Μελαμπαγὴς, πέλει
Δικαιωθεὶς, ἐπεὶ διώκει
Παῖς ποτανὸν ὄρνιν

401. προσβολαῖς] Optime sic emend. Stanleius, metro pariter ac interpretationi consulens. Vulg. προβολαῖς. 402. μελαμπαγὴς] Qui multa in his Chori cantibus bene constituit Stanleius, in hoc vocabulo perperam offensus male reponendum censuit μελαμπυγὴς, ut ad Agamemnonem pertineret, idemque significaret ac μελάμπυγος, quod Hesych. interpr. ἀνδρεῖος. Sed recte se habet vocabulum μελαμπαγὴς, nisi quod Æschylus forte genitivo casu scripsit μελαμπαγοῦς, cum χαλκοῦ construendum. 403, 404. Antea sic edebatur :

Δικαιωθεὶς ἐπεὶ
Διώκει παῖς πτανὸν ὄρνιν,

esse, sed hac lege, ut fidem non inveniret; nihil tamen de Hecubæ somnio, nihil de ejus consilio, nihil de decreta Paridis nece vel expositione memorat, ut facile intelligatur, Æschylum, nisi illam fabulæ partem prorsus ignoraverit, certe ejus rationem non habuisse. Deinde verba ἄκος δὲ παμμάταιον Heathius nunquam de Cassandræ consilio, quo Paridem interfici suaserat, explicasset, si diligentius cum universum hujus cantici contextum, tum inprimis illud Cassandræ dictum comparasset, v. 1177. sqq.

Ἰὼ πόνοι, πόνοι πόλεως ὀλουμένας
τὸ πᾶν. Ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς
Πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων. ἄ κ ο ς
δ' οὐδὲν ἐ π ή ρ κ ε σ α ν,
τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν.

Hic diserte dicit patris sacrificia pro salute Troja oblata prorsus inutilia fuisse, nullumque ei remedium attulisse. Quo quidem loco nihil illustrius esse potest ad veram ejus in quo versamur sententiam declarandam. Denique si φῶς h. l. legendum esset, inepta fieret verborum consecutio, φῶς πρέπει—et πέλει δ ι κ α ι ω θ ε ὶ ς, v. 403.

398. πρέπει opponitur τῷ ἐκρύφθη. Nempe Paris post Helenæ raptum Trojæ in omnium oculis versabatur, ac mœchus cum adultera in propatulo vivebat; adeo ut neminem Trojanorum fugeret, nisi illud piaculum expiaretur, averti non posse vindictam deorum. In αἰνολαμπὲς σίνος forte ductus est color ab incendii calamitate, longe lateque terribiliter resplendentis.

400. sqq. κακοῦ—ἐνθείς. Hæc omnia, quamquam, ut superiora, universe dicta, sic tamen enuntiantur, ut propius ad Paridis personam accommodentur.

401. προσβολαῖς vel ut Heathius exp. *attritione ad lapidem Lydium*, vel omnino *quacunque allisione.* Nummi enim adulterini vilioris metalli misturam non tum demum produnt, si lapide Lydio explorentur, verum etiam crebro usu affricti, et allisi.

403. sq. ἐπεὶ διώκει παῖς. Παῖς h. l. comparate dictum. Nam quemadmo-

Πόλει πρόστριμμ' ἄφερτον ἐνθείς.
Λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν,
Τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε
Φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.
Οἷος καὶ Πάρις, ἐλθὼν
Ἐς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν,
Ἤσχυνε ξενίαν τράπε-
ζαν κλοπαῖσι γυναικός.
Λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας στροφὴ β'.
Κλόνους λογχίμους τε καὶ

nos autem Stanleii emendationem secuti sumus, ne metrum laboraret; ita tamen, ut pro πετεινὸν, quod ei placebat, reponeremus doricum ποτανόν. 407. ἐπίστροφον] ἐπίστροφος conj. Heath. 412. κλοπαῖσι] Sic ob metrum recte emendavit Stanl. Vulg. κλοπαῖς.

dum pueri sæpe volucrem avem aut celerem papilionem cursu persequuntur, sic injusti homines, et sibi omnium, quæ libuerint, licentiam arrogantes, fugitiva bona quærunt, Paridis exemplo, Helenam, marito suo parum fidelem, variamque et mutabilem feminam sollicitantis.

408. καθαιρεῖ. Heathius, quia non inveniebat, unde hoc verbum penderet, corrigendum opinatus ἐπίστροφος, ita vertit: *Ejus autem supplicationes nemo deorum audit, sed hominem injurium deus iste, cui horum facinorum vindicta curæ est, e medio tollit.* At cum οὔτις θεῶν ἀκούει idem sit ac θεὸς οὐκ ἀκούει, verbum καθαιρεῖ ad τὸ σημαινόμενον referendum nihilque mutandum est. ἐπίστροφον τῶνδε enim est *horum auctorem;* ut apud Sophocl. v. 616.

409. οἷος καὶ Πάρις. Hic tandem aperte Chorus redit ad Paridis notationem, a quo jam supra v. 373. nominato ad generalem ultricis deorum justitiæ magnarumque opum in facinorosis hominibus vanitatis descriptionem deflexerat.

411. ἤσχυνε ξενίαν τράπεζαν. Violatum jus hospitii notatur; Paris enim a Menelao hospitio exceptus non erubuit tamen ejus uxorem rapere, ablatis etiam multis opibus. Unde infra dicitur ὀφλὼν ἁρπαγῆς τε καὶ κλοπῆς δίκην. Alibi Alexandri crimen τραπέζας καὶ ξυνεστίου Διὸς ἀτίμωσις vocatur v. 712. Ad γυναικὸς e ξενίαν subintelligendum τοῦ ξένου.

413. sqq. Ante omnia hic observandum est, non accessum Helenæ ad Trojam, sed fugam e Mycenarum urbe hic describi; illum enim alio carmine canit Chorus v. 745. sqq.

λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν. *Relinquens autem* illa *civibus clypeorum hastarumque tumultus naviumque* h. e. maritimæ expeditionis bellique adversus Trojam gerendi apparatum, *Ilio autem dotis loco exitium importans raptim portis* Mycenarum *egressa est, non audenda* i. e. immane facinus *ausa.* —Vel e temporum consecutione λιποῦσα ἀστοῖσιν,—ἄγουσα Ἰλίῳ—βέβακεν διὰ πυλᾶν colligi possit, non Trojæ sed Mycenarum portas hic significari.

Ναυβάτας ὁπλισμοὺς,
Ἄγουσά τ' ἀντίφερνον
Ἰλίῳ φθορὰν,
Βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν,
Ἄτλητα τλᾶσα· πολὺ δ' ἔστενον
Τόδ' ἐννέποντες δόμων προφῆται.
“ Ἰὼ, ἰὼ δῶμα, δῶμα καὶ πρόμοι,
Ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες.
Πάρεστι σιγᾶσ' ἄτιμος, ἀλοίδορος

420. *τόδ' ἐννέποντες δόμων*] Nihil opus est, ut auctore Stanl. rescribamus *τὸν δ' ἐννέποντες δόμον.* 423. *σιγᾶσ'*] Schol. legit *σιγᾶς.*

416. sq. *ἀντίφερνον—φθοράν.* Imago cogitationis plenissima! Eadem aliis coloribus expressa v. 754. sqq.

419. sq. *πολὺ δ' ἔστενον—δόμων προφῆται.* *Valde autem ingemuerunt* comperta Helenæ fuga *ædium* regiarum Menelai *vates, hæc dicentes*, quæ sequuntur. Heathius recte intellexit, hæc de Menelai, non de Priami ædibus accipienda esse. Quid enim Trojanorum harioli vaticinati essent, scire Chorus non poterat.

421—438. His versiculis continetur prophetica vatum oratio. Inde a v. 439. enim *τὰ μὲν κατ' οἴκους*, Chorus inchoatum sermonem suis verbis pertexit. Illi igitur sic loquentes inducuntur: *Heu heu, domum regiam*, heu *principes*, heu *lectum*, torum Menelai conjugalem, et *vestigia viri amantia*, Menelai nempe, felicis donec irruptam matrimonii copulam uxor servabat. *Adest* ille, accedit ad lectum ab Helena desertum, silens, inhonoratus, attamen conviciis abstinens, Helenæ haud maledicens, tantum *gemens* ac suspirans, *ubi eam aufugisse videt. Præ desiderio autem transmarinæ* h. e. uxoris trans mare abreptæ *spectrum videbitur ædibus dominari*, h. e. ita intabescet dominus harum ædium hujusque regni Menelaus, ut umbræ quam hominis similior futurus sit. *Pulchrarum enim* sc. Helenæ *statuarum venustas viro* nunc jam *exosa est*, et *oculorum* (qui in statuis exprimi non solebant) *defectu omnis amor perit. Sæpe autem* ei (Menelao) *in somniis species apparent, luctum augentes, utpote quæ vanam ei et fictam voluptatem afferant;* i. e. sæpe Menelaus in somniis Helenam tenere sibi videtur; quæ quidem imagines nihil aliud efficiunt, nisi ut eum vana delectatione somniantem mulceant; experrecto vero luctum exaugeant. *Frustra enim si quis bona* quædam exoptata per quietem nocturnam *videre videatur, haud multo post visum illud e manibus elapsum abit, alisque somni* abeuntis *iter prosequentibus* avolat.

δῶμα ad regias Menelai ædes, *πρόμοι* ad ipsum Menelaum spectat pluraliter dictum, pro singulari, ut Prometh. v. 149. *οἰακονόμοι*, de uno Jove.

422. *στίβοι φιλάνορες.* *Vestigia amoris* Helenæ, quo antea *conjugem* complexa fuerat; quorum Menelaus si thalamum ingrederetur, atque ad lectum genialem accederet, recordari debebat. cf. dulcissima de Alcestide narratio ap. Eurip. Alcest. v. 173. sqq.

423. sq. *πάρεστι—ἰδεῖν.* Vulgatam

Ἄδιστος ἀφεμέναν ἰδεῖν.
Ποθῷ δ' ὑπερποντίας

423, 424. Ita nobis videntur emendandi :

πάρεστι σῖγ' ἄτιμος, ἀλλ' ἀλοίδορος,
ἄλγιστος ἀφεμέναν ἰδών.

cf. Commentar. ad h. l. 425. ὑπερποντίας] Vere judicavit Stanl. conjunctim scribendum esse pro vulg. ὑπὲρ ποντίας.

lectionem in his misere dapravatam esse, manifestum est. Quid enim hoc sit, πάρεστι σιγᾶσα? Quod si de ipsa Helena accipias, quomodo ea *adesse* dicatur, quæ abierat? quo sensu deinde aut cur σιγᾶσα? Incommodum etiam esset, ἀλοίδορος passive poni; incommodum ἄδιστος pro ἀδίστη; denique quid significet ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν? Itaque Stanleius σιγᾶσα de *muto Helenæ simulacro* accepit: hoc sensu: *Adest muta* ejus imago, *inhonora, non convicienda, nobis longe stantibus visu gratissima*. At cui umquam poëtæ in mentem veniret, postquam mulieris alicujus discessum narrasset, his verbis *adest muta*, s. *silens*, ejus simulacrum s. statuam designare? Talia enim quovis Pythiæ oraculo obscuriora essent! Deinde si Helenæ perfidæ et adulteræ imago dici poterat ἄτιμος, *inhonora*, cur eadem statim diceretur ἀλοίδορος, *non convicianda?* Quid autem illud est, *longe stantibus?* aut quo pacto ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν interpretari liceat, *nobis longe stantibus visu suavissima?* Postremo tota hæc sententia quam vim habeat, quorsum spectet, non video. Quod nisi ita esset, Heathii certe rationem Stanleianæ præponerem, hac versione utentis: *Observatur nobis adhuc taciturna* (Helenas cilicet) *neque honore neque contumelia a nobis affecta*, (h. e. quam neque propter crimina honore prosequi, neque propter formam et Menelai desiderium conviciis proscindere audemus) *suavissima postquam eam a manibus a miserimus visu*. Hæc inquam Stanleii commentis paulo meliora; nihilo secius tamen ipsa quoque multis modis contorta et impedita sunt. Unde enim intempestivus ille pudor vatibus veniret, ut Helenam vituperare non auderent? Aut cur eam visu suavissimam dixerint, postquam cum mœcho profugisset? An absens et adultera pulchrior videri poterat, quam præsens illibata matrimonii castitate? Quid hujusmodi nugis ineptius, quid frigidius fuisset! Quæ cum ita sint, non despero fore ut emendatio nostra viris doctis probetur:

Πάρεστι σῖγ' ἄτιμος, ἀλλ' ἀλοίδορος,
Ἀδίστονος ἀφεμέναν ἰδών.

(Sic efficitur, e versu prorsus ut vulgo legitur ἀμέτρῳ, iambicus senarius. E σῖγ' ἄτιμος facile librarii σιγᾶσ' ἄτιμος facere, et ἀλλ' ob simile initium sequentis ἀλοίδορος omittere potuerunt. Sic e rariori vocabulo ἀδίστονος proclive fuit ad notius ἄδιστος aberrare. Nec desunt exempla finalium syllabarum ΑΝ et ΩΝ in ΩΝ et ΕΙΝ mutatarum.) Sic enim omnia inter se conveniunt, et una cum sequentibus, quo modo affectus fuerit Menelai animus, pulcherrime declarant. Post ἄτιμος supplendum ἀνὴρ, quod latet in φιλάνορες, atque ex eo facile intelligitur; eodem modo ut supra v. 159.

Πάρεστι scil. τῷ λέχει, *accedit ad lectum*, σῖγα *tacite*, ob magnitudinem doloris obmutescens, ἄτιμος ἀνὴρ, *(der beschimpfte, der entehrte Gemahl)* a perfida uxore spretus et contemtus, ἀλλ' ἀλοίδορος, *conviciis tamen abstinens*, adeo enim amat uxorem, ut eam ne opprobriis quidem ulcisci audeat; ἀδίστονος (Hesychius ἀδίστονον expl. οἰκτρὸν στένον-

Φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν.
Εὐμόρφων γὰρ κολοσσῶν
Ἔχθεται χάρις ἀνδρί.
Ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις

426. ἀνάσσειν] Male Stanl. hanc vocem sollicitavit, præferens ἄναξιν. 428. ἀνδρὶ] Ita pro vulg. τἀνδρὶ Pauwio monente rescripsimus. Est enim hic versus periodus catalectus. 429. ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις] Prorsus aliena est Heathii correctio ὀμμάτων δὲ γλήναις.

τα) ἀφεμέναν ἰδὼν, *flebiliter autem ingemiscens, postquam eam effugisse videt.* Quid hac imagine verius dulciusque esse potest! ἀφεμέναν bene designat mulierem desertricem s. fugitivam.

425. sq. ποθῷ δ' ὑπερποντίας—ἀνάσσειν. Stanl. emendans ἄναξιν intp. *Porro præ desiderio ejus* (Helenæ) *quæ modo transmarina est, phantasma videbitur ædium dominis.* Quod equidem me non intelligere lubens fateor. Heathius exponit: *Desiderii vero quam sui reliquit ope imago ejus etiam trans mare avectæ mariti animo obversata videbitur ædibus imperare;* sensu quidem aperto, sed inepto. Nam etsi Menelai animo obversari potuit ac debuit Helenæ absentis imago, nullo modo tamen ista imago animo et cogitatione concepta videri potuit *ædibus imperare!* Imo potius h. l. φάσμα, ut alibi εἴδωλον, notat hominem adeo macilentum, adeo exsanguem, ut non vivum corpus, sed umbra potius aut spectrum esse videatur. Cf. Lex. Æschyl. v. φάσμα.

427. εὐμόρφων γὰρ κολοσσῶν. Etymol. M. Κολοσσὸς σημαίνει καὶ τὸ εἴδωλον, κυρίως δὲ κολοσσοὶ λέγονται οἱ ὑπερμεγέθεις ἀνδριάντες. Probabiliter nempe poëta fingit Menelaum statuas habuisse uxoris formosissimæ. Quibus ille quidem delectabatur, quamdiu vivum earum exemplar possidebat; jam vero illo sibi erepto earum venustatem fastidiebat, easque ut odiosas et molestas aversabatur.

429. sq. ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα. Quamvis nimirum eleganter fabricatæ sint statuæ, carent tamen oculis, adeoque admirationem quidem excitare possunt, amorem non item. Sed universi hujus loci venustatem populares quidem nostri melius intelligent ac de emendationis nostræ veritate facilius judicabunt, si ejus paraphrasin Germanicam subjecero:

Er tritt hinzu, fühlt sich entehrt, und schweigt,
Kein scheltender Verweis ertönt von seinen Lippen,
Nur Seufzer drängen sich aus seiner Brust hervor,
Indem er sieht, sie ist entflohn.
Bald wird die heisse Sehnsucht nach der Flüchtigen,
Die nun ein Meer schon von ihm scheidet,
Den Fürsten dieses Hauses in ein Schattenbild,
Dem nächtlichen Gespenste gleich, verwandeln.
Denn ach des schönsten Standbilds Reiz
Ist nun dem liebenden Gemahle,
Da ihm das Urbild selbst entwendet ist, verhasst!
Und wo der Wohlgestalt kein Auge Leben giebt,

Ἔῤῥει πᾶσ' Ἀφροδίτα.
Ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες ἀντιστ. β'.
Πάρεισιν δόξαι φέρου-
σαι χάριν ματαίαν.
Μάταν γὰρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά
Τις δοκῶν ὁρᾷν,
Παραλλάξασα διὰ χερῶν
Βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον
Πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθοις."
Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη

435. Forte leg. Τις δοκῇ 'νορᾷν. 439. ἐφ' ἑστίας] Stanl. emend. ἐφεστίους.

Muss jeder Keim von Leib', indem
er sprosst, verwelken.

Ceterum antequam ab hac carminis parte discedam, doctissimi le Grand sententiam commemorabo, qui, quamquam hujus loci sensum non omnino assecutus est, propius tamen reliquis interpretibus accessit. Priorum enim versiculorum scripturam sic refingendam esse arbitratus:

Πάρεστι σιγάσᾳ 'τιμος ἀλοίδορος
Ἄδιστος ἀφεμέναν ἰδεῖν.

totius carminis hunc sensum ponit: *Adest silenti* (absentis imagini) *spretus* (conjux), *conviciis temperans, avide spectans digressam, præque desiderio transmarinæ,* (Helena) *spectrum ædes moderari videbitur. Nitentium enim signorum venustas fastidio est viro, et oculorum orbitati intabescit omnis amor.* Hactenus viri doctissimi versio; in qua quid nobis probetur, quidve minus placeat, lectores ipsi facile existimabunt.

431. sqq. ὀνειρόφαντοι—ματαίαν. *In somniis autem apparentes* (Menelao) *tristes imagines vanam ei voluptatem afferunt.* Sæpe noctu scil. somniat, se Helenam complecti. Hæ somniorum imagines dicuntur πενθήμονες, propterea quod falsam earum lætitiam major tristitia animi consequatur, postquam eas dispulso somno falsas esse intellexerit.

434. sqq. μάταν γὰρ—κελεύθοις. Si nihil hic mutandum esse statuas, Heathio auctore, τις δοκῶν nominativi consequentiæ habeantur necesse est; ita ut post εὖτ' ἂν commate distinguatur oratio, q. d. μάταν γάρ ἐστι, εὖτε, δοκοῦντος τινὸς ἐσθλὰ ὁρᾷν, ὄψις παραλλάξασα ἂν διὰ χερῶν βέβηκεν—*Vanum enim est,* si, cum *quis bona quædam per somnium sibi videre videtur, visum illud e manibus elapsum paulo post discedit, alis* evolans, *somni viam sequentibus.* Suavi metaphora ornavit poëta sententiam, quæ proprie sic enuntianda fuisset: *Vana sunt gaudia somniorum, quæ una cum somno dilabuntur.*

438. κελεύθοις. Hic dativus regitur ab ὀπαδοῖς, quia cum eodem casu verbum ὀπηδεῖν construitur.

439. ἐφ' ἑστίας. Stanleii emendatio ἐφεστίους hanc ob causam valde placet, quod illo epitheto melius designantur Menelai regiæ ædes. Nempe quia olim penes reges summa sacrorum potestas erat, in eorum ædibus sacra pro

Τάδ' ἐστὶ, καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα.
Τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας συνορμένοις
Πένθεια τλησικάρδιος
Δόμων ἑκάστου πρέπει.
Πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ·
Οὓς μὲν γὰρ ἔπεμψεν οἶδεν·
Ἀντὶ φωτῶν δὲ τεύχη
Καὶ σποδὸς εἰς ἑκάστου τοὺς
Δόμους εἰσαφικνεῖται.
Ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμάτων στρ. γ'.

446. ἀντὶ φωτῶν δὲ] Vulg. ἀντὶ δὲ φωτῶν. Sed transpositionem recte suasit Heathius, ut metrum strophici oppositi conveniret. 447. Ut metrum strophici v. 429. huic versiculo æquetur legamus licet καὶ σποδός γ' ἑκάστοτ' εἰς—.

populo fiebant; inde regia palatia οἰκοὶ ἐφέστιοι appellabantur, κατ' ἐξοχήν. Eodem modo infra v. 860. δόμους ἐφεστίους. Utram vero lectionem amplectaris, sensus certe hic est: *Et hi quidem dolores, imo his multo majores sunt,* qui tum ædes Menelai regias h. e. ipsum regem circumveniebant.

441. Hic versus cum sit prorsus ἄμετρος, facile ad Iambici senarii legem revocari potest, si legatur:

Τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος χθονὸς συνορμένοις.

Universe autem, Chorus inquit, *propter eos qui e Græcia* una cum ducibus Trojam *profecti sunt, mæstitia animum affligens in singulorum ædibus regnat.* συνορμένοις hic est dativus causæ, ut supra v. 139.

444. πολλὰ—ἧπαρ. *Multa scilicet sunt, quæ molestiam pariant.* Hepar enim apud Græcos potissimum in tristitiæ, odii, invidiæ, molestæque indignationis sensu affligi dicitur. Cf. v. 801. et Lex. *Æschyl.* h. v.

445. οὓς μὲν—οἶδεν. *Namque quos emisit, novit,* scil. Græcia. Bene quidem eorum, qui ad bellum Trojanum profecti sunt, uxores, parentes, liberi, norunt, quanta virorum ætate et robore florentissimorum via ad subeundam expeditionem istam coacta fuerit.

446. sqq. ἀντὶ εἰσαφικνεῖται. *Sed virorum loco* identidem *arma et cineres in singulorum civium domos redeunt.* τεύχη, quia virorum fortium in præliis cæsorum arma, clypeus præsertim, propinquis domum mitti solebant; una cum ossibus et cinere cadaverum combustorum.

449. sqq. ὁ χρυσαμοιβὸς—εὐθέτους. *Mars autem cadavera* cæsorum militum *auro permutans, in præliisque armorum fortunam* tanquam *in lance librans, amicis* s. propinquis *mittit molestum cineris virorum vice redeuntis ramentum lacrymis rigatum, quod in urnis bene compositis asservatur.* ὁ χρυσαμοιβὸς σωμάτων "qui corpora *contra aurum permutat.* Respicit nimirum hoc epitheton morem, qui Trojani belli temporibus obtinebat, hostium in prælio cæsorum cadavera parentibus superstitibus non nisi pretio redemta reddendi. De Hectoris cadavere Pri-

Καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορὸς
Πυρωθὲν ἐξ Ἰλίου
Φίλοισι πέμπει βαρὺ
Ψῆγμα δυσδάκρυτον
Ἀντήνορος σποδοῦ
Γεμίζον τοὺς λέβητας εὐθέτους.
Στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄνδρας,

455. γεμίζον τοὺς λέβητας εὐθέτους] Justis rationibus adductus, quas in Comment. exposui, sic rescripsi loco vulgatæ γεμίζων τοὺς λέβητας εὐθέτου. 456. ἄνδρας] Vulg. ἄνδρα. Illud e conjectura Stanl. recepimus, ut sensui convenientius.

amo ab Achille vendito nota est historia. Exempla alia suppeditabit Feithius Antiq. Homer. lib. iv. c. 13." *Heath.*

450. "ταλαντοῦχος δορὸς non est *qui hastam ut libram regit*, et *cui pro libra est hasta*, ut perperam tradit Pauwius, sed *qui armorum eventum librat*, *qui victoriæ lances tenet*. Voce δορὸς non *hasta* speciatim sed *arma* generatim h. l. desinantur. Ita apud Sophocl. Ajac. v. 1292 ἐν τροπῇ δορὸς, *in aciei fuga*. Vide et infra v. 528." *Heath.*

451. sqq. ψῆγμα σποδοῦ, *cinereus pulvis, tenuis cinis*, πυρωθὲν *e combusto cadavere*, βαρὺ quia amicorum ossa cineresque graviter amicos affligebant. δυσδάκρυτον vel ad lacrymas spectat in ipso ossilegio profusas, cf. Iliad. ω'. 793. sq.; vel quod h. l. aptius est, ad lacrymas, quibus propinqui, cum cineres ab Ilio missos acciperent, eos rigabant. ἀντήνωρ dicitur σποδὸς, quod parentes liberique qui reditum suorum anxie exspectabant, eorum loco nihil aliud quam tristes hasce cadaverum reliquias accipiebant.

455. Vulgata lectio γεμίζων τοὺς λέβητας εὐθέτου hanc fert interpretationem: *Mars amicis mittit grave ramentum et lacrymabile, cinere virorum vices explente implens urnas bene composito.* Sed ita primum ψῆγμα δυσδάκρυτον male distrahitur ab eo quod sequitur ἀντήνορος σποδοῦ, quod et sententiæ et verborum structuræ causa rectius cum eo conjungitur. Deinde γεμίζων Martem sistit cinere urnas implentem; at hæc imago per se quidem pulchra, h. l. tamen vitii nonnihil traheret ex ordine verborum, πέμπει—γεμίζων. Non enim Mars prius mittit cinerem, quam urnas implevit; sed urnas primum cineribus implet, post eas domum ad superstites propinquos mittit. Postremo εὐθέτου sic in clausula positum, cum sit ad σποδοῦ retrahendum, minime placet. Itaque levi correctione usi veram ut opinamur lectionem restituimus:

γεμίζον τοὺς λέβητας εὐθέτους,

quod implet urnas bene compositas, *quod in urnis bene compositis asservatur.* εὐθέτους eo spectat, quod in asservandis et reponendis cæsorum militum cineribus ossibusque magnam diligentiam adhibebant.

λέβητας. Non enim urnæ tantum fictiles, verum etiam æreæ aliisque ex metallis factæ in usu erant. Sic Patrocli ossa in auream phialam colligebantur, Iliad. ψ'. 253.

456. sqq. στένουσι—γυναικός. *Gemunt autem* cives *laudantes viros*, quorum cineres receperunt, *alium quod pugnæ scientissimus fuerit, alium quod in prælio propter alienam uxorem fortiter occubuerit.*

Τὸν μὲν ὡς μάχης ἴδρις,
Τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ' ἀλ-
λοτρίας διὰ γυναικός.
Τάδε σῖγά τις βαΰζει.
Φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει
Προδίκοισιν Ἀτρείδαις.
Οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος
Θήκας Ἰλιάδος γᾶς
Εὔμορφοι κατέχουσιν·
Ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν.
Βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις σὺν κότῳ, ἀντιστ. γ΄.
Δημοκράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.
Μένει δ' ἀκοῦσαί τι μου

460. τάδε—βαΰζει. *Et hoc ipsum*, quod alienam ob uxorem tot juvenes, ætate et virtute florentes, belli periculis ac cædibus objiciantur, *multi sunt inter cives, qui tacite mussitent, qui clam indignantes fremant*. τις h. l. ut sæpe, non de uno quodam, sed de multis intelligendum.

461. sq. φθονερὸν—Ἀτρείδαις. *Et molestia invidiæ plena subrepit* Atridis *litis auctoribus*; h. e. sensim incurrunt in molestam invidiam, propterea quod unius mulierculæ causa funestum illud bellum susceperint. ὑπ' ἄλγος ἕρπει tmesi pro ἄλγος ὑφέρπει.

463. sqq. οἱ δ'—ἔκρυψεν. *Alii vero formosi* juvenes (cf. v. 446. sqq.) *istic circa mœnia Trojanæ urbis loculos obtinent, obtinentesque hostilis terra tegit*. εὔμορφοι ad tristitiam rei augendam adjicitur. ἐχθρὰ scil. γᾶ, eodem consilio; quia triste erat extra patriam sepeliri. Nimirum fieri non poterat, ut omnium in hoc bello defunctorum ossa in patriam mitterentur; id principibus tantum viris, vel certe beatioribus, dabatur; reliquos omnes haud procul ab eo loco, ubi pugnatum erat, sepultos esse constat. cf. v. 517. ἔχοντας scil. τὰς θήκας.

467. sq. βαρεῖα—χρέος. *Gravis autem est rumor civium cum invidia, et popularis imprecationis tributum pendit*. h. e. gravissimum periculi onus reges illi subeunt, qui communem civium indignationem invidiamque sibi conciliant; etenim hæc eo erumpit, ut mala iis imprecentur, invocatis nimirum adversus eos furiis, quarum ultionem non est ut effugiant. Sed h. l. valde nobis probatur Heathii emendatio, δημαράτου rescribere jubentis, pro δημοκράτου, cujus vocabuli non modo nullus vel alibi apud nostrum vel apud alios usus, sed ne structura quidem pro ea quæ hic requiritur significatione satis ad analogiam conformata est. Certe præferendum esset δημοκρατοῦς, a δημοκρατής. δημάρατος ἀρὰ *diras* notaret, *quas populus imprecatur*, s. *diras populares*. Nec alia notio vulgato, si modo genuinum fuerit, subesse potest.

469. sq. μένει—θεοί. *Expectat autem cura mea atram nescio quid audire. Non*

Μέριμνα νυκτηρεφές.
Τῶν πολυκτόνων γὰρ
Οὐκ ἄσκοποι θεοί.
Κελαιναὶ δ᾽ οὖν Ἐριννύες χρόνῳ
Τυχηρὸν ὄντ᾽ ἄνευ δίκας πα-
λιντυχῆ τριβᾷ βίου
Τιθεῖσ᾽ ἀμαυρὸν, ἐν δ᾽ ἀΐστοις
Τελέθοντος οὔτις ἀλκά.
Τὸ δ᾽ ὑπερκότως κλύειν εὖ
Βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις
Διόθεν κεραυνός.
Κρίνω δ᾽ ἄφθονον ὄλβον·

enim dii negligere solent multarum cædium auctores. νυκτηρεφὲς perperam intp. *occultum;* rectius, *atram calamitatem;* sæpius enim poëta tenebrarum imagine utitur, ad atrocitatem pœnæ vel fortunæ describendam. οὐκ ἄσκοποι θεοὶ, cf. v. 380. haud impunes eos abire sinunt.

473. sqq. κελαιναὶ—ἀλκά. In his pro παλιντυχῆ reponendum esse παλιντυχεῖ, facile Stanleio assentior. Si παλιντυχῆ legamus, τριβᾷ βίου aliud significare nequit, quam *procedente tempore;* atqui id jam vocabulo χρόνῳ designabatur. Itaque Stanleii emendationem in versione h. l. reddere placet; *Atræ igitur furiæ labente tempore eum qui absque justitia fortunatus fuerit,* qui in magna fortuna justitiam spreverit, *mutata vitæ conditione obscurum reddunt, inter ignotos autem degenti nulla vis est;* h. e. conversa fortuna cum pristino vitæ splendore exuunt, eumque ad infimos homines deturbant, ut nullum magnarum opum, quibus olim clarus fuerat, vestigium relinquatur. Verum hæc descriptio τιθεῖσ᾽ ἀμαυρὸν, ἐν δ᾽ ἀΐστοις, æque bene ad *mortem* atque ad fortunæ eversionem trahi potest, ambiguitate, ut mihi quidem videtur, consulto hic a poëta quæsita.

478. sqq. τὸ δ᾽ ὑπερκότως—κεραυνός. *Grave autem est cum magna* populi *invidia laudari; fulmen enim a Jove* ejusmodi hominum *oculos ferit.* ὑπερκότως significare potest i. q. σὺν κότῳ v. 467. itaque de Heathii sententia, qui mavult ὑπερκόπως, ampliandum censeo. κλύειν εὖ, *bene audire,* h. l. est *prædicari* ob divitias, opes, victorias etc. βάλλεται pro ἐπιβάλλεται.

481. sqq. Κρίνω—κατίδοιμι. *Præfero autem fortunam absque invidia,* h. e. auream mediocritatem diligo, *neque enim urbium expugnator esse cupio, neque* ipse *captus in servitute vitam transigere volo.* ὑπ᾽ ἄλλων elegantius cum τὸν βίον κατίδοιμι quam cum ἁλοὺς, quod Abreschius fieri vult, construitur; etsi utriusque rationis eadem fere est sententia, ἁλοὺς ὑπ᾽ ἄλλων esset *captus ab aliis;* ὑπ᾽ ἄλλων τὸν βίον κατιδεῖν est *sub aliorum dominatione vivere.*

481. Jam redit Chorus unde digressus fuerat, nempe ad publicam lætitiæ causam, eaque an vera sit, denuo dubitare incipit.

Μήτ' εἴην πτολιπόρθης,
Μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς
Ὑπ' ἄλλων βίον κατίδοιμι.
Πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου τὴν πόλιν ἐπῳδός.
Διήκει θοὰ βάξις.
Εἰ δ' ἐτητύμως,
Τίς οἶδεν; ἤτοι δεῖος ἐστὶ, μὴ ψύθος.
Τίς ὧδε παιδνὸς, ἢ φρενῶν κεκομμένος,
Φλογὸς παραγγέλμασι
Νέοις πυρωθέντα καρδίαν
Ἔπειτ' ἀλλαγᾷ λόγου

488. ἤτοι δεῖος ἐστὶ, μὴ ψύθος] Fidenter ita rescripsimus pro vulg. ἤτοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος, quod commodum h. l. sensum non præbet. Stanl. parum feliciter εἴ τοι θεῖον ἔστι, μὴ ψύθος. 492. ἔπειτ' ἀλλαγᾷ λόγου] Ita correxi pro vulg. ἔπειτ' ἀλλαγᾶ λόγους, quod quid esset nemo explicare potuit. Stanl. suspicabatur legendum ἐπί τ' ἀλλαγᾷ λόγους, quo tamen sensu id acceperit non dixit.

485. sq. πυρὸς—βάξις. *Ab illo autem igne latum nuntium significante celeris rumor* lætitiæ *plenus urbem pervadit.*

487. sq. εἰ—ψύθος. *An autem vere, quis scit? Sane verendum est, ne falsum sit negotium.* Vulgatam ἤτοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος, nemo sic explicavit, ut nobis satisfaceret. Si quis eam defendere velit, ei auctor sim, ut sic vertat: *Sane divinum non est mendacium*, h. e. *in deum non cadit mendacium*; deinde hic respici a Choro dicat illa Clytæmnestræ verba: μὴ δολώσαντος θεοῦ v. 283. Multo autem aptius Chori consilio, multo ad orationis perpetuitatem accommodatius est, ita legere, ut edidimus. δεῖος facile in θεῖον mutari potuit.

489. sqq. Τίς ὧδε—καμεῖν; *Quis adeo stolidus, aut mente captus sit, ut recentibus facis* accensæ *signis animo* ad lætitiam *accendatur, deinde autem mutato nuntio doleat?* παιδνὸς, de puerili credulitate, *kindisch, einfältig.* πυρωθῆναι καρδίαν, h. l. *gaudio inflammari*, de vehementiore lætitia subito coorta. Salsius autem fit Chori dictum, ob adjectum φλογός· *Wer wird sich von der Verkündigung einer Fackel gleich das Herz entflammen lassen?*

492. ἀλλαγᾷ λόγου est mutatio rumoris in contrariam partem; sæpe enim fit, ut primus nuntius victoriam, secundus cladem referat. Frustra in vulgata lectione exponenda se torserunt interpretes. Abreschius enim vertit, ἀλλαγᾷ λόγους καμεῖν, *non constare sibi in sermone*; Heathius: *eventu non respondente oratione deficere.* Stanleius emendans ἐπί τ' ἀλλαγᾷ λόγους καμεῖν intp. *orationem ad triumphum meditari.* Quæ omnia nimium a vero verborum significatu recedunt. Itaque correctionem nostram sensu facillimo aptissimoque commendabilem doctis probatum iri speramus.

Καμεῖν; ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ
Πρέπει πρὸ τοῦ φανέντος
Χάριν ξυναινέσαι.
Πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς ὅρος
Ἐπινέμεται ταχύπορος.
Ἀλλὰ ταχύμορον
Γυναικοκήρυκτον ὄλλυται κλέος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. ΧΟΡΟΣ.

Κλ. ΤΑΧ' εἰσόμεσθα λαμπάδων φαεσφόρων

493. sqq. ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ—κλέος. *In mulieris*, ut Clytæmnestræ, *imperio decet, antequam* veritas *apparuerit*, fortunæ *jucunditatem prædicare. Valde persuasibilis muliebris narratio celeri gressu* inter multos *diditur. Sed celeri quoque morte perit gloria muliebri præconio declarata.* πρέπει, dignum est mulierum levitate et credulitate, eique pulcre convenit. χάριν ξυναινέσαι jucundum rei eventum prædicare; ut Clytæmnestra facum accensarum signum de expugnatione Trojæ, qua nihil Græcis optatius fieri poterat, interpretatur. ὁ θῆλυς ὅρος est opinio mulieris de re quadam gesta, quam ea summa cum fiducia verissimam esse decernit, ac definit; in quo iterum carpitur Clytæmnestra. Is ὅρος dicitur πιθανὸς, non *credulus* (ut vulgo intpp.) sed ad *persuadendum accommodatus;* nimirum quia rumores magna cum fiducia et gestiente lætitia, quemadmodum fieri solet a mulieribus, dissipati, multos ad credendum accendunt, etiamsi certis veritatis insignibus careant. Acrior autem fit Chori cavillatio oppositis inter se ταχύπορος et ταχύμορον.

499. κλέος h. l. idem fere est quod antea χάρις, *rumor de læto quodam rerum eventu, de re feliciter et gloriose gesta.*

IN SCENAM V.

v. 500.—513.

Carmen illud, quod Chorum modo canentem audivimus, non coram Clytæmnestra pronuntiatum fuit; minime enim ausi fuissent senes tam audacibus liberisque verbis Clytæmnestræ credulitatem reprehendere: attamen regina cum hic illic altaria per vicos disposita obiret, propius ad Chorum forte per anfractum viæ accesserat, ejusque ultimam orationem, ne animadversa quidem ab eo, audiendo exceperat, quod perspicue e v. 601. sqq. colligitur.

500. sqq. τάχ' εἰσόμεσθα—φίλοι. *Mox sciemus, lampadum luciferarum excubiarum* eis accendendis *et ignium vices an veræ fuerint, an somniorum instar suave hoc lumen, ad nos propagatum, menti nostræ illuserit. Præconem enim istum a littore venire video, ramis olivarum obumbratum;* adeoque finiti belli

Φρυκτωριῶν τε καὶ πυρὸς παραλλαγὰς,
Εἴτ' οὖν ἀληθεῖς, εἴτ', ὀνειράτων δίκην,
Τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσε φρένας.
Κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον
Κλάδοις ἐλαίας· μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
Πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις τάδε·

506, 507. Vulgo post τάδε commate tantum distinguebatur, et legebatur ὡς οὔτ' ἄναυδος—quasi quæ sequuntur per particulam ὡς cum μαρτυρεῖ—κόνις τάδε connecti possent, ac τάδε ad sequentia, non ad præcedentia trahendum esset. At quomodo pulvis dicatur μαρτυρεῖν s. confirmare, nuntiam advenientem illa vel illa dicturum esse? Itaque ὡς h. l. prorsus alienum est; nihilque certius est quam ὃς οὔτ' ἄναυδος legendum, idque pronomen ad κήρυκα referendum esse, verbis μαρτυρεῖ—τάδε inter duo coli signa positis, vel parentheseos nota inclusis.

jam certissimum indicem; *id ipsum vero aridus pulvis limi germanus frater mihi confirmat* (qui scil. pulvis ab agmine præconem haud procul sequente moveri videtur); *atque is quidem præco, neque mutus, nec materiæ sylvestris flammam, incendens, ignis fumo vobis significabit; sed verbis* potius *aut lætitiam magis explicabit nostram contrariam vero huic sententiam aversor*, (nempe cum dictura esset Clytæmnestra, *aut hanc lætitiam tristi aliquo nuntio contaminabit*, hoc mali ominis causa proloqui non vult;) *imo potius opto, ut ea, quæ jam nobis felicia apparuerunt, alio prosperitatis cumulo augeantur.*

τάχ' εἰσόμεσθα. De justa Criticorum reprehensione, quam incurrit Æschylus, cum postridie ejus noctis, qua Troja capta esset, non solum præconem Argos venientem, sed ipsum etiam Agamemnonem cum exercitu redeuntem induxit, opportunior erit in Excursu dicendi locus, quo universam hujus fabulæ adornationem tractabimus.

λαμπάδων φαεσφόρων—πυρός. Unam rem in tres partes distribuendo designat; totum enim signi dandi negotium conficiebatur primum excubiis ad observandas faces positis, deinde acervis lignorum aut sarmentorum, quibus ignes excitarentur; denique facibus, quæ ipsis his acervis, ut ignem conciperent, admovebantur. Nihil igitur in imagine supervacuum est.

501. παραλλαγὰς notat ipsas signorum ignibus datorum vicet et successionem, supra luculenter descriptam.

503. ἐφήλωσε. Hesych. Ἐφήλωσε, ἐξηπάτησεν. Φηλωθεὶς, ἀπατηθείς. Φηλωθεῖσα, ἀπατηθεῖσα.

504. sq. κατάσκιον κλάδοις ἐλαίας. "Simili modo in Suppl. v. 359. ὁρῶ κλάδοισι κατάσκιον ὅμιλον, ubi vid. Schol. et Küster ad Aristoph. Plut. v. 765." *Abresch.*

505. Pulverem Æschylus sublimi metaphora limi s. luti fratrem appellat, quæ tamen haud scio an audacior sit, quam pro trajici colloquii pede ac modulo. Sic supra fumus ignis frater vocabatur, Sept. adv. Theb. v. 495. Neque tamen veritas imagini deest. Una enim eademque ex terra, madore lutum, calore pulvis gignitur. Præterea ut bene continuaret metaphoram *sitientem* potius *pulverem*, quam *aridum* dixit.

506. ξύνουρος proprie *vicinus* h. l. est *propinquus, conjunctus, germanus.*

Ὅς οὔτ' ἄναυδος, οὔτε σοι δαίων φλόγα
Ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρός·
Ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων, ...
Τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον.
Εὖ γὰρ πρὸς εὖ φανεῖσι προσθήκη πέλοι.
Χο. Ὅστις τάδ' ἄλλως τῇδ' ἐπεύχεται πόλει,
Αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.

ΧΟΡΟΣ. ΚΗΡΥΞ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Κή. ΙΩ πατρῷον οὖδας Ἀργείας χθονός.

διψία—κόνις. Eadem phrasi usus est Sophocl. Antig. 252. 439. Hesych. *Διψία κόνις, ξηρά.*

507. *οὔτ' ἄναυδος.* Fortasse hæc dicens pulverem, adventantis exercitus signum, respexit, cujus modo mentionem fecerat. Alibi enim, Sept. adv. Theb. v. 82. pulverem ab agmine excitatum *ἄναυδον ἄγγελον* nominat. Præconem igitur ait haud mutum, sed vocalem nuntium fore.

οὔτε σοι—πυρός. In his alterum illud *φρυκτωρίας* signum tangitur, quod parum certum et idoneum Choro visum fuerat.

509. Frustra Abreschius hic exempla cumulat, ut efficiat *ἀλλ' ἢ* h. l. pro simplici *ἀλλὰ* poni potuisse. Imo post *λέγω* aposiopesis est, et alterum *ἢ*, quod cum sententia sua *τῷ ἀλλ' ἢ* opponi debebat, una cum ea supprimitur.

μᾶλλον ἐκβάζειν est rem universe jam notam singulas partes exponendo copiosius eloqui. Itaque *τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων* est: *causas gaudii nostri dicendo uberius exponet, singulaque persequendo lætitiam exaugebit.*

510. *τὸν ἀντίον.* Nempe non verebatur regina, ne aut omnino Troja capta non esset, aut Græci ad internecionem cæsi essent, sed potius ne de gaudio ob Trojæ expugnationem et Græcorum reditum sibi quid deminueretur. Intelligi igitur vult Agamemnonis aut Menelai mortem, vel simile quid.

ἀποστέργω—λόγον. " Mira veterum in parcendo a verbis male ominatis superstitio. Terentius (Heaut. 2. 1. 16.): *tum quod eidem recte est, nam nihil esse mihi, religio est dicere.* Cicero epist. l. 12. *Multum interest te venire, exigua est enim spes reipublicæ; nam nullam non licet dicere.—*" *Stanl.*

513. *καρποῖτο.* " H. l. in malam partem; ut Sept. adv. Theb. v. 603. *ἐκκαρπίζεσθαι.* *Stanl.*

αὐτὸς h. l. videtur reddi posse *solus*; ut sensus sit: *Quicunque aliena ab his urbi precatur, is solus animi sui malitia fruatur, solus ejus damna et pœnas sentiat,* neque ea cum pluribus et innocentibus communicentur

IN SCENAM VI.

v. 514—625.

514. sqq. *ἰὼ—χαῖρε.* " Peregre redeuntes terram salutabant. Agamemnon apud Senecam:

Tandem revertor sospes ad patrios
lares:

Δεκάτῳ σε φέγγει τῷδ' ἀφικόμην ἔτους,
Πολλῶν ῥαγεισῶν ἐλπίδων, μιᾶς τυχών.
Οὐ γάρ ποτ' ηὔχουν τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ
Θανὼν μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.
Νῦν χαῖρε μὲν χθὼν, χαῖρε δ' ἡλίου φάος,
Ὕπατός τε χώρας Ζεὺς, ὁ Πύθιός τ' ἄναξ,
Τόξοις ἰάπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη.
Ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἦλθες ἀνάρσιος·
Νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι κἀπαγώνιος,
Ἄναξ Ἄπολλον. Τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς

515. δεκάτῳ] Stanleius et Fourmontius (hist. de l'Acad. des Inscr. tom. iii. p. 81.) malunt δεκάτου. Sed nihil mutandum; nam e vulgata idem sensus oritur. 523. κἀπαγώνιος] i. e. καὶ ἐπαγώνιος. Scholiastes interpretatur ἀπόμαχος, adeoque vel καὶ ἀπαγώνιος intellexit, vel aliam quandam lectionem in codice suo invenit.

O cara salve terra.
Plautus Bacchid. ii. 1.

Herilis patria salve, quam ego biennio
Post, quam hinc Ephesum abii, conspicio lubens.
Saluto te vicine Apollo, qui ædibus
Propinquus nostris accolis, veneroque te!

Hunc vero locum imitatur Seneca, sub Eurybatis persona:

Delubra et aras cœlitum, et patrios lares
Post longa fessus spatia, vix credens mihi,
Supplex adoro.—" *Stanl.*

515. δεκάτῳ φέγγει τῷδ' ἔτους est *hocce anno, qui decimus exortus est, s. decimus volvitur,* inde a quo profecti sumus.

516. πολλῶν—τυχών. *Qui, cum tot aliæ spes fractæ fuerint, unius tandem compos factum sim.*

517. sq. οὐ γὰρ—μέρος. *Non etiam unquam audebam sperare fore, ut in Argiva terra mortuus aliquando exoptatissimi sepulcri partem nanciscerer.*

519. Sequitur splendida salutatio, animumque suaviter afficiens.

522. ἦλθες ἀνάρσιος. "H. e. *fuisti* immitis; ut recte interpres, ἔρχεσθαι posito pro εἶναι, ut ἥκειν Soph. Œd. Tyr. v. 1535. θεοῖς ἔχθιστος ἥκω. Œd. Col. 1240. ἔχθιστον φθέγμα τοῦτ' ἥκει πατρί.—" *Abresch.*

523. κἀπαγώνιος. "Apollinem inter θεοὺς ἀγωνίους (ἐπαγωνίους, s. ἐναγωνίους) recenset etiam in Supplicibus v. 695. Meminit et Eustathius ad illud Homeri,

Ἄνδρε δύο περὶ τῶνδε κελεύομεν ὥσπερ ἄριστον
Πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν, ᾧδέ κ' Ἀπόλλων
Δώῃ καμμονίην· γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί.

Ad illum igitur locum Eustathius, Ἀπόλλωνος δ' ἐνταῦθα, inquit, μέμνηται ὁ ποιητὴς, διὰ τὸ δοκεῖν ἐναγώνιον εἶναι καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῷ Ἑρμῇ. Videsis etiam

Πάντας προσαυδῶ, τόν τ' ἐμὸν τιμάορον,
Ἑρμῆν, φίλον κήρυκα, κηρύκων σέβας,
Ἥρως τε τοὺς πέμψαντας, εὐμενεῖς πάλιν
Στρατὸν δέχεσθαι τὸν λελειμμένον δορός.
Ἰὼ μέλαθρα βασιλέων, φίλαι στέγαι,
Σεμνοί τε θᾶκοι, δαίμονές τ' ἀντήλιοι,
Εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοῖσιδ' ὄμμασι
Δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.

525, 526. Pauwius ita distinguendum putat τόν τ' ἐμὸν τιμάορον, Ἑρμῆν φίλον, κήρυκα κηρύκων σέβας. Verum hæc verborum junctura affectatam habet concinnitatem, Æschylo parum dignam. 531. εἴ που] Recte sic emendandum censuit Stanl. pro vulg. ἤπου. Nam εἴ που πάλαι est *si unquam alias* scil. ἐδέξασθε. 532. κόσμῳ] Perperam Pauwius corrigit νόστῳ, q. d. *accipite in reditu regem.*

Plutarchum Sympos. viii. Qu. 4. ubi eundem Homeri locum adducit; narratque Apollini Pugili a Delphis, Cursori a Cretensibus et Lacedæmoniis, sacra fieri." *Stanl.* Itaque h. l. ἐπαγώνιος est *defensor in certaminibus.*

525. τιμάορον. τιμάορος hoc loco non *ultor* nec *vindex* est, ut perperam putabat Stanleius. Non enim, si ita esset, Mercurium ἐμὸν τιμάορον appellasset præco, quippe nullis ipse, quod sciamus, injuriis affectus. Scholiastes et Hesych. non male per βοηθὸν interpretantur. Proprie autem significat eum, *qui honore aliquem afficit, honoris ac dignitatis auctorem*, adeoque apte hoc nomine Mercurium compellat præco, ut qui ipse deorum præco esset, et præcones patrocinio suo ornaret. Sic Pind. Olymp. ix. v. 124. τιμάορος est *laudis auctor, laudator.*" *Heath.*

526. Ἑρμῆν. "Mercurium ἐναγώνιον intelligit, quem æque ac Apollinem certaminibus præesse docuit Eustathius modo laudatus. Ejusdem alibi etiam mentionem fecisse Æschylum, monet Scholiastes Pindari, ad Pyth. ii. . . ἐναγώνιος δὲ ὁ Ἑρμῆς, inquit, τὶς τῶν ἀγώνων προστάτης· ὡς καὶ Αἰσχύλος.

Ἐναγώνιε Μαίας καὶ Διὸς Ἑρμᾶ.

Meminit et idem Pind. Isthm. od. i.

ϖάντα δ' ἐξειπεῖν ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμῆς
Ἡροδότῳ ἔπορεν.

Scholiastes Aristophanis in Plutum, Mercurii epitheta recensens, λέγεται δὲ ὁ Ἑρμῆς στροφαῖος, ἐμπολαῖος, κερδῷος, ἡγεμόνιος, ἐναγώνιος, διάκονος. Hinc Tertull. de spectac. c. 9. *Sed et gymnicas artes Castorum et Herculum et Mercuriorum disciplina prodiderunt.*" *Stanl.*

κηρύκων σέβας. In cujus clientela præcones sunt, quem tutorem et patronum suum venerantur.

529. φίλαι στέγαι vel appositum præcedenti μέλαθρα βασιλέων, vel ad ædes privatorum spectat. Prius tamen prætulerim.

530. σεμνοὶ θᾶκοι sunt *templa deorum.* δαίμονες ἀντήλιοι vero ea numina, quorum statuæ aræque sub dio positæ erant.

531. sq. εἴ που—χρόνῳ. *Si umquam alias, nunc jam benevolis oculis, ut decet, excipite regem longo post tempore venientem.*

532. κόσμῳ. Ut postea v. 535. καὶ γὰρ οὖν ϖρέπει. "Sic noster Pers. v. 399. ἡγεῖτο κόσμῳ, et Pynd. Pyth. Od. iii. 147. od. δύναται κόσμῳ φέρειν.

Ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων
Καὶ τοῖσδ᾽ ἅπασι κοινὸν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
Ἀλλ᾽ εὖ νιν ἀσπάσασθε, (καὶ γὰρ οὖν πρέπει,)
Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου
Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον.
Βωμοὶ δ᾽ ἄϊστοι καὶ θεῶν ἱδρύματα,
Καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός.
Τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον
Ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς εὐδαίμων ἀνὴρ
Ἥκει, τίεσθαι δ᾽ ἀξιώτατος βροτῶν
Τῶν νῦν· Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις
Ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον.
Ὄφλων γὰρ ἁρπαγῆς τε καὶ κλοπῆς δίκην
Τοῦ ῥυσίου θ᾽ ἥμαρτε, καὶ πανώλεθρον
Αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον.

Hesych. Κατὰ κόσμον, κατὰ τάξιν." *Abresch.*

533. φῶς ἐν εὐφρόνῃ. Pulcre; deos hominesque absentia regis contristaverat; deos hominesque reditus exhilaraturus erat.

537. Διὸς—πέδον. *Qui Trojam Jovis vindicis ligone subruit, quo totus ager eversus est*; magnifica allegoria, pro *Trojam funditus evertit.*

538. θεῶν ἱδρύματα, templa, ut paulo ante σεμνοὶ θᾶκοι.

543. Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις. "Hoc est, ut recte monet Scholiastes: οὔτε Πάρις, οὔτε πόλις.
Sic et Pind. Pyth. vi.
ἄδικον οὔθ᾽ ὑ-
πέροπλον ἥβαν δρέπων." *Stanl.*

συντελής. "Proprie συντελὴς *qui juxta cum aliis tributum pendit*, vid. Harpocrat. ad eum Vales. et Suid.; deinde in genere *qui eandem operam præstat*, unde recte in Aristid. Panath. p. 245. τότε μὲν ἡμέρᾳ μιᾷ τῆς μάχης ὑστέρησαν Λακεδαιμόνιοι· ἐκείνῃ δὲ ἡμέρᾳ αὐτῆς ὑστέρησαν τῆς τροπῆς οἱ συντελεῖς; ubi Canterus vertit *socii*, et Schol. interpr. συμπολεμοῦντες. Idem tom. iii. p. 580. πηγὰς Νείλου συντελεῖς dicit, qui aquam ministrant fontes. Hinc συντέλεια χρημάτων eidem tom. i. p. 469. est *collatio.* Sed et pro *consortio* adhibuit noster Sept. adv. Theb. v. 253.—" *Abresch.*

544. ἐξεύχεται—πλέον. Neque vero Paris, nec socia ejus urbs *gloriari possit, se plura perpetrasse, quam passi sint,* aut pœnas facinoribus haud æquari.

545. sqq. ὄφλων—δόμον. *Cum enim et raptus* (Helenæ) *et furti* (ablatarum opum) *crimen sustineret, et præda excidit et patriam paternamque domum funditus evertit.*

546. ῥύσιου h. l. nec redemtionis pretium, nec pignus proprie dictum, sed prædam significat, intelligiturque Helena, quam una cum magna opum vi Paris abegerat. cf. lex. Æschyl. h. v.

548. διπλᾶ—θἀμάρτια. *Duplicem delictorum pœnam luerunt Priamidæ,* i. q. διπλῇ ἔτισαν

Διπλᾶ δ' ἔτισαν Πριαμίδαι θἀμάρτια.
Χο. Κῆρυξ Ἀχαιῶν χαῖρε τῶν ἀπὸ στρατοῦ.
Κή. Χαίρω· τεθνᾶναι δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς.
Χο. Ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνασεν;
Κή. Ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο.
Χο. Τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου;
Κή. Πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου;

549. Optime de hujus et qui sequuntur versiculorum interpretatione meritus est Heathius, quod primus observavit v. 549. 551. 553. 555. 557. 559. 561. qui adhuc in edd. Clytæmnestræ tribuebantur, Choro adsignandos esse.

549—561. "Quæcunque ex his in vulgatis Clytæmnestræ tribuuntur, Choro procul dubio tribui debent. Nam et sermones ipsi Clytæmnestræ dignitati minime conveniunt; et respondet vicissimque interrogat præco familiarius, quam, si cum regina colloqueretur, deceret. Præterea neque versum 559. ipsa Clytæmnestra dicere poterat, nec quisquam eam allocutus, ea quæ v. 560. continentur. Ex versu denique 591. manifeste apparet, Præconem hactenus Chorum, non Clytæmnestram fuisse allocutum. Plurali enim numero, genere masculo dicit τοιαῦτα χρὴ κλύοντας. Idem quoque patet e Chori responso v. 594. νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι, hoc enim et falso et ridicule a Choro diceretur, si nullos ante cum Præcone sermones instituisset." Hactenus Heathius: optime ille quidem et verissime. Tametsi enim ultimo ejus argumento parum roboris inest, reliqua tamen firmissima sunt, et aliis augeri potuissent; e. c. initium orationis Clytæmnestræ v. 598. ejusmodi est, ut ordienti sermonem, non continuanti, simile sit. Dici autem non potest, quam ineptas horum versiculorum interpretationes pepererit hujus unius rei, permutatarum a librariis personarum, ignoratio. Quas equidem omnes, cum meliora jam pateant, silentio præteribo.

549. Propius cum accessisset præco, Clytæmnestra aliquantulum secesserat; priusquam ipsa se colloquio immisceret, ea quæ ille cum Choro locuturus esset, auditura. Itaque Chorus primum præconem salutans, *Salve*, inquit, *præco græci exercitus!*

550. Præco: *Salveo; nec jam mori, si dii jubeant, detrecto.*

551. Chorus: *Num te patriæ telluris amor ac desiderium exercuit?* i. e. male habuit, afflixit?

552. Præco: *Ita* me exercuit, *ut nunc jam* ob reditum *gaudio illacrymem.*

553. Chorus: *itaque et vos,* tu reliquusque exercitus, *jucundi hujus morbi participes fuistis?* Ita enim cum interrogatione efferenda est hæc sententia, non quomodo Heathius intp. *jucundum certe nacti hunc eratis morbum.* Desiderium amicorum Chorus intelligit, cujus sensus partim gratus, partim molestus est, ut aptissime jucundus morbus dici possit.

554. Præco: *Quomodo jam edoctus hujus dicti compos fiam?* Paulo exquisitius dictum, pro vulgari. *Non satis intelligo, quid dicas.* Sed fortasse melius fuerit hunc versum ita interpungere:

Πῶς δή; — διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου.

Χο. Τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένος.
Κή. Ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις.
Χο. Ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν.
Κή. Πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν θυμῷ στύγος;

557. φρενός μ' ἀναστένειν] In superioribus edd. est φρενὸς ἀναστένειν, laborante metro, cui ut succurrerem inserui μ', quod sententiæ quoque perspicuitatem juvat. Nam quod Heathius inserebat γ', minus commodum est. 558. θυμῷ στύγος;] Sic edere nullus dubitavi, pro vulg. στύγος στρατῷ, quod sensum prorsus corrumpit. στρατῷ fortasse sic ortum: volebat aliquis explicare, ad quem pertineret στύγος, idque quia perperam pro *odio* acceperat, cum h. l. nihil aliud quam *ægritudinem* s. *mærorem* notet, adjecerat στρατοῦ, e quo deinde στραστῷ factum, postquam θυμῷ vel exciderat, vel glossemati in textum recepto, ne versus uno pede abundaret, locum fecerat. Pauwius, cum vitium hujus loci bene sentiret, malam tamen ei medicinam invenit, legendum putans: Πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν στυγόστρατον; *unde anxium illud inerat militiam fugiens?*

h. e. *Quomodo tandem?* tum enim demum assequar dictum tuum, *cum abs te doctus fuero*, cum latius mentem tuam explicueris.

555. Chorus: *Nempe desiderio vos redamantium* et vicissim vos desiderantium icti eratis. Hæc arctissime, ut fit in sermonibus alternis, cum v. 553. cohærent, eique explicando inserviunt. Heathius veram hujus sententiæ vim nonnihil pervertit, sit vertendo: *Intellexeris nimirum, si eorum desiderio captus fueris, qui te vicissim desiderabant.* Imo Chorus neganti præconi, se, qualis iste *jucundus morbus* sit, intelligere, respondet se desiderium innuisse, quo tamen milites non magis, quam ipsi qui domi manserint, affectos fuisse ait.

556. Præco: *Ais igitur te exercitum patriam hanc desiderantem* vicissim *desiderasse.*

557. Chorus: Aio, et hunc quidem in modum, *ut sæpenumero mæstis ex præcordiis suspirarem.* Stanl. ἀμαυρᾶς ἐκ φρενὸς intp. *tacite*; præstat autem h. l. de tristitia in pectore fixa accipere, quam sæpius cum caligine et obscuritate comparat Æschylus. Bene autem Heathius admonuit, Chorum h. l. Clytæmnestræ cum Ægistho adulterium tangere; tectis autem et involutis verbis uti necessarium erat ob Clytæmnestræ præsentiam.

558. πόθεν—στύγος; Stanleius vulgatum στρατῷ in στρατοῦ mutandum censens interpretatur: *unde malevolum hoc inerat tibi odium exercitus? Quamnam tibi mæroris causam dederat exercitus?* At enim hæc sententia prorsus discrepat a loquentium consilio. Chorus enim tantum abest ut se odisse exercitum dixerit, ut potius diserte se ejus desiderio flagrasse declaraverit. Quomodo igitur in mentem venisset præconi ea quærere, quæ Chori dictis prorsus contraria essent? Haud melior est Pauwii ratio, etsi ei Heathius calculum adjecit. Emendari enim vult: πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν στυγόστρατον; quod sic vertitur: *unde anxia illa militiæ detestatio vobis supervenit?* At quo tandem pacto Chorus, nisi forte vigilans somniaret, hanc in quæstionem incidere potuisset? Ab antecedentibus enim Chori verbis alienissima est. Imo vero per se quoque absurda et infiecta. Cur enim militiam odisset Chorus, qui senibus constaret, dudum propter ætatem militia vacantibus?

Χο. Πάλαι τὸ σιγᾷν φάρμακον βλάβης ἔχω.
Κή. Καὶ πῶς ἀπόντων κοιράνων ἔτρεις τινάς;
Χο. Ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις.
Κή. Εὖ γὰρ πέπρακται ταῦτα. Πολλῷ δ' ἐν χρόνῳ

560. καὶ πῶς ἀπόντων—] Stanl. malebat hunc in modum distinguere: καὶ πῶς; ἀπόντων—τίνας; quod tamen necessarium non videtur. κοιράνων] Sic pro vulg. τυράννων metri causa, Cantero auctore, rescripsimus. 561. ὡς νῦν] Hanc lectionem Stanleii ingenio repertam, induximus in locum vulgatæ ὧν νῦν, quæ sensum commodum non admittit. 562. εὖ γὰρ πέπρακται] Haud assentior Stanleio corrigenti εὖ δ' ἄρ' πέπρακται. Nam illud γὰρ omissa, ut fit, præcedentis dicti comprobatione, causam comprobandi jam afferri significat, q. d. *non mirum est, te jam emori cupere. Bene enim ista cesserunt.* ταῦτα. Πολλῷ δ' ἐν χρόνῳ] Mihi quidem sic potius videtur Æschylus scripsisse, quam ut vulg. Εὖ γὰρ πέπρακται. Ταῦτα δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ τὰ μὲν—. Abreschium vero, ipsum quidem hujus loci difficultate offensum, bene tamen eam expediisse nemo dixerit. Scilicet ei in mentem venit ita versiculos hosce refingere:

εὖ γὰρ πέπρακται. θαῦμα δ';
ἐν πολλῷ χρόνῳ
τὰ μέν τις εὖ λέξειεν.—

q. d. *Tu quidem mori optas, cum præclarum eventum res sint sortitæ. Quod autem secus nonnulla ceciderint, et multa nos mala pertulerimus, idne mirum cuipiam accidere et videri debet?*

Quæ cum ita sint, correximus πόθεν ἐπῆν θυμῷ στύγος; e quo sententia nascitur ad h. l. accommodatissima. *Unde autem animum tuum obsedit ista* quam significas *ægritudo et mœstitia? Quænam ejus quæso causa fuit?* στύγος h. l. de mœrore, cf. lex. Æschyl. h. v.

559. Chorus veram ægritudinis causam Clytæmnestra præsente prodere non ausus, *dudum est*, inquit, *quod calamitatis remedium unicum in silentio reperio; dudum equidem malorum*, ob quæ me sæpius suspirasse fassus sum, aliud *lenimentum non habeo, quam silentium;* eoque nunc quoque utendum est. Callida est ἀμφιβολία in βλάβης, Clytæmnestra enim de quovis *damno*, præco de *injuria* ab aliis accepta intelligere poterat. Id quoque consilio aptissimum, quod non significat, ad quem illa βλάβη proxime pertineat. Sic enim spectatori æque de Clytæmnestræ adulterio, atque hujus Ægisthique acerbo in cives imperio accipere licebat.

560. Præco: *Et quomodo absente rege alios quosdam timebas?* Qui fieri potuit, ut absente rege alii tibi nocerent, teque in metum conjicerent? Stanleii interpunctionem si sequaris, sensus erit: *Ain' tu? Num absente rege fuerunt, quos timeres,* qui te terrerent aut vexarent? κοιράνων pluralis pro singulari.

561. Chorus: *Adeo* scil. quidam mihi molesti fuerunt, *ut, quod tu modo dicebas, mihi jam mors gratissima sit futura,* quod me ista servitute liberatum videam.

562. Præco: Haud mirum te jam emori cupere. *Bene enim ista cesserunt.* Feliciter enim res gessimus. *At magno temporis spatio quædam hominibus prospere cedere dixeris, quædam vero etiam culpan-*

Τὰ μέν τις ἂν λέξειεν εὐπετῶς ἔχειν,
Τὰ δ' αὖτε κἀπίμομφα. Τίς δὲ πλὴν θεῶν
Ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον;
Μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσαυλίας,
Σπαρνὰς παρήξεις καὶ κακοστρώτους, τί δ' οὐ

563. ἂν λέξειεν] Vulg. εὖ λέξειεν. Sed illud εὖ propter sequens εὐπετῶς ἔχειν male languet; et particula ἂν hic vix abesse potest. Corruptelæ causa fuit quod ἂν primum in αὖ, deinde hoc ab alio, cui e versu præcedente εὖ obversabatur, in εὖ mutatum est. Atque sic olim emendavi, antequam idem Stanleio placere vidissem. Heathius tamen malebat: τὰ μέν τις εὖ λέξει' ἂν εὐπετῶς ἔχειν. 567. ϖα-

da, i. e. adversa et iniqua. Sic Eurip. v. 1101. τὰ μὲν γὰρ εὖ, τὰ δ' οὐ καλῶς ϖίπτοντα δέρκομαι τῶν βροτῶν.

566. sqq. μόχθους—μέρος. "De molestiis hæc intelligenda, et incommodis, quæ in navibus perpessi fuerant, tantum non evincunt illa, quæ opponuntur, τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προσῆν ϖλέον στύγος. Sic χέρσος et θάλασσα ad se mutuo referuntur in Pers. v. 709. Adv. v. 874. Suppl. v. 186. Ita ϖαρήξεις dixerit, quæ aliis ϖάροδοι, i. e. loca in navibus navigantium inservientia commoditati, s. mansiones, ubi degebant. vid. Scheffer in add. ad Mil. Nav. p. 320. sq. Aliter certe non intellexit Schol. illustrans per παραδρομὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῶν νεῶν. Favet isti interpretationi insuper Thucydides, quo teste lib. i. c. 10. navigia tunc non erant κατάφρακτα, quin diu adhuc post tempora Trojana; vid. cap. 14. Atque ita si quis volet hæc exponere, per me licet; ipse tamen non hoc solum intelligi, sed vel præcipue respici existimem ad incommoda, quæ pertulere in Aulide adversis ventis retenti, de quibus multum queruntur non apud Euripidem modo, sed et nostrum supra v.196. sqq. Hoc ut dicat, quam diu in Aulide detenti fuerint, raro sibi licuisse sub tectis commorari et diversari, cubationes fuisse male stratas. Et vel sic ϖάρηξις erit ϖάροδος, ϖαρέλυσις, nam quod ϖάροδος in navi, idem *ædes* in terra, quodque παριέναι et παρέρχεσθαι latissime sumta, idem ϖαρήκειν.—" *Abresch.*

Ego vero de Aulide nihil hic agi, sed μόχθους de *remigandi labore*, δυσαυλίας de littorum importunitatibus, quæ sæpe nautis multas molestias facessunt, multa pericula minantur, σπαρνὰς ϖαρήξεις καὶ κακοστρώτους de rara ad terram appellendi conditione, cubilibusque, sin ibi forte portum invenissent, male stratis interpretor. *Etenim*, inquit, *si narrare vellem labores* a nobis exantlatos, *importunitates locorum* navigantibus graves, *raras ad terram appellendi occasiones*, *atque* in ipsis portubus *cubilia male strata*—Hic est aposiopesis; reticetur enim apodosis, et statim ad aliam exclamationem transitus fit. Quod reliquum est, utrum ϖάρηξις de appellendi negotio, an de loco quo appellitur, h. e. de portu aut littore intelligas, parum interest; nisi quod audacior est adjectivi κακόστρωτος junctura, si priori notione accipias.

567. sq. τί—μέρος; *Quotus quisque dies, quem vivendo attigimus, absque suspiriis a nobis transactus fuit?* Germani dicerent: *Keinen Tag, den Gott liess werden, brachten wir ohne Seufzer hin.* ἤματος μέρος non est pars aut hora diei, sed *dies qui quasi sortito alicui obtigit, qui ei fato ad vivendum concessus est.*

Στένοντες, οὖ λαχόντες, ἤματος μέρος;
Τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προσῆν, πλέον στύγος·
Εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν.
Ἐξ οὐρανοῦ δὲ κἀπὸ γῆς λειμωνίας
Δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
Ἐσθημάτων, τιθέντες ἔνθηρον τρίχα.

ρήξεις] Male Pauwius corrigit παρεξῆς, accipiens de δυσαυλίαις in navibus angustis *continua serie*, et male stratis, quod sane nemini probabitur. Cl. le Grand in specimine observationum, "παρέξεις legendum esse, inquit, prorsus persuadent mihi verba sequentis versiculi οὐ λεχόντες ἤματος μέρος." Quod quid sit, fateor me non intelligere. An παρέξεις esse voluit *præbitiones*, et οὐ λαχόντες ἤματος μέρος de demenso diurno accepit, quod sæpe in penuria victus præbitum non fuerit? Quod si sibi persuasisset, prorsus a sensu verborum aberrasset vir doctissimus. 568. οὖ λαχόντες] Ante nos edebatur οὐ λαχόντες, quod quia sensu cassum erat, Stanl. divinabat οὐ κλαιόντες, vel simile quid legendum esse. Pauwius corr. οὐ χαμόντες. Heathius οὐ λακόντες, de strepitu in navigiis id accipiens. Neutrum placet. Verum λαχόντες genuinum est, et pro οὐ tantum emendandum erat οὖ. Nimirum hæc participia στένοντες et λαχόντες h. e. verborum rectorum instar posita sunt, q. d. τί δ' οὐ ἐστένομεν, οὖ ἐλάχομεν, ἤματος μέρος. 571. ἐξ οὐρανοῦ δὲ] Vulg. ἐξ οὐρανῦ γὰρ—Sed particulæ γὰρ nullus hic locus est. Itaque recte substituendum censuit Heathius δέ. λειμωνίας] Sic rescripsi pro vulg. λειμωνίαι. 573. ἔνθηρον] Stanl. malebat ἀνθηρὰν, q. d. pruinis canescebat nostra vestis. Verum ἔνθηρον

569. τὰ δ' αὖτε χέρσῳ—στύγος. *Vicissim quæ in terra nos circumveniebant, odiosiora etiam et molestiora erant.*

570. εὐναὶ—τείχεσιν. Primum *enim cubilia sub hostibus mœnibus erant*; parum igitur secura.

571. sq. ἐξ οὐρανοῦ—κατεψέκαζον. *Deinde de cœlo pluviæ, e terra autem pratensi rores nos irrigabant*; δρόσοι h. l. simul ad pluviam et rores pertinet. Sed repugnabat vulgata lectio δρόσοι λειμωνίαι, *rores pratenses*; quomodo enim rores pratenses e cœlo stillasse dicerentur? Itaque corrigendum putavi λειμωνίας, terram enim pratensem inprimis roscidam esse nemo ignorat.

572. sq. ἔμπεδον σίνος—τρίχα. "Vix cuiquam, ut opinor, placebit Pauwii una hujus loci explicatio: Δρόσοι τιθέντες ἔμπεδον σίνος κατὰ ἔνθηρον τρίχα ἐσθημάτων, *rores certam perniciem inferentes vestibus hispidis et crassis instar vellerum ferinorum.* Ego distinguendum puto post ἐσθημάτων, ut sensus sit, *rores nos irrorabant, certa vestium pernicies, capillos nostros villis ferinis similes reddentes.* Hoc quidem ipsum, tamquam unum e præcipuis militiæ incommodis detestatur Ajacis miles apud Sophocl. Ajac. v. 1126—1128.

Ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις
τεγγόμενος κόμας λυγρὰς
μνήματα Τροίας.—" *Heath.*

Malim tamen ἔμπεδον σίνος reddere *perpetua pernicies*, s. *violenta.*

573. τιθέντες ἔνθηρον τρίχα. "Hic primo notes δρόσοι τιθέντες attice pro τιθεῖσαι, ut δίκη φανερὸς pro φανερὰ in Eurip. Bacch. v. 990. βίαιος χεὶρ in Heracl. v. 103. 107. πολιὸς χήρα Androm. v. 348. et similia passim. Ἔνθηρον τρίχα dixit venuste, quæ non se-

Χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον,
Οἷον παρεῖχ' ἄφερτον Ἰδαία χιὼν,
Ἢ θάλπος, εὖτε πόντος ἐν μεσημβριναῖς
Κοίταις ἀκύμων νηνέμοις εὕδοι πεσὼν, ...
Τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ; παροίχεται πόνος·
Παροίχεται δὲ, τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν,
Τὸ μήποτ' αὖθις μηδ' ἀναστῆναι μέλειν.
Τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν,
Τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου;
Καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ.
Ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν Ἀργείων στρατοῦ

bene de capillo propter madorem incomto, et feritatis speciem induente, dicitur. 579. sqq. Pauwius existimabat post τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν verba haud satis apte connecti ideoque v. 581, 582. ita refingendos opinabatur:

τί τοὺς δ' ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν
τὸν ζῶντά τ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου.

Sed falso sibi persuaserat, particulam μὲν v. 579. non sequi in textu vulgato δὲ, quod illi respondeat. Nam τοῖσι μὲν τεθνηκόσι v. 579. referendum est ad ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν v. 584. 582. παλιγκότου] Male corrigit Heathius παλιγκόπου, quod ille int. *fortuna in melius immutata.*

cus ac ferarum pili sub dio et rore degentium madida, feritatem præ se ferat. Itaque perperam Stanl. conjicit ἀνθηρὰν. Quod si hic loci quippiam foret innovandum, probabiliori, opinor, conjectura legerem ἔκθηρον, i. e. *efferam.* Liv. ii. c. 23. *Promissa barba et capilli efferaverant speciem oris.* Neque aliter ἐκθηριοῦν in Longi lib. i. p. 14. —" *Abresch.*

574. sqq. χειμῶνα—πεσών. *Jam si quas hiemem aves necantem dicere velit, qualem intolerabilem Idæ nives dederunt, aut solstitialem æstum, cum pontus fluctuum expers in meridianis cubilibus, a vento tranquillis, dormiret*: poëtica pictura æstivi circa meridiem caloris. Post πεσὼν fit aposiopesis.

578. sqq. *Verum quid ista lugeamus: præteriit labor, primum iis quidem, qui mortui sunt, ut ne si detur quidem resurgere velint.* Nempe se tot ærumnis aliquando defunctos esse lætantur, quas in vitam redeundo nolunt repetere. Eandem ob causam Cato major negat se repuerascere velle. *Si quis,* enim apud Cicer. (de Senect. c. ult.) *largiatur,* inquit, *ut ex hac ætate repuerascam, et in cunis vagiam, valde recusem.*

581. sqq. τί—καταξιῶ. *Quid tandem viventem,* eum qui superstes fuerit, *mortuorum* in bello *numerum inire et ob fortunæ iras dolere oportet? Imo vero æquum puto multum super his quæ acciderunt lætari.* ξυμφοραῖς potissimum ad mortuos referendum; q. d. non invidere iis liberationem a malis decet, sed bonis ominibus potius mortem eorum prosequi. Ultima verba male lat. intp.: *Imo calamitatibus valedicendum censeo.*

584. ἡμῖν δέ. Opponitur verbis τοῖσι μὲν τεθνηκόσι. v. 579. *Nobis vero qui ex*

Νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δ' οὐκ ἀντιῤῥέπει·
Ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίου φάει
Ὑπὲρ θαλάσσης, καὶ χθονὸς ποτωμένοις.
Τροίαν ἑλόντες δήποτ' Ἀργείων στόλος
Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
Δόμοις ἐπασσάλευσαν, ἀρχαῖον γάνος.
Τοιαῦτα χρὴ κλύοντας εὐλογεῖν πόλιν
Καὶ τοὺς στρατηγούς· καὶ χάρις τιμήσεται

587. *ποτωμένοις*] Male hunc dativum sugillat Stanl. *ποτωμένους* præferens; nam post *εἰκὸς* supplendum aut potius e v. 584. repetendum est *ἡμῖν*, quocum construendum est *ποτωμένοις*. Aliam autem ob causam Heathius *ποτωμένοις* in *ποτωμένῳ* mutandum, et cum *φάει* construendum esse opinabatur. Nempe ei non liquebat, quomodo *ποτωμένοις* Græcis conveniret. 590. *ἀρχαῖον γάνος*] Pauwius poëtam scripsisse suspicatur *ἄρειον γάνος ornamentum martium.* Heathius vero *ἑρκεῖον γάνος*, *domesticum ornamentum.*

Argivorum exercitu superstites sumus, exsuperat lucrum, damnum vero illud pondere haud æquiparat.

586. sq. *ὡς—ποτωμένοις*. *Adeo ut nobis hac solis luce, hodie, vere gloriari liceat, quod maria et terras supervolarimus*, i. e. satis celeriter transierimus. Mirum sane est Heathium in voc. *ποτωμένοις* hærere potuisse.

588. sqq. *Τροίαν—γάνος*. Jamque Græcorum exercitus, qui Trojam expugnaverunt, diis hujusmodi spolia passim per Græciam ædibus affixerunt, antiqua ornamenta. *ταῦτα* positum pro *τοιαῦτα*. Nimirum ipse præco quædam ejus generis spolia manibus ferebat, ac multa talia jam a Græcorum exercitu passim per urbes dedicata delubrisque affixa esse narrat. *δόμοις* de templis accipiendum. "Sic Eurip. Rhes. v. 180. *θεοῖς λάφυρα πασσάλευε πρὸς δόμοις*. Et *δόμοι* pro *templis*, idem Ion. v. 34. et alibi." *Abresch.*

589. *λάφυρα ταῦτα*. "Sic de Agamemnone Colonus Mycenæus apud Euripidem in Electra:

Κτείνας δὲ τὸν κρατοῦντ' ἐν Ἰλιάδι χθονὶ
Πρίαμον, ἑλών τε Δαρδάνου κλεινὴν πόλιν,
Ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος· ὑψηλῶν δ' ἔπι
Ναῶν ἔθηκε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.

Clytæmnestra in eadem Tragœdia :

Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι
Ἀργυρίοις.

Apud eundem in Rheso :

Εκ. *Καὶ μὲν λαφύρων αὐτὸς αἱρήσῃ παρών.*
Δο. *Θεοῖσιν αὐτὰ πασσάλευε πρὸς δόμοις.*" *Stanl.*

Plura vid. ad Sept. adv. Theb. v. 280.

590. *ἀρχαῖον γάνος*. Vel quia inter illa spolia multa erant antiqua signa aliaque monumenta, vel quia olim ob vetustatem Græcorum templis ornamentum additura erant.

591. sqq. *τοιαῦτα—λόγον*. *Hisce igitur auditis decet vos urbi bellique ducibus congratulari: inprimis vero Jovis gratia, quæ ista perfecit, celebrabitur. Habes quæ dicenda habui.*

592. *χάρις τιμήσεται*. "Passive h. l. notat, ut *ἄξῃ* v. 1641." *Abresch.*

Διὸς τάδ' ἐκπράξασα. Πάντ' ἔχεις λόγον.
Χο. Νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι.
Ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν.
Δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμνήστρᾳ μέλειν
Εἰκὸς μάλιστα, σὺν δὲ πλουτίζειν ἐμέ.
Κλ. Ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο,
Ὅτ' ἦλθ' ὁ πρῶτος νύχιος ἄγγελος πυρὸς,
Φράζων ἅλωσιν Ἰλίου τ' ἀνάστασιν.
Καί τις μ' ἐνίπτων εἶπε, φρυκτώρων διὰ
Πεισθεῖσα, Τροίαν νῦν πεπορθῆσθαι δοκεῖς;
Ἦ κάρτα πρὸς γυναικὸς, αἴρεσθαι κέαρ·
Λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην.

596. δόμοις] Falso Pauwius conj. πρόμοις.

594. sqq. Chorus respondet: *Victum me tandem narratione tua, non nego*, nec amplius recuso, quo minus Trojam expugnatam esse credam. *Semper vero senibus hoc proprium est, ut bene discere*, h. e. ut ea quæ audiant certo explorare, nec nisi firmissimis indiciis fidem adhibere *velint. Ceterum hæc maxime regias ædes et Clytæmnestram attingere*, eique cordi esse, *consentaneum* est; *simul tamen me quoque beare*; h. e. æquum est, ut et nos in hujus lætitiæ societatem veniamus.

νικώμενος—ἀναίνομαι. "Participium pro infinitivo *νικᾶσθαι*, ut apud Eurip. Iphig. Aulid. v. 1502.

θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι. Abresch. Id. Herc. Fur. *εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι.*" *Abresch.*

595. ἡβᾷ h. l. eleganter de consuetudine inveterata, quæ nunquam dediscitur.

598. sqq. *ἀνωλόλυξα—ἀνάστασιν. Dudum equidem præ gaudio exclamavi, cum primus ille nocturnus ignis nuntius venisset, Ilii expugnationem eversionemque denuntians.*

601. sqq. Καί τις—φλόγα. *Et erant, qui me carpentes dicerent: Quid? an tu facibus accensis persuasa Trojam nunc expugnatam esse credis? Sane valde muliebre est animo* temere ad lætitiam *extolli*, cum cuivis rumori inflandum præbere. *Hujusmodi sermonibus* si crederes, *equidem stolida esse videbar. Nihilo minus sacrificabam, ac muliebri auctoritate alius aliunde per urbem lætas cum gratulatione voces extollere, atque in deorum sedibus odoram, quæ hostias absumeret, flammam procurare.*

καί τις μ' ἐνίπτων. His verbis Chorum figit regina, cujus reprehensionem illo non advertente auribus exceperat, v. 490. sqq.

φρυκτώρων διά. Ut supra *φλογὸς παραγγέλμασι* v. 490.

603. *ἦ κάρτα—κέαρ.* Tanguntur verba Chori: *ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι*, v. 493. *πρὸς γυναικὸς, muliebre, mulieri consentaneum, ejus ingenio aptum*; ut Aristoph. in Vesp. *πρὸς ἀνδρὸς*, et infra Agam. v. 1641. *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικός.*

604. *πλαγκτός. Mente capta.* Hesych. Πλαγκτὴ, *παράφρων, καὶ πεπληγμένη*

Ὅμως δ' ἔθυον, καὶ γυναικείῳ νόμῳ
Ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν
Ἔλασκον εὐφημοῦντες, ἐν θεῶν δ' ἕδραις
Θυηφάγον κομοῦντες εὐώδη φλόγα.
Καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν;
Ἄνακτος αὐτοῦ πάντα πεύσομαι λόγον.
Ὅπως δ' ἄριστα τὸν ἐμὸν αἰδοῖον πόσιν
Σπεύσω πάλιν μολόντα δέξασθαι. τί γὰρ
Γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον, δρακεῖν
Ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ
Πύλας τ' ἀνοῖξαι; ταῦτ' ἀπάγγειλον πόσει,

607. ἐν θεῶν] Optime sic in notis emendavit Stanl. Vulg. ἐνθέων. Addidi vero etiam copulam δὲ post θεῶν, et commate, quod vulgo ponebatur post ἔλασκον, melius post εὐφημοῦντες distinxi. Ceterum Cl. le Grand placebat ἂν θεῶν. 608. κομοῦντες] Vulg. κοιμῶντες, quod quam ineptum esset, cum acute sentiret Pauwius (non enim de *sopienda*, sed potius de *excitanda* in aris deorum flamma agebatur) duplicem emendationem proposuit, alteram quidem optimam, quam recepimus, κομοῦντες (a κομέω) flammam *curantes, nutrientes;* alteram vero pessimam, et ineptissimam κομῶντες a κομάω. Etsi enim flammæ poëtæ Græci βόστρυχον tribuunt, κομᾷν tamen nullo modo significare potest alienam comam alere; nec unquam hoc verbum transitive ponitur. Itaque κομοῦντες verum videtur, nisi magis placeat κοσμοῦντες, quæ le Grandi conjectura est. 615. πύλας τ' ἀνοῖξαι] Vulg. πύλας ἀνοῖξαι. Sed copulam inserui Pauwio monente,

τὴν διάνοιαν. Πλαγκτὸν, ἀνόητον, τὰς φρένας βεβλαμμένον, πλανώμενον.

605. sqq. γυναικείῳ νόμῳ. *Meo* h. e. *mulieris instituto et jussu*, non ut lat. intp. *more muliebri*. Eodem enim pertinebat id, quod Chorus supra dixerat ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ. κομοῦντες, *curantes*. Hesych. Κομεῖν, ἐπιμελείας ἀξιοῦν. εὐώδης autem dicitur flamma ob tura injecta et adfusa unguenta, cf. supra v. 94.

609. In sequentibus versiculis astutam Clytæmnestræ malitiam insidias marito paratas falsa fidei ac probitatis specie callidissime tegentem, egregie Æschylus expressit. *Jam vero*, inquit, *quid opus est te mihi plura dicere? Ab ipso rege, quomodo omnia gesta sint, accipiam. Nunc autem nihil prius aut antiquius habeo, quam ut venerandum meum* conjugem a bello *redeuntem quam optime excipiam. Ecquid enim mulieri lumen jucundius esse potest, quam maritum a bellica expeditione dei numine sospitem videre, eique fares aperire?*

613. τούτου φέγγος Abreschius male de die accepit, ita interpretatus: *nam quæ lux jucundior visu conjugi hac, qua, virum ab expeditione incolumen atque reducem præstante deo, portus ei aperiat;* quem sensum grammatica verborum constructio non admittit.

615. sqq. ταῦτ' ἀπάγγειλον—χρόνου. *Hæc igitur marito* meo, a me *renuntia,*

Ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει·
Γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολὼν
Οἵαν περ οὖν ἔλειπε, δωμάτων κύνα
Ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν,
Καὶ τἄλλ' ὁμοίαν πάντα, σημαντήριον
Οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου.
Οὐδ' οἶδα τέρψιν, οὐδ' ἐπίψογον φάτιν
Ἄλλου πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς.
Κή. Τοιόσδ' ὁ κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων
Οὐκ αἰσχρὸς ὡς γυναικὶ γενναίᾳ λακεῖν.

quam in tali verborum junctura omittere non solet Æschylus. Nec audiendus est Heathius asyndeta Æschylo familiaria esse clamans, quod facile conceditur. Nunc vero non quæritur an alibi asyndeta reperiantur apud nostrum; sed ubi et quomodo adhibita ab eo, et adhibenda fuerint. 623. χαλκοῦ βαφάς.] Infelix est Pauwii commentum, quo χαλκὸς βαφὰς reponendum somniat, quasi hic de *ferri tinctura* sermo sit, cum χαλκοῦ βαφαὶ sint *vulnera ferro inflicta*. cf. Commentar.

ut quam citissime veniat, urbi exoptatissimus gratissimusque; inventurus cum venerit uxorem fidam in ædibus, qualem scilicet reliquerit domus custodem ei benevolam, inimicis autem asperam; atque in ceteris omnibus similem, quæ pudicitiæ *sigillum, quamvis longo temporis intervallo, minime læserit.*

616. sq. ἥκειν—εὕροι. Variavit poëtâ constructionem, vel quod, ut Abreschius existimat, duplex regimen dederit τῷ ὅπως, vel quod ἀπάγγειλον vel quod εὕροι absolute positum est, plena distinctione post πόλει.

618. κύνα. *Canem* se appellat, non indecora, ut tum tempora erant, metaphora vigilantiam signante.

622. οὐδ' οἶδα τέρψιν. Melius forsan legatur οὐκ οἶδα τέρψιν.

623. μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς. Incredibile est, quas ad ineptias in hac ῥήσει explicanda abierint interpretes, ita ut referre etiam pigeat. Nam refutare prorsus nihil opus est. χαλκοῦ βαφαὶ sunt *vulnera ferro inflicta*. Sic et supra ἐν σφαγαῖσι βάπτειν. Sensus igitur est: *Haud magis consuetudinis cum alio viro vel fructum, vel malam famam novi, quam vulnera a ferro inflicta;* s. *quemadmodum mihi nunquam usu venit ut ferro vulnerarer*, quod viris in bello sæpe accidit, *sic illæsam et absque vulnere pudicitiam servavi.*

624. sq. τοιόσδ' ὁ κόμπος—λακεῖν. *Talis quidem sui jactatio*, siquidem *veritatis plena* fuerit, *non dedecet ingenuam mulierem.* Hoc dicto abeuntem reginam præco prosequitur. Errarunt enim, qui eam sequenti quoque Chori et præconis diverbio interfuisse putarunt. Vel ipsa illa verba v. 612. σπεύσω—δέξασθαι eam hic e scena discessisse satis declarant.

ΧΟΡΟΣ. ΚΗΡΥΞ.

Χο. ΑΥΤΗ μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι
Τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον.
Σὺ δ' εἰπὲ κῆρυξ, Μενέλεων δὲ πεύθομαι,
Εἰ νόστιμός γε καὶ σεσωσμένος πάλιν
Ἥξει ξὺν ὑμῖν, τῆσδε γῆς φίλον κράτος.
Κή. Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ

IN SCENAM VII.

v. 626—691.

626. sq. *αὕτη—λόγον.* Latinus interpres vertit: *hæc quidem ita locuta tibi sciscitanti veris ab interpretibus congruenter sermonem.* Satis obscure! Et ubi tandem præco aliquid sciscitatus erat? Abreschius intp.: *Hæc quidem ita locuta est, prout didicisti, convenienter interpretibus claris.* An autem *μανθάνοντί σοι* reddi possit, *prout didicisti,* valde dubito. Heathius ita explicat: *Ipsa quidem tali sermone te instruxit, quali oportebat clare eum renuntiaturos.* Quod etsi ceteris melius est, ipsum tamen aliquot incommodis laborat. Itaque optimum, ni fallor, foret, si legeretur:

Αὕτη μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι
Τοροῖσι θ' ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον.

Hæc igitur ista prolocuta est, tum tibi discenti, h. e. nondum eam satis intelligenti, *tum claris interpretibus,* scil. *ut nobis, convenienter.* Tecte nimirum innuit Chorus, vana, ficta et falsa omnia esse, quæ de se ipsa jactaverit regina. Itaque ait eam sic locutam esse, ut nuntius, qui animum ejus et mores parum nosset, facile decipi posset, et clari tamen interpretes, h. e. vitæ ejus adeo gnari, ut, quantum verba rebus discreparent, facile intelligerent, verius de his verborum fallaciis statuere possent. Itaque ὁ *μανθάνων* opponitur, ut opinor, *τοροῖς ἑρμηνεῦσιν,* eodem modo ut supra in eadem re *μαθόντες κοὐ μαθόντες.* Accedit quod *μανθάνοντί σοι,* etsi idem est ac *οὐ μαθόντι σοὶ,* (qui enim discit, nondum didicit, nondum rerum gnarus aut peritus est,) tamen obscurius dicitur et ambiguitatem habet consulto quæsitam. Nimis enim apertum fuisset, si dixisset *οὐ μαθόντι σοί.* Clare enim reginæ perfidiam præconi prodidisset.

628. sqq. *σὺ δ' εἰπὲ—κράτος.* *Tu vero præco, dic* nobis, *de Menelao enim percontamur, an ille hujus terræ dilectus rex redux et sospes vobiscum venturus sit.* *τῆσδε γῆς* late interpretandum, non de Argolide (nam Spartæ regnum tenebat), sed de tota Græcia; ut Menelaus unus e Græciæ regibus dicatur, sicut supra Atridæ *Ἑλλάδος δίθρονον κράτος* nominabantur. Ceterum apud Senecam Clytæmnestra Eurybatem, an conjugis sui frater vivat, pandere jubet. Agam. v. 400.

631. sq. *οὐκ ἔσθ'—χρόνον.* Stanleius, quasi *ἐς οὐ πολὺν* scriptum esset, vertit: *Non est, ut dicam mendacia bona esse, ut amici fruantur iis haud in longum tempus.* Id cum nec verbis aptum sit, nec idoneam sententiam præbeat, Heathius aliam viam ingressus ita contruere verba jussit: *οὐκ ἐστὶν ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ εἶναι, ὥστε φίλοις καρποῦσθαι ἐξεῖναι, ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν πολὺν χρόνον.* *Non est ut dicam mendacia bona esse, adeo ut amici ex iis fructum capere possint in longum tem-*

Ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον.
Χο. Πῶς δῆτ᾽ ἂν εἰπὼν κεδνὰ κἀληθῆ τύχοις;
Σχισθέντα δ᾽ οὐκ εὔκρυπτα γίγνεται τάδε.
Κή. Ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαιϊκοῦ στρατοῦ,
Αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον· οὐ ψευδῆ λέγω.
Χο. Πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου,
Ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ;
Κή. Ἔκυρσας, ὥστε τοξότης ἄκρος, σκοποῦ,
Μακρὸν δὲ πῆμα συντόμως ἐφημίσω.
Χο. Πότερα γὰρ αὐτοῦ ζῶντος, ἢ τεθνηκότος,
Φάτις πρὸς ἄλλων ναυτίλων ἐκλῄζετο;

633. sqq. In Vict. quæ sequuntur Chori partes male Clytæmnestræ tribuebantur. 633. κεδνὰ κἀληθῆ τύχοις;] Sic emendavi pro vulg. κεδνὰ τἀληθᾶ τύχῃς quod quibus causis adductus fecerim, exposui in Commentar. ad h. l. 635. Ἀχαιϊκοῦ] Sic, Pauwio monente, metri causa scribendum fuit, non ut vulg. Ἀχαϊκοῦ. 641. γὰρ] Iterum Stanleium fefellit vera hujus particulæ vis, ut eam in δ᾽ ἄρ᾽ mutari vellet.

pus. At hæc verba torquendi ratio minime nobis probatur. Quin multo facilius convenientiusque est, commate post οὐκ ἔσθ᾽ posito, eoque ab ὅπως sejuncto ita verba ordinare: οὐκ ἐστὶν ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον, ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά· *Haud licebit amicis diuturnum inde lætitiæ fructum capere, postquam ficta iis bona narravero.* ὅπως h. l. est *postquam*; ut Aristoph. Nub. v. 60. Negat igitur præco se falsa bona narraturum; propterea quod etiamsi ficta narratione senum animos tantisper lætaverit, celeriter tamen, ut se res habeant, audituri sint.

633. sq. πῶς—τάδε. In his optativum τύχοις constructio postulabat; κἀληθῆ autem pro τἀληθῆ a nobis scriptum concinniorem effecit sententiam. Nempe hoc dicunt senes: *Quomodo igitur* (nam placet nobis, quod dixisti te fictitia nobis bona narrare nolle) *quomodo igitur si bona nobis narres, hoc consequeris, ut eadem etiam vera sint?* q. d. πῶς δῆτα εἰπὼν κεδνὰ τύχοις ἂν καὶ ἀληθῆ εἰπών; *Etenim ista* duo *a se invicem sejuncta haud facile celantur:* h. e. si quis bona narraverit citra veritatem, etiamsi mendacium callide texerit, mox tamen falsitas narratorum patescit.

635. sqq. Postquam præco Menelaum una cum nave ab exercitu disparuisse dixerat; Chorus quærit, utrum aperte et consulto Ilio solvens ab iis discesserit, an tempestate, quæ omnes afflixerit, disjectus sit. Et hoc quidem affirmat præco: *scopum* inquiens, *sicut peritus quidam sagittarius, attigisti et magnam calamitatem succincte descripsisti.*

641. γὰρ h. l. refertur, ut sæpe, ad omissam brevem sententiam, quæ h. l. sic suppleri potest. *Bene quidem. Sed mihi ista nondum satisfaciunt. Num enim,*

Κή. Οὐκ οἶδεν οὐδεὶς, ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς,
Πλὴν τοῦ τρέφοντος Ἡλίου χθονὸς φύσιν.
Χο. Πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ
Ἐλθεῖν, τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ;
Κή. Εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ
Γλώσσῃ μιαίνειν· χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν.

s. *quæro enim an.* Eadem ratio paulo post est in verbis πῶς γὰρ v. 645.

643. sq. οὐκ—φύσιν. *Nemo hæc scit, ut certo renuntiare possit, præter solem, qui terram alit.* Nota est imago solis omnia facta diurna videntis. Sic et Ceres raptam Proserpinam quærens Solem adit, quid ei acciderit sciscitatura, Homer. hymn. in Cer. v. 62. ubi vid. Cel. Ruhnkenii obs.

645. sq. πῶς γὰρ—κότῳ. Recte ista quidem, verumtamen alia sunt, quæ narrare possis. *Quomodo enim deorum ira navalibus copiis tempestatem venisse ac desiisse ais?* h. e. ecquod tempestatis deorum ira concitatæ initium, quis finis fuit? "Ceterum hæc et quæ mox sequuntur transtulit Seneca in Agamemnone v. 410:

Cly. Quis, fare, nostras hauserit casus rates?
Aut quæ maris fortuna dispulerit duces?
Eur. Acerba fatu poscis, infaustum jubes
Miscere læto nuntium—" *Stanl.*

647. εὔφημον ἦμαρ. Ovidius:

Nam dicenda bono sunt bona verba die.

"Alludit nuncius ad dies festos (ut et eadem occasione Agamemnon Senecæ: *festus dies est*), in quibus illud in primis cavebant veteres, ne cui illum inauspicatum verbum excideret. Festus in fragmento quodam apud Theod. Canterum: *Minuitur populo luctus ædis dedicatione; cum Censores lustrum condunt; cum votum publicum susceptum solvitur; privatis autem, cum liberi nati sunt; cum honos in familiam venit;* cum parentes aut liberi, aut vir aut frater, *ab hoste captus, domum redit: cum* (filia) *desponsa est; cum propiore suis cognatione, quam is qui lugetur, natus est, cum in castro Cereris est: omnique gratulatione.* Hinc *dies festus* εὔφημον ἦμαρ. Namque εὐφημεῖν Græcis idem est, quod Romanis *bona verba dicere, lingua favere;* εὐφημία, *faventia.* Aristophanes in Pace:

σπονδὴ, σπονδὴ, εὐφημεῖτε, εὐφημεῖτε.

Idem in Vespis:

καὶ μὲν ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς φήμην
ἀγαθὴν λέξομην ὑμῖν.

Festus: *Faventia bonam orationem significat; nam præcones clamantes populum sacrificiis favere jubebant; favere enim est bona verba fari.* Tibullus lib. ii. Eleg. 2.

Dicamus bona verba, venit natalis, ad aras.
Quisquis adeo, lingua, vir mulierque fave." *Stanl.*

Optime hos versiculos ita reddideris: Faustum diem, qualis hicce est, *haud decet lingua mala nuntiante,* i. e. infaustis nuntiis afferendis, *contaminare; secernendus est honor deorum,* hodie scil. celebrandus, ab omni calamitatum narratione, quæ furias potius decet.

648. Χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν. "Hunc locum P. Victorius Var. lect. l. xx. c. 22. exponit hoc modo: *non oportere festum diem, dicatumque honori deorum, verbis tristioribus nuntiisque gravioris mali contaminari; et liberum remotumque esse debere ab omni hujuscemodi re, quicquid ad deos colendos honoreque afficiendos pertineat.* Ego vero postremum illud aliter interpretandum censeo; nempe quod alius

Ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος πόλει
Στυγνῷ προσώπῳ πτωσίμου στρατοῦ φέρῃ,
Πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν,
Πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων
Ἄνδρας διπλῇ μάστιγι, τὴν Ἄρης φιλεῖ,
Δίλογχον ἄτην, φοινίαν ξυνωρίδα·
Τοιῶνδε μέν τοι πημάτων σεσαγμένον

655. σεσαγμένον] Ita emendavi, pro eo quod in superioribus edd. legitur σεσαγμένων. Nempe post σεσαγμένον intelligendum est τινὰ, vel ἄγγελον.

sit honor eorum deorum, qui bona mittunt, alius eorum qui mala." *Stanl.*

Abreschio autem etsi largior ἔστω post χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν supplendum esse, non concedo tamen id h. l. idem esse, quasi dicat, *ne de diis loquar, quibus* honor et cultus hoc die debitus id fieri nolunt. Exempla autem, quibus hunc usum particulæ χωρὶς adstruxit, vera quidem sunt, sed ab h. l. prorsus aliena.

649. sqq. ὅταν—ξυνωρίδα. *Quando autem nuntius abominandas calamitates cæsi exercitus tetrico vultu attulerit, unum quidem vulnus civitati est, communis calamitas, alterum vero, multos viros ex multis domibus exterminatos esse, duplici flagello, quod Mars amare solet, duplicis lanceæ noxam, sanguinarium s. letiferum par.*

651. ἕλκος ἕν. " Μὲν ἓν est pro ἓν μὲν, et δὲ pro δεύτερον δὲ, sic in Suppl. v. 205.

Φθογγὴ δ' ἑπέσθω πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασὺ
τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων.

ἕλκος interpres convertit per *damnum*, rectius i. q. *dolor.* Hesych. ἕλκη, λῦπαι. (Sic Clytæmnestra ap. Senec. Agam. 570. *vulnus at regni grave lugere conor.*) Πτώσιμος στρατὸς dicitur ut Virg. Æn. vi. 481. *caducus bello.* Add. inf. v. 1130." *Abresch.*

τὸ δήμιον τυχεῖν. Fortasse scripsit Æschylus: τὸ δήμιον ἀτυχεῖν, i. e. κατὰ τὸ δήμιον, *publice male rem gerere.*

653. sq. διπλῇ μάστιγι. Miror Stanleium in hac metaphora *ferrum* et *flammam* quærere potuisse. Nihil enim apertius est, quam Æschylum *duplicem lanceam* intelligi voluisse. Binas constat lanceas a singulis, qui in prælio manus consererent, gestas fuisse. Has Æschylus poëtico ornatu appellat δίλογχον ἄτην, quod idem est ac δύο λόγχας ἀτηράς· deinde φοινίαν ξυνωρίδα de iisdem, sic ut hodie nostratium aliquis diceret: *ein mörderisches Paar Pistolen.* Sed quod easdem lanceas διπλῆν Ἄρεος μάστιγα appellat, id eo pertinet, quod, qui e terra quadam cum ignominia ejiciebantur, flagellis expelli solebant. Manet igitur in metaphora, quam in verbo ἐξαγισθέντας inchoaverat. Ἐξαγίζειν autem primum est *sacris arcere,* deinde *exterminare;* h. l. autem *vita ejicere,* s. *occidere.* Generosum vero poëtæ spiritum in sententiis ornandis verborumque delectu hic quoque facile agnoscas.

655. σεσαγμένον. Vulgatam σεσαγμένων ita exponit Abreschius: *talam pæanem dicere et canere decet, qui nuntius venerit cumulatarum ejusmodi miseriarum; at qui nuntiat salutaria, quemadmodum ego, eum nefas bona malis commiscere.* Verum hoc modo σεσαγμένων valde friget, et constructio luxatur; nam etsi πρέπει universe explicari potest, id ipsum tamen ab hujus loci sententia abhorret, utpote quo

Πρέπει λέγειν παιᾶνα τῶν Ἐριννύων.
Σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελος,
Ἥκων τε πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν,
Πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω, λέγων
Χειμῶν' Ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς;

657. εὐάγγελος Ἥκων τε] Vulgo legebatur εὐάγγελον Ἥκοντα, quod falsum esse satis intelligitur vitio constructionis. Puto autem initio ἥκων τε in ἥκοντα, post etiam ad hujus normam εὐάγγελος in εὐάγγελον immutatum esse. Posteaquam ita h. l. emendaveram, vidi eandem Pauwio rationem in mentem venisse, quod quidem me in sententia confirmavit. Nam in conjecturis criticis, nisi veritatis, certe facilitatis indicium est, si in eandem plures inciderint.

non quid in universum fieri deceat, sed quid illum vel illum *nuntium* facere deceat, quæritur. Itaque unius litteræ mutatione sanavimus, ut opinor, locum a librariis male adfectum: τοιῶνδε μέν τοι πημάτων σεσαγμένον πρέπει· *Talibus igitur calamitatibus oneratum*, scil. nuntium, decet furiarum pæane dicere, i. e. infausta verba crepare. *Für einen mit selchen Unglückszeitungen beladenen Boten schickt sichs wol, den Päan der Furien anzustimmen.* Sic et constructio sine ullis salebris procedit, et oppositio clarius enitescit: πημάτων σεσαγμένος enim diserte opponitur τῷ σωτηρίων πραγμάτων εὐαγγέλῳ.

656. παιᾶνα τῶν Ἐριννύων. Τῶν e conj. Stanleii adscivimus. Vulg. τόνδ' Ἐριννύων, quod quidem quo pertineat, vix satis constat, nisi velis ad prima nuntii verba κακαγγέλῳ γλώσσῃ retrahere.

657. sq. εὐάγγελος ἥκων τε. Ita rescribendo pro vulg. εὐάγγελον ἥκοντα (Primus hujus emendationis auctor est Stanleius, quam Pauwius probavit tantum, non invenit.) non solum laboranti constructioni succurrimus, verum etiam, ut alterum argumentum, quo utitur nuntius, adjecta copula τε notabilius insigniretur. *Ego vero lætus rerum prospere gestarum nuntius, et quidem ad urbem felicitate sua lætantem veniens, quomodo bona malis intermisceam.* Non ignoro quidem vulgatam ab iis, qui quascunque MStorum lectiones pertinaciter teneant, ita defendi posse, ut ad enallagen constructionis confugiant; verum eos judicio suo frui facile patior. Nihil enim est, quod apud istos enallagæ non efficiant.

659. πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖς. Argutatur Abreschius, cum proprie dicendum fuisse πῶς κακὰ τοῖς κεδνοῖς συμμίξω λέγων contendit, adeoque in his inversionem quærendam esse putat. Nam cur non recto ordine diceretur: *Quid ego bona, quæ affero, malis intermisceam?*

660. οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς. "Tempestatem a deorum ira immissam; nempe Minervæ Virg. Æn. i.

Pallasne exurere classem
Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto
Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei?
Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis.

Describunt Homerus, Odyss. iv. Seneca in Agamemnone et alii." *Stanl.*

Ξυνώμοσαν γὰρ, ὄντες ἔχθιστοι τοπρὶν,
Πῦρ καὶ θάλασσα, καὶ τὰ πίστ᾽ ἐδειξάτην
Φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν.
Ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ᾽ ὠρώρει κακά.
Ναῦς γὰρ πρὸς ἀλλήλησι Θρήκιαι πνοαὶ
Ἤρεικον· αἱ δὲ, κερωτυπούμεναι βίᾳ

665. Θρῄκιαι] Sic edidimus pro vulg. Θρηΐκίαι, Arnaldo Pauwioque auctoribus.

661. sqq. ξυνώμοσαν—στρατόν. *Conjuraverant enim, qui prius inimicissimi erant, ignis et mare, et fœdus suum manifestabant, infelicem Argivorum exercitum perdendo.* (Abreschius temporis ratione malebat φθείραντε vel φθεῖράν τε, ob antecedens ξυνώμοσαν et ἐδειξάτην; neutrum tamen necessarium, cum sæpius aoristum primum sequatur participium præsentis; v. c. Agamemn. v. 209. μάντις ἔκλαγξε προφέρων.) Poëtico ornatu extulit, ignis et aquæ naturas, alias a se invicem dissidentes, in hoc uno tamen convenisse, ut exitio essent Græcis. πῦρ ad incendia navium a fulminibus pertinet.

664. ἐν νυκτὶ—κακά. *Noctu autem exoriebantur perniciosissimæ turbati maris calamitates.* δυσκύμαντα κακὰ Æschylus audacter dixit, ut sæpius, pro δύστηνα κυμάτων κακά.

665. ναῦς γὰρ—. *Venti enim Thracii naves inter se collidebant.* Comparetur Senecæ descriptio Agam. 483. sqq.

Vento resistit æstus, et ventus retro
Æstum revolvit, non capit sese mare,
Undasque miscent imber et fluctus suas.
Nec hoc levamen denique ærumnis datum est,
Videre saltem et nosse quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina, et diræ Stygis
Inferna nox est. Excidunt ignes tamen,
Et nube dirum fulmen elisa micat,
Miserisque lucis tanta dulcedo est malæ.
Hoc lumen optant; ipsa se classis premit,
Et prora proræ nocuit et lateri latus.
Illam dehiscens pontus in præceps rapit,
Hauritque et alto redditam revomit mare.
Hæc onere sidit, illa convulsum latus,
Summittit undis. Fluctus hanc decimus tegit.
Hæc lacera et omni decore populato levis
Fluitat; nec illi vela nec tonsæ manent,
Nec rectus altas malus antennas ferens;
Sed trunca toto puppis Ionio natat.
Nil ratio et usus audet. Ars cessit malis.
Tenet horror artus. Omnis officio stupet
Navita relicto. Remus effugit manus.

Facile quivis etiam non admonitus Æschyli narrationem ut breviorem, ita castigatiorem esse sentiat.

666. κερωτυπεῖν proprie *cornu ferire*, h. l. dissimulata, ut fit, compositi notione nihil aliud est, quam *ferire, percutere.* βίᾳ χειμῶνι non, ut Abreschius

Χειμῶνι, τυφῷ ξὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ,
Ὤχοντ' ἄφαντοι, ποιμένος κακῷ στρόβῳ.
Ἐπεὶ δ' ἀνῆλθε λαμπρὸν ἡλίου φάος,
Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς

667. ζάλῃ τ'] Male corrigit Pauwius ζάλῃ γ'. Neque vero ei assentior genitivum τυφῶ in dativum immutanti. 668. π. κακῷ στρόβῳ] Sic dedi pro ποιμένος κακοῦ στρόβῳ. Emendationis rationem reddidi in Commentar ad h. l.

opinatur, pro βιαίᾳ χειμῶνι, sed pro βιαίως χειμῶνι positum.

667. χειμῶνι τυφῶ. Si τυφῶ legas, sensus verborum est: *Naves percutiebantur tempestate una cum typhonis procella imbribus strepente;* sed melius arbitror legi:

χειμῶνι τύφῳ ξὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ,

ut χειμὼν sit verbum generis, quod deinde duabus partibus declaretur: *naves percutiebantur tempestate, cum vehementi ventorum turbine et nimbo imbribus strepente.*—Ζάλη Hesychius intp. συστροφὴ ἀνέμων μεγάλων· ἔνιοι δὲ μετὰ ὄμβρου πνοὴ, ταραχὴ ὑδάτων, ἢ κλόνος. Media interpretatio ad h. l. pertinet. Sin et h. l. ζάλην de *mari agitato* intelligas, ζάλη ὀμβρόκτυπος erit mare *fluctibus agitatum et insuper imbribus strepens.*

668. ᾤχοντ' ἄφαντοι. *Perierunt et evanuerunt; sie gingen unter und verschwanden.* Nempe de mersis, non tantum de disjectis navibus hoc accipio.

ποιμένος κακῷ στρόβῳ. Cum ποιμὴν h. l. alius esse non possit, quam *navis rector* s. *magister*, ut ναῶν ποιμένας dixit Suppl. v. 124. eum h. l. κακὸν, *malum* s. *imperitum*, appellare prorsus ἀπροσδιόνυσον fuisset, cum in ejusmodi casu sæpe *ars*, ut ait Seneca, *malis cedat.* Itaque verum est ποιμένος κακῷ στρόβῳ, *infelici rectoris* s. *gubernatoris casu.* Hanc rem graphice pinxit Virgilius:

Unam quæ Lycios fidumque vehebat Orontem
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit; *excutitur pronusque magister*
Volvitur in caput. Ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.

Idem, quem ille secutus est, Homerus Odyss. μ'. 415.

αἶψα γὰρ ἦλθε
Κεκληγὼς Ζέφυρος μεγάλῃ σὺν λαίλαπι θύων,
Ἱστοῦ δὲ προτόνους ἔρρηξ' ἀνέμοιο θύελλα
Ἀμφοτέρους· ἱστὸς δ' ὀπίσω πέσεν, ὅπλα τε πάντα
Εἰς ἄντλον κατέχυνθ', ὁ δ' ἄρα πρύμνῃ ἐπὶ νηῒ
Πλῆξε κυβερνήτεω κεφαλὴν, σὺν δ' ὀστέ' ἄραξε
Πάντ' ἄμυδις κεφαλῆς. ὁ δ' ἄρ' ἀρνευτῆρι ἐοικὼς
Κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν, λίπε δ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ.

Quod igitur Homerus comparatione cum urinatore, Virgilius autem verbis: *volvitur in caput*, id Æschylus vocabulo στρόβῳ designat.

670. sq. ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος. Quamquam auctor libelli de Barbarismo, quem Cel. Valckenarius una cum Ammonio edidit, hunc versum, propter usum verbi ἀνθεῖν, ut vitiosæ ἀκυρολογίας exemplum citat, imago tamen rei, qua de agitur, felicissime hac translatione adumbrata est. Ut enim sæpe videmus mane post unam noctem a-

Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.
Ἡμᾶς γε μὲν δὴ, ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος
Ἤτοι τὶς ἐξέκλεψεν, ἢ 'ξῃτήσατο

grum, in quo pridie tantum herbæ virorem spectabamus, innumeris floribus obsitum, tumque non solum infinitam florum multitudinem, sed etiam subitam quasi et repentinam eruptionem miramur, ita hic nuntius ait classiarios mane exorto sole totum mare quam plurimis cadaveribus fractarumque navium tabulis stratum vidisse; adeo ut vocabulum ἀνθεῖν cum magnitudinem spectaculi, tum novitatem optime designet. Sed ab nostro usu abhorret hoc, quod *florendi* et *florum* notionem plerumque tantum ad res bonas et gratas transferimus, cum Græci poëtæ eandem sæpenumero etiam in malis et adversis rebus adhibeant. Sic noster Sept. adv. Theb. v. 952. πολλοῖς ἐπανθήσαντες δόμοι πόνοις. Sic idem dixit πάθος ἀνθεῖ Choëph. 1019. et κωκυτοῖς ἐπανθίζειν Choëph. v. 147. ut alia, quæ collegit Abreschius, prætereamus.

ἀνθοῦν νεκροῖς — ναυτικῶν τ' ἐρειπίων. Duplex illa ejusdem verbi constructio cum dativo et genitivo, etsi aliis exemplis firmari excusarique potest, ut Liviano illo iv. 11. quo usus est Abreschius, *plenus vulnerum et pavore;* hoc loco tamen valde displicet, quod qui legit νεκροῖς

Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων

sic afficitur legendo, quasi ἐρειπίων quoque, ut ἀνδρῶν, a νεκροῖς regatur, quod tamen fieri per sensum non potest; quo quidem modo lectoris exspectationem fallere nunquam non vitiosum est. Elegantius itaque Æschylus scripsisset:

ὁρῶμεν ἀνθοῦς πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων.

quemadmodum in eadem re Pers. v. 422. dixit:

ἀγαῖσι κωπῶν, θραύσμασίν τ' ἐρειπίων,

et paullo ante:

θάλασσα δ' οὐκ ἔτ' ἦν ἰδεῖν
Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν.

Ac suspicor fere ναυτικῶν glossatori deberi, qui ἐρειπίων illa adjuncto declarare vellet, Æschylum autem θραύσμασιν vel simile substantivum posuisse, cujus in sedem postea glossema illud immigraverit.

672. ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος. Hæc non, ut vulgo fit, interpretor, *navem, sincerum vas,* quasi appositionis figura dictum sit; sed σκάφος de *alveo navis* accipio, ναῦν τ' ἀκήρατον κατὰ σκάφος, ut significetur navem suam salvo et illæso alveo evasisse.

673. sq. ἤτοι τις ἐξέκλεψεν, ἢ 'ξῃτήσατο θεός τις. Nos et navem *deorum aliquis vel clam et furtim subduxit, vel* a ceteris diis, Jove præsertim, *deprecatus est.* Hæc verba quamquam seorsim spectata nihil habent, quo offendaris, haud satis apte tamen ἐξῃτήσατο cum sequentibus οὐκ ἄνθρωπος et οἴακος θιγὼν componi videtur. Nam primum οὐκ ἄνθρωπος, ubi deprecationis mentio facta esset, supervacuum fuisset addere. Quis enim exspectare poterat, ut unius hominis preces tantum apud iratos deos valerent, ut earum causa navem Agamemnonis dimitterent? Deinde si precibus deorum aliquis effecerat, ut salva esset Agamemnonis navis, quid opus erat ipsum ad gubernaculum accedere, s. οἴακος θίγειν? Itaque mihi animus inclinat, ut conjiciam poëtam scripsisse:

Ἡμᾶς γε μὲν δὴ, ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος
Ἤτοι τις ἐξέκλεψεν, ἢ 'ξηγήσατο
Θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἴακος θιγών.

Nos vero et salvam navem non homo, sed deorum aliquis manibus gubernaculo admo-

Θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἴακος θιγών.
Τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ' ἐφέζετο·
Ὡς μήτ' ἐν ὅρμῳ κύματος ζάλην ἔχειν,
Μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς κραταιλέων χθόνα.
Ἔπειτα δ' ᾅδην πόντιον πεφευγότες
Λευκὸν κατ' ἦμαρ, οὐ πεποιθότες τύχῃ
Ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος,
Στρατοῦ καμόντος καὶ κακῶς σποδουμένου.

675. ναῦν θέλουσ'] Ingeniose quidem emendat Stanl. ναυστολοῦσ', verum an ita scripserit Æschylus incertum est. Nam θέλουσ' h. l. ut vidit Abreschius, significare potest, *volens, propitia.* Canterus conjecerat ναῦν στέλουσ'. Sed prorsus absurdum est, quod Pauwius pro lectione genuina τύχη δὲ σωτὴρ nobis obtrudit, τύχη δὲ σωτὴν, novum sane vocabulum et inauditum, ne dicam barbarum. 680. νέον πάθος] Cum Stanl. νέων πάθος corrigere nihil opus est.

tis vel clam consilio *subduxit, vel* palam virtute *eduxit.* Quam facile autem ΕΞΗΤΗΣΑΤΟ et ΕΞΗΓΗΣΑΤΟ permutari potuerint a librariis, nihil opus est ut moneam; neque vero multis verbis docendum est, in ἐξηγήσατο vel αὐτῆς supplendum vel constructionem cum accusativo a priore verbo ἐξέκλεψεν suspendendam esse.

675. τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ' ἐφέζετο. Hic versiculus quo minus Æschyleus sit, non repugno; idem tamen an hoc loco ab eo scriptus sit, valde dubito. Cur enim, postquam universe dixerat, *aliquem deorum* navem e periculo servasse, diserte adderet, *fortunam servatricem navi propitiam insedisse?* Incommodum quoque erat, si hic Fortunæ deæ mentionem fecisset, postea statim addere, οὐ πεποιθότες τύχῃ. Quapropter hunc versiculum aliunde huc a Grammatico propter sententiæ similitudinem ad marginem libri scriptum, post, ut sæpius factum esse scimus, in contextum delatum esse existimo. Certe si omittatur versiculus, nihil ad sensum deest, et rotundior sit sententiarum consecutio. Sed si quis νοθείας suspicionem ab hoc versu defendere velit, ei auctor sim, ut eum tanquam in parenthesi positum sic vertat: *certe fortuna servatrix in nave nostra propitia ac lubens consedit,* qua ratione aptius tamen foret τύχη γε quam τύχη δέ.

679. sq. ὡς—χθόνα. *Ut neque, dum nuvem in ancoris tenebamus, fluctibus obrueremur, neque provecti ad scopulosa loca appelleremus.* ἐν ὅρμῳ, *in statione,* i. e. in medio mari navem in ancoris consistentes. Perperam Heathius ἐν ὅρμῳ cum κύματος conjungit, quod cum ζάλην copulandum esse facile patet.

678. ᾅδην πόντιον decore pro periculo et clade maritima. Nostris dicere liceret: *Nachdem wir dem Grabe der Wellen entgangen waren.*

679. οὐ πεποιθότες τύχῃ recte Stanl. *ne tum quidem salvos nos existimantes.*

680. sq. ἐβουκολοῦμεν—σποδουμένου. *Meditabamur animis recentem cladem exercitus laborantis et male afflicti.* βουκολεῖσθαι h. l. *animo versare,* i. q. περιέπειν, ut βουκολεῖσθαι πόνον Eumenid. v. 78. Cf. lex. Æschyl. σποδεῖσθαι h. l. *percuti, affligi,* ut Eurip. Hippol. 1238. σποδούμενος πρὸς πέτρας φίλον κάρα. Sept. adv. Theb. v. 811. κατεσποδημένοι, *occisi.*

Καὶ νῦν ἐκείνων εἴ τις ἐστὶν ἐμπνέων,
Λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας. Τί μή;
Ἡμεῖς δ' ἐκείνους ταυτ' ἔχειν δοξάζομεν.
Γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μενέλεων γὰρ οὖν
Πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.
Εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
Καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα, μηχαναῖς Διὸς,
Οὔπω θέλοντος ἐξαναλῶσαι γένος,
Ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.
Τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΙΣ ποτ' ὠνόμαζεν ὧ- στροφὴ α'.

684. ταυτ'] Obsecutus sum Stanl. ut ταυτ' (a ταυτὰ) reponerem pro vulg. ταῦτ'. 685. γὰρ οὖν] Denuo Stanl. particulæ γὰρ usum cum ellipsi ignorans, injuria postulat, ut pro ea γ' ἄρ' invehamus. Post γένοιτο δ' ὡς ἄριστα, "*optime igitur hæc eveniant*, suppressa est hæc sententia, *et certe evenient*; cujus omissæ causam mox indicari declaratur addita particula γάρ.

682. sqq. καὶ νῦν—δοξάζομεν. *Jamque si quis eorum adhuc* vivit et *spirat, de nobis tanquam de mortuis loquuntur*, occidisse non putant. *Quidni? ut nos contra eodem fato eos functos esse existimamus.*

ἐμπνέων. Soph. "Philoct. v. 897. ἥδομαί σ' εἰσιδὼν παρ' ἐλπίδα βλέποντα κ' ἀμπνέοντα ἔτι. Tum illud λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας attice pro ἡμᾶς ὀλωλέναι. Sophocl. Elect. 1454. ἤγγειλας ὡς τεθνηκότα. et Trachin. v. 293. φρόνει ὡς ἥξοντα; et Æschyl. Agam. v. 1376. μαντευσόμεσθα τ' ἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος.—" *Abresch.*

685. γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. *Verum hæc quam optime eveniant*; ut Choëph. v. 780.

687. sqq. εἰ δ' οὖν πάλιν. Si quis igitur solis radius eum viventem videntemque novit s. adspicit, *Jovis consiliis, nondum genus perdere volentis, spes est fore ut domum genus ille redeat.*

691. Τοσαῦτ' ἀκούσας—κλύων. *Hæc igitur dicenda habui, in quibus* nihil a me quod falsum sit, sed *vera omnia audivisti.* Cf. v. 553.

IN SCENAM VIII.

v. 692—791.

Digresso nuntio Chorus pulcherrimum canticum canit, quo primum Helenæ male ominatum nomen gerentis ad Ilium accessum, deinde Græcorum expeditionem Trojæ funestam, celebrat;

δ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως,
(Μή τις, ὅντιν' οὐχ ὁρῶμεν,
Προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου
Γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων;)
Τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν;
Ἐπεὶ πρεπόντως
Ἑλένας, ἕλανδρος, ἑλέπτολις,

695. προνοίαισι] Sic vulgati προνοίαις loco scribendum fuit, ut metrum antithetici versus numeris responderet. Ita et Pauwio Heathioque visum. 696. ἐν τύχᾳ] Parum placet quod Pauwio in mentem venit ἐντυχῇ. 697. Duo versiculos in superioribus edd. ita constitutos,

τὰν δορίγαμβρον
Ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν,

Heathio monente in unum contraximus. Nam et metrorum Enarrator græcus septendecim tantum hujus Strophæ et Antistrophæ versus numerat. 699. Ἑλένας] Male Scholiastes hoc epitheton accepit pro genitivo nominis Ἑλένης. Esse autem idem quod ἑλέναυς, ita ut quasi explicationem involvat nominis Helenæ, recte judicavit Salmasius. Pauwii vero commentum, scribendum esse ἕλενα, quasi dicatur *unum* vel *una perdens*, ἢ ἕλεν ἕνα, vel ἑνικῶς, adeo absurdum est, ut vel memorasse pœniteat.

qua carere Priamus potuisset, nisi Paridem filium genuisset; cujus educationem cum nutritione catuli leonis præclare comparat, nuptiasque Helenæ et Paridis exitiosas describit; inde tandem ad locum communem digreditur, quo bonos bonorum, malos malorum facinorum exitus, justitiam vero semper felicitatis veræ parentem esse docet.

692—708. τίς ποτ' ὠνόμαζεν—αἱματόεσσαν. *Quis tandem ita prorsus vere nominavit (annon aliquis, quem non videmus, prævisione fati linguam hominum in casu fortunæ regens?) arma nuptiis cientem, bellorumque causam Helenam? Siquidem convenienter nomini suo perditrix navium perditrix virorum, perditrix urbium, e molliter ac decore instructis thalami penetralibus* progressa *Zephyri gigantis aura* Trojam *navigavit. Multi autem venatores clypeis instructi eam secundum invisibilia navium vestigia* persequentes, *appulerunt ad Simoentis ripas arboribus vestitas, propter contentionem sanguinolentum*, i. e. ad cruentum bellum Helenæ raptæ causa gerendum.

694. sqq. Magna cum dignitate in suos usus convertit Æschylus opinionem illa ætate pervulgatam, nomina propria non sine futurarum rerum quadam significatione hominibus imponi. γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμειν, est linguam eorum, qui nomina imponunt, in hoc fortuito negotio ita regere, ut incidat in appellationem ominosam et futuri indicem.

697. δορίγαμβρον. "Cujus nuptiæ cum bello conjungebantur. Virgil. Æneid. vii. 319.

Sanguine Trojano et Rutulo donabere virgo,
Et Bellona manet te pronuba.—"
Stanl.

698. πρεπόντως, nempe ut eventui respondebat.

699. In ἑλένας est proprie veriverbium nominis Helenæ quasi diceretur ἑλί-

Ἐκ τῶν ἁβροτίμων
Προκαλυμμάτων ἔπλευσεν
Ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ.
Πολύανδροί τε φεράσπιδες,
Κυναγοὶ κατ' ἴχνος
Πλατᾶν ἄφαντον
Κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς
Ἐπ' ἀεξιφύλλους
Δι' ἔριν αἱματόεσσαν.

705. *πλατᾶν*] Vulg. *πλάταν*. Canterus emendaverat *πλάτας*, quod placet Stanleio. Prætulimus autem genitivum pluralem, quem Heathio probatum esse cognovimus. 706. *κελσάντων*] Stanleius corrigit *κέλσαν τοῦ*, quod difficultatem h. l. non tollit. Forte melius fuerit rescribere:

ἔκελσαν οὖν Σιμόεντος ἀκτὰς,

quod si placuerit v. 703. *τε* in *δὲ* mutandum. Fieri etiam potest ut ita scripserit Æschylus:

κέλσαντες οὖν Σιμόεντος ἀκτὰς,

et post *φεράσπιδες* ex antecedentibus intelligi voluerit *ἔπλευσαν*. Quicquid sit, *κελσάντων* certe corruptum est. 707. *ἀεξιφύλλους*] Vulg. mendose *ἀξιφύλλους*. Stanl. probante Heathio conj. *αὐξιφύλλους*. Pauwius *ἀεξιφύλλους*, vel *ἀξιοφύλλους*. Sed hoc quidem nullius pretii est. Fortasse autem scripserat Æschylus *εἰνοσιφύλλους*, quod sensim in *ἐπ' ἀξιφύλλους* depravatum. In incerta re *ἀεξιφύλλους*, quod Abreschio quoque arridebat, in textum recepimus, ut saltem legeretur aliquid, quod sensum præberet.

ναυς, ut Hesych. *κατὰ νᾶν, κατὰ ναῦν*. Reliqua duo explicandi exaugendique causa adduntur.

700. *ἁβροτίμων*. Salmasius hunc locum citans ad Solin. tom. i. p. 87. A. scribit *ἁβροπήνων*, quod esset *tenuissimo filo contextorum*, incertum utrum conjectura, an cod. MSti auctoritate. Idem paulo post pro *αὔρᾳ* habet *ὥρᾳ*. Fortasse utrumque vitio typogr. debetur, aut memoriæ errori.

701. *προκαλύμματα* h. l. eadem sunt quæ alias *παρακαλύμματα*, vela, quibus januæ thalamorum aut cubiculorum obtendebantur. (*Vorhänge vor den Thüren der Zimmer.*) Itaque *ἐκ προκαλυμμάτων* est i. q. *ἐκ θαλάμων*.

702. *Ζεφύρου γίγαντος*. Secundum Hesiodum Theog. v. 378. Zephyrus Astrææ et Auroræ filius, quem Hyginus quoque sequitur. Æschylus alia genealogia usus eum inter Gigantes Oceani ac Terræ filios refert.

703. sqq. *πολύανδροι κυναγοὶ* figura Æschylea pro *πολλοὶ ἄνδρες κυναγοί*. Copiæ Græcorum Trojanos ob raptum Helenæ bello persequentes, cum venatoribus apte comparantur; et in hac translatione mansurus poëta cursum eorum maritimum ita describit, ut eos secundum vestigia navium, quibus Helena avecta fuerat, invisibilia, profectos esse dicat; sicut venator feræ vestigia persequitur. *πλατᾶν* non de *remis*, ut ceteri, sed de ipsis *navigiis* accipio.

709. sqq. *Ἰλίῳ—ἀνατλᾶσα*. *Ilio au-*

Ἰλίῳ δὲ κῆδος ὀρ- ἀντιστ. α'.
θώνυμον τελεσσίφρων
Μῆνις ἤλασε, τραπέζας
Ἀτίμωσιν ὑστέρῳ χρόνῳ
Καὶ ξυνεστίου Διὸς
Πρασσομένα, τὸ νυμφότιμον μέλος ἐκ-
φάτως τίοντος,
Ὑμέναιον, ὃς τότ' ἐπέρρεπεν
Γαμβροῖσιν ἀείδειν.
Μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον
Πριάμου πόλις γεραιὰ
Πολύθρηνον μέγα που στένει,

710. *τελεσσίφρων*] Seperiores edd. *τελεσίφρων*. Sed metri causa duplicandum esse sigma, vere existimavit Arnaldus. 711. *ἤλασε* Stanleio debetur; vulgatum *ἔλασε* metrum corrumpit. Pauwius emendabat *μῆνις ἐπέλασε*. 712. *ἀτίμωσιν*] Optime sic emendavit Canterus. Antea corrupte legebatur *ἄτιμος ἴν'*. 714. In edd. hic versus in duo divisus, ut v. 697. 715. *τίοντος*] Vulg. *τίοντας*, quod corruptum esse nemo adhuc animadverterat. Accusativus non habet quo referatur; genitivus *τίοντος* bene cum *Διὸς* construitur. Pauwii conjecturæ *τίουσιν* vel *τίοντι* prorsus inutiles.

tem affinitatem (κῆδος) *vere a curis* (κήδει) *nominatam strenua ira Græcorum* et ad ulciscendum promta *attulit, mensæ hospitalis,* qua Menelaus Paridem exceperat, *et hospitalis Jovis dehonestationem*, s. ejus spreti et contemti injuriam *persecutura*, (pœnas pro ea exactura,) *nuptiale illud canticum* s. hymenæum *supra modum punientis, quod tunc affines* Paridis in illius et sponsæ honorem *canendum sibi arbitrabantur. Postea vero vetus Priami urbs alium cantum luctus plenum discere cœpit, et graviter ingemiscit, inclamans Paridem infausti conjugii auctorem, lacrymosam in posterum vitam circa tristem civium sanguinem*, sanguinolentam civium cædem, *tolerans.*

κῆδος ὀρθώνυμον. Ludit in ambiguitate verbi *κῆδος*, quod et *affinitatem* e *curam* significat.

716. sq. *ὑμέναιον ὃς τότ' ἐπέρρεπεν γαμβροῖσιν ἀείδειν.* Constructio videtur exigere, ut legamus

ὑμέναιον, ὃν τότ' etc.

hymenæum, quem tunc affinibus canere conveniebat, quem ad canendum quasi officio suo ducti inclinabant.

717. *γαμβροῖσιν* non cum Spanhemio (ad Jul. imp. p. 72.) de *sponsis*, sed de *affinibus* capiendum, quorum erat hymenæos et epithalamia canere. Bene autem Chorus eos a Jove ob istum hymenæum punitos esse dicit, propterea quod ea re in societatem criminis, quod Paris admiserat, venirent.

718. *μεταμανθάνουσα* non est *dediscens*, ut in versione Stanl. redditur, sed *postea discens, hinterher lernend*; ut supra *μεταγινώσκειν* erat *postea cognoscere*. v. 230.

Κικλήσκουσα Πάριν
Τὸν αἰνόλεκτρον,
Παμπρόσθη πολύθρηνον αἰῶ-
ν' ἀμφὶ πολιτᾶν
Μέλεον αἷμ' ἀνατλᾶσα.
Ἔθρεψεν δὲ λέοντα — στροφὴ β'.
Σίνιν δόμοις ἀγάλακτον
Οὗτός γ' ἀνὴρ φιλόμαστον,

723. παμπρόσθη] Stanl. emend. παμπενθῆ. Heathius πάμπροσθεν. Forte autem verius:

Πάντως δὲ δὴ πολύθρηνον αἰῶν'

etsi nec πολύθρηνον h. l. genuinum videtur, paulo ante jam usurpatum; Æschylus certe variare verba solet. 724. πολιτᾶν] Vulg. πολίταν. Sed genitivum pluralem aperte sensus postulat. Ad metrum quod attinet, si penultimo strophes versu ἀειξιφύλλους verum esset, scribendum foret πολιητᾶν. 728. οὗτός γ' ἀνὴρ] In edd. οὗτος ἀνὴρ. Pauwius inficete corrigit δοῦλος ἀνήρ. Metri causa Heathio placebat οὗτος γ' ἀνὴρ, ut versus esset epionicus a minore dimeter acatal. Quod quidem nobis ita probatur, ut versiculus potius ad Iambicorum numeros exigatur. Est enim Iambic. Hephthemimeres.

723. παμπρόσθη πολύθρηνον. παμπρόσθη aperte vitiosum est, nihilque melius reperio, quam πάντως δή. Πολύθρηνον, etsi per se spectatum facile defendi potest, tamen quia idem paulo ante positum invenimus, inficete hic repetitur. Itaque mihi certum est Æschylum scripsisse πολύδακρυν αἰῶνα; quo quidem epitheto Homerus etiam aliquoties ad bellum adversus Trojanos gestum usus est. Πολύθρηνον hic e glossemate ortum. Nam et Hesychius Πολύδακρυ exponit Πολύθρηνον. Adeoque ut versiculus hic strophico suo a nobis emendato

ἔκλσαν οὖν Σιμόεντος ἀκτὰς

respondeat, omnique corruptela liberetur, sic eum censeo scribendum:

πάντως δὲ δὴ πολύδακρυν αἰ-
ῶν'—

726. Sequitur allegoria suavissimis coloribus expicta. *Nutrivit autem hic vir leunculum, uberum amantem, sed lacte depulsum, ædibus exitialem; in vitæ quidem primitiis cicurum, pueris carum, et senibus quoque gratum. Multum vero hæsit in hominum ulnis s. complexibus, pueri tenelli instar, hilaris ad manum,* i. e. hilarem se manibusque tractabilem præbens, *et in ventris necessitatibus,* h. e. ubi cibi potusque indigebat, *blandiens. Sed postea adultior ingenitam sibi a parentibus naturam prodidit. Nam quasi gratiam pro nutritione rependens, miserabilibus ovium cædibus* in gregem scil. irruens *injussus epulas paravit; sanguine autem tota domus inficiebatur; infinitumque dolorem domesticis exitiabilis illa multorum pecorum strages peperit. Atque hunc in modum ille divino consilio quasi quidam Ates sacerdos in ædibus nutritus est.*

ἔθρεψεν. Hallucinatus est Heathius, Chorum hic veram quandam historiolam ordiri putans; qua nihil hic ineptius foret. Allegoria vero carminis sublimitatem ita decet, ut nihil magis.

728. οὗτός γ' ἀνήρ. Si hæc verba

Ἐν βιότου προτελείοις
Ἅμερον, εὐφιλόπαιδα,
Καὶ γεραροῖς ἐπίχαρτον.
Πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις,
Νεοτρόφου τέκνου δίκαν,
Φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα
Σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.
Χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν ἀντιστ. β'.
Ἔθος τὸ πρὸς τοκήων.
Χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων,
Μηλοφόνοις ἄταισιν

734, 735. φαιδρωπὸς—σαίνων τε] Stanl. conj. φαιδρωπὸν ποτὶ χεῖρα, σαίνοντα. Sic et Auratus emendaverat, teste Spanhemio ad Aristoph. Nub. v. 1113. Sed mutatione nihil opus est. Ceterum in edd. versiculi sic constituebantur:

Φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.

Eas concinnius disposui, ut prior sit dactyl. trimeter, posterior iambic. hephthemimeres. 737. ἔθος τὸ πρὸς τοκήων] Male corrigit Stanl. ἔθος πρὸς τὸ τοκήων. 738. τροφᾶς γὰρ] Vulgo γὰρ τροφᾶς. Transpositionem metri causa necessariam Heathio suasore admisimus. 739. μηλοφόνοις ἄταισιν] Sic de Pauwii sententia rescripsi. Vulg. μηλοφόνοισιν versum turbat. Strophicus enim oppositus est dactylicus. Cum autem ἄταισιν primam producat, dactylum ea cum duabus ultimis in μηλοφόνοισιν efficere nequit.

de Priamo v. 719. nominato intellexeris, tota hæc allegoria Paridem designabit; sin ista οὗτός γ' ἀνὴρ ad Paridem, qui proxime v. 721. nominatus fuerat, retuleris allegorica imagine leonis Helenam adumbrari dicendum est.

φιλόμαστον tenellam ætatem leonis significat; ἀγάλακτον, eum absque lacte educatum fuisse, a matris uberibus scilicet remotum.

730. εὐφιλόπαιδα. Hujus verbi si structuram spectes, notabit eum *qui pueros valde amet, einen grossen Kinderfreund*; ut et φιλόπαις est *pueros amans*. Verum si, quid oppositio γεραροῖς ἐπίχαρτον postulet, cogites, aptius est reddere, *pueris valde carum*, ut pueros cum leunculo libenter collusisse indicetur.

732. πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις. Frustra Heathius obnititur Pauwio, ista recte, *multum vero hæsit in ulnis*, interpretanti. Nam sic etiam ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις ap. Aristoph. Ran. v. 704.

734. ποτὶ χεῖρα vel absolute capere, vel cum Abreschio admissa tmesi sic explicare licet q. d. φαιδρωπὸς καὶ προσσαίνων τὴν χεῖρα, *adblandiens manum*.

737. ἔθος τὸ πρὸς τοκήων, *ingenium naturale*, scil. ad crudelitatem compositum.

738. χάριν τροφᾶς i. q. alias τροφεῖα.

739. μηλοφόνοις ἄταισιν Æschyleo more pro ἀτηροῖς μηλῶν φόνοις.

Δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν·
Αἵματι δ' οἶκος ἐφύρθη·
Ἄμαχον δ' ἄλγος οἰκέταις
Μέγα σίνος πολύκτονον.
Ἐκ θείου δ' ἱερεύς τις
Ἄτας δόμοις προσετράφη.

742. ἄμαχον δ' ἄλγος] Pauwius, ne trochaicus laboret, expungendam censet particulam δέ. 744. ἐκ θείου] Sic e conjectura rescripsimus. Vulg. ἐκ θεοῦ invito metro. Ceterum in edd. ita collocabantur v. 744, 745.

ἐκ θεοῦ δ' ἱερεύς τις ἄ-
τας δόμοις προσετράφη.

cf. not. ad v. 734, 735. 745. προσετράφη] Heathius hunc versum pariter ac strophicum oppositum (v. 735.) periodum catalectum esse opinatus, προσετράφη in προσετρέφθη convertendum arbitrabatur. Quo remedio supersedere licet ad Iambicorum leges eos revocantibus. Uterque enim est Iambic. dim. Catal. s. Hephthemimer. et Strophico

\- ∪ - ∪ ∪ - -
σοινων | τε γασ | τρος | αναγ | καις

recte respondet antistrophicus

\- - ∪ - ∪ ∪ - -
ατας | δομοις | προσε | τρα | φη.

742. ἄμαχον ἄλγος, dolor adeo magnus, ut opprimi et sedari non possit.

744. sq. ἱερεύς τε Ἄτας poëtico ornatu pro *auctor magnæ calamitatis*. Jam utrum tota hæc allegoria Paridem an Helenam designet, quærendum. Si Paridem notari dixeris, omnes allegoriæ partes pulcherrime quadrant; ut enim aliquis leunculum, sic Priamus filiolum educavit; ut leonis catulus initio senibus puerisque oblectamento fuit, sic Paris puer omnibus gratus; ut ille adultior magnam ovium stragem edidit, magnumque familiæ dolorem attulit, sic Paris Helenæ raptu Priami domum omnemque civitatem, ingenti civium cæde facta, perdidit. Attamen multa sunt, quæ allegoricam hanc imaginem ad Helenam potius pertinere suadeant. Primum quod v. 728. οὗτός γ' ἀνὴρ commodius ad Paridem, qui proxime, ac diserte, quam ad Priamum, qui remotius et obiter tantum nominatus fuerat, refertur. Atqui si οὗτος ἀνὴρ Paris est, leunculo, quem in ulnis tenuisse dicitur, nemo nisi Helena notari potest. Deinde iis quæ tertia strophe sequuntur,

παραυτὰ δ' οὖν ἐλθεῖν,

satis declaratur, allegoriam istam poëtæ consilio de Helena intelligendam esse. Accedit, quod totius hujus cantici præcipuum argumentum Helena est; ut aptius sit, in qua dicenda cantum inchoaverit Chorus, in eadem etiam absque digressione morari. Denique nihil hujus interpretationis veritati ideo decedit, quod si totam allegoriam ad Helenam pertinere dixeris, non omnes ejus partes, non omnia imaginis lineamenta ad Helenam transferri possunt. Quis enim nescit in allegoria tantum universum comparandi consilium spe-

Παραυτὰ δ' οὖν ἐλθεῖν στρ. γ'.
Ἐς Ἰλίου πόλιν
Λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν
Νηνέμου γαλάνας,
Ἀκασκαῖον ἄγαλμα πλούτου,
Μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος,

746. παραυτὰ] Heath. conj. παρ' αὐτὰ, *his similiter.* ἐλθεῖν] Minime admittendum est ἦλθεν, quod Stanl. in mentem venit, sed potius, quod idem fieri posse vidit, post ἄνθος puncto distinguendum, et παρακλίνουσ' cum sequentibus construendum est.

ctandum, non singulas similitudinis partes putide premendas esse. Itaque nemo mihi quærat, quomodo v. c. illa χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων ad Helenam accommodari possint. Totius enim allegoriæ consilium hoc est, ut ostendatur, quemadmodum aliquis leonis catulum primum voluptatis causa educatum, ac domi servatum, postea exitialem experiatur, ac magnum ex eo detrimentum capiat, ita Paridi quoque Helenam, voluptatis causa raptam ac domi detentam, labentibus annis exitium attulisse, ac non eum solum, sed totam quoque familiam, omnemque civitatem Trojanam prorsus perdidisse.

746. sqq. Παραυτὰ—ἐριννύς. *Similiter igitur ad urbem Trojam venisse dixerim* Helenam, *animo maris, cum placidum a ventis stat, tranquillitati similem, molle divitiarum ornamentum, blandum oculorum telum, pectus urentem amoris florem; postea vero mutata nuptiarum acerbos exitus perfecit, infelix vicina, irruens in Priamidas, a Jove hospitali missa, virginibus lugenda furia.*

παραυτά. Hesych. πάραυτα intp. παραχρῆμα, εὐθέως, παραυτίκα, quem quidem sensum ubi hic valere decreveris, παραυτὰ opponitur verbis παρακλίνουσ' ἐπέκρανεν δὲ v. 753. *initio quidem,——postea vero.* Tum autem malim post ἀκασκαῖον particulam δὲ inseri, ut μὲν post φρόνημα habeat, quo referatur:

Λέγοιμ' ἄν, φρόνημα ΜΕΝ
Νηνέμου γαλάνας
Ἀκασκαῖον Δ' ἄγαλμα πλούτου.

Sed si παρ' αὐτὰ cum Heathio legendum censeas, particula ΜΕΝ post φρόνημα referenda erit ad ΔΕ post ἐπέκρανεν.

748. sq. Helena appellatur φρόνημα νηνέμου γαλάνας, quod haberet animum placidum, et maris tranquillitati similem, unde nemo tot mala Trojanis exspectanda esse cogitabat.

750. ἄγαλμα πλούτου. Paris enim opum suarum summum ornamentum interpretabatur, uxorem omnium formosissimam duxisse. ἀκασκαῖον ad mollitiem Helenæ spectat. Hesych. Ἀκάσκα, ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως.

751. μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος. Quia Helena omnes, qui eam adspicerent, amore sui, quasi telo quodam, vulnerabat. ὀμμάτων igitur non de Helenæ, sed de virorum et juvenum oculis accipiendum, qui forma ejus spectata amore urebantur. Quid? quod gelidi quoque senes ejus adspectu tepebant, et ad summam ejus admirationem convertebantur, ut in nobilissimis Homeri versibus Iliad. γ'. 156. μαλθακὸν additur ad amoris telum clarius designandum.

Δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος·
Παρακλίνουσ' ἐπέκρανεν δὲ
Γάμου πικρὰς τελευτὰς
Δύσεδρος καὶ δυσόμιλος
Συμένα Πριαμίδαισι,
Πομπᾷ Διὸς ξενίου,
Νυμφόκλαυτος ἐριννύς.
Παλαίφατος δ' ἐν τοῖς ἀντιστ. γ'.

756. Πριαμίδαισι] Rectius videtur Pauwio Πριαμίδαισιν.

752. *δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.* Ut flores, suavi odore vehementius fragrantes, totum quasi oderandi sensum implent, nervosque ac cerebrum acrius movent, ita Helena quoque pulchritudine sua amorem sui omnibus instillasse, ideoque *flos amoris animum movens, ad animum usque penetrans*, fuisse dicitur; ut autem δάκνειν a sensu tangendi ad reliquorum sensuum affectiones traducitur, ita h. l. δηξίθυμος, *animum mordens*, nihil aliud est, quam *animum afficiens, irritans.* Neque ei vocabulo ut in δακέθυμος, mera tristitiæ notio convenit; omnes potius animi perturbationes, quæ in amore insunt, significantur.

753. *παρακλίνουσ'* recte intp. Heathius, *ab iis quæ primo adspectu promittebat deflectens, et in pejus mutata.* Concumbendi certe significatum non admittit activum; nisi forte corrigendum censeas π α ρ α κ λ ι ν θ ε ῖ σ'. Sed illa lectio vera et verborum perpetuitati aptissima est.

754. *πικρὰς τελευτὰς* non tam ad ipsam nuptiarum celebrationem, quam ad funestum earum exitum pertinere censeo.

758. *ἐριννύς.* Quamquam sæpenumero exitialibus nuptiis furia interfuisse, facem prætulisse fingitur, h. l. tamen ipsa Helena *furiæ* nomine notatur; quemadmodum in illis latini poëtæ versiculis, a Cicerone laudatis, in quibus Cassandra videtur loquens induci: (de divinatione lib. i. c. 50.)

Eheu, videte; judicavit inclytum judicium
Inter deas tres aliquis, quo judicio Lacedæmonia
Mulier, *furiarum una*, adveniet.

Hæc igitur Helena tamquam furia quædam, multum a puellis mulieribusque, partim ob miseras civium cædes, partim ob servitutem expugnata urbe sibi impositam defleta, a Jove hospitali (qui Paridem, in qua muliere peccaverat, eadem et ulcisci vellet) ducta vel missa dicitur, Priamidis autem δύσεδρος καὶ δυσόμιλος, quia id ipsum, quod sedem Trojæ cepisset, et in Trojanorum consuetudinem venisset, exitium iis afferebat.

759. sqq. *παλαίφατος—αἰεί. Vetus autem et antiquum inter homines dictum s. sententia obtinet, summam hominis et perfectam felicitatem parere quidem, nec sine liberis occidere, sed ex bona illa fortuna generi ingentem miseriam progigni. Ego vero ab his, qui ita sentiunt, secedo, propriamque sententiam sequor. Nam impium facinus quidem plura deinceps facinora parit, suæ stirpi similia. Sed ædium justitiam colentium æterna bonorum liberorum sors est;* h. e.

Βροτοῖς γέρων λόγος
Τέτυκται, μέγαν τελε-
σθέντα φωτὸς ὄλβον
Τεκνοῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν,
'Εκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει
Βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν.
Δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί.
Τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
Μετὰ μὲν πλείονα τίκτει,
Σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.
Οἴκων δ' ἄρ' εὐθυδίκων
Καλλίπαις πότμος αἰεί.
Φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις στρ. δ'.
Μὲν παλαιὰ νεά-
ζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν
Ὕβριν, τότ' ἢ τόθ', ὅταν

767. τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον] Vulg. metro adversante τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον. Transpositionem metro pariter ac structuræ verborum utilem suaserunt Pauwius Heathiusque. 770. δ' ἄρ'] Sic auctore Stanleio necessario emendandum fuit. Vulgato enim γὰρ nullus hic locus est. 775. τότ' ἢ τόθ' ὅταν] Metrum versi-

ubi justitia colitur, ibi nulla alia quam bona et honesta [illegible]

762. ὄλβον [illegible] mate hic distinxerunt, quasi h. l. de felicitate conjugum [illegible] ageretur, quod a [illegible]

768. μετὰ h. l. ut recte animadvertit Heathius, absolute positum; i. q. [illegible]

772. sqq. φιλεῖ—τοκεῦσιν. *At solet* [illegible] *malis* [illegible] *injuriam parere; serius ocius, cum hora* [illegible] *advenerit, recentem* [illegible] *invincibilem,* [illegible] *impiam dæmona, audaciam, atras ædibus noxas, parentibus similes.*

ὕβρις παλαιὰ est *vetus injuria*, s. *insolentis petulantiæ primum facinus*, quo quis [illegible] læsit. Ita in Paride ὕβρις παλαιὰ erat Helenæ raptus, et juris hospitii, quo eum Menelaus exceperat, violatio.

νεάζουσα ὕβρις, *nova injuria*, veteris quasi filia s. ex illa erumpens; ut Paris injuriam alienæ uxoris abactæ, bello [illegible] injuria defendebat.

775. sq. τότ' ἢ τόθ', ὅταν τὸ κύριον μόλῃ. Deus nimirum insolentiæ [illegible] instituit, ut ex ea majora et audaciora facinora erumpant, quæ certo tempore, certam perniciem af-

Τὸ κύριον μόλῃ,
Νεαρὸν φύουσα κότον,
Δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον,
Ἀνίερον, θράσος,
Μελαίνας μελάθροισιν ἄτας,
Εἰδομένας τοκεῦσιν.

culi ita sublevat Pauwius, ut reponat ὁππόταν; quod quidem melius certe, quam alterum ab eo propositum, τότ' ἢ τόθ' ἄρ' ὅταν. 777. νεαρὸν φύουσα κότον] In edd. est νεαρὰ φάους κότον, quod aperte corruptum et a nemine interpretum explicatum est. Heathius emendabat Νεαρὰ φύει κότον. Nobis vero ad vestigia scripturæ propius accedere sensuique et perpetuitati verborum melius respondere videtur νεαρὸν φύουσα κότον, quod tantisper in textum recepimus, donec e codicibus forte meliora quis eruerit. 781. εἰδομένας] Edd. habent εἰδομέναν. Pauwius ad h. l. " εἰδομέναν, inquit, vitium contraxit; nihil enim habet quo referatur, et ubi tot alia intercedunt, νεαρὰ εἰδομέναν τοκεῦσιν non potest copulari, ut παλαιὰ νεάζουσαν paulo ante; scribendum est vel εἰδόμενον, quod ἀνίερον θράσος respiciat, vel Ἀνίερον θράσος Μέλαιναν μελάθροισιν ἄταν, Εἰδομέναν τοκεῦσιν." Operant. Diversa hæc vindictæ divinæ tempora pulchre notantur Choëph. v. 56. sqq.

777. νεαρὸν φύουσα κότον. Hæc lectio, quam pro vulg. eaque corrupta νεαρὰ φάους κότον e conjectura substituimus, optimum sane sensum præbet. *Vetus injuria*, ut Paridis Helenam rapientis, *novam injuriam*, bellum injustum parit, νεαρὸν φύουσα κότον, *propterea quod novam iram gignit*, ejus nimirum, cui prior injuria molesta fuerat, ut h. l. Menelai, quem nisi Helenæ raptus ad iram concitasset, Paris quoque bello injusti facinoris causa gerendo supersedere potuisset.

Fortasse autem Æschylus, ubi nunc perperam legitur νεαρὰ φάους κότον, scripserat

νεαρὸν φάει σκότον,

quod, si verum esset, apte satis hunc in modum explicari posset: *Solet autem vetus injuria in malis hominibus novam injuriam parere, suo tempore, cum hora fatalis ingruerit, novas luci tenebras*, h. e. quæ pristinam felicitatem infortunio et clade obumbratura sit. Sæpe enim apud nostrum φῶς de felicitate, σκότος de interitu, pernicie, usurpatur. Quod quidem bene responderet versiculi 780. sententiæ, ubi nova illa ὕβρις et θράσος dicuntur μέλαιναι μελάθροισιν ἄται.

779. θράσος h. l. est imman[illegible] facinorosorum hominum audacia et impudentia, quæ eos ad quidlibet audendum promptos et paratos reddit. Hæc altera est primæ ὕβρεως filia. Δαίμονά τε enim conjungendum est cum νεάζουσαν ὕβριν. Sed omnino cum h. l. diligenter comparandi sunt v. 226—230.

780. μελαίνας μελάθροισιν ἄτας. H. e. *atram* aliquando domui, s. universæ genti, *perniciem allaturæ*.

781. τοκεῦσιν pro singulari τοκεῖ. Intelligit nempe παλαιὰν illam ὕβριν, quam supra v. 232. παρακοπὰν πρωτοπήμονα appellaverat, e qua tanquam matre gignuntur νεάζουσα ὕβρις, et θράσος; utraque filia matris ingenium referente.

Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν ἀντιστ. δ'.
Δυσκάπνοις δώμασι,
Τὸν δ' ἐναίσιμον τίει
Βίον. Τὰ χρυσόπαστα δ' ἑ-
σθλὰ σὺν πίνῳ χερῶν
Παλιντρόποις λιποῦ-
σ' ὄμμασιν ὅσια προσέβα, τοῦ * *

timum vero, quod et Heathio visum, rescribere εἰδομένας. Sensus est: *Vetus injuria novam parit, generans nimirum odium s. vindictæ cupiditatem* (κότον), *et audaciam* (θράσος), *atras ædibus noxas parentibus similes.* 783. δώμασι] δώμασιν mavult Pauwius, ut Creticus magis appareat. 788. προσέβα τοῦ] Ex opposito strophes versiculo colligitur post τοῦ deesse vocabulum dissyllabum; vel in τοῦ aliam vocem latere, quæ anapæsti aut dactyli mensuram expleat. Si illud verum sit, excidisse putem epitheton, genitivo casu elatum, et cum πλοῦτου construendum; sin hoc, periit substantivum dativi casus, v. c. τεμένη (*templa*) aut ejusmodi aliud, quod ad προσέβα referendum erat. Equidem in hanc partem pronior sum. Sed absque codicum subsidio definiri nihil potest. Pauwius pro τοῦ emend. τὰν, quod amplexus est Heathius. Quod si sequaris, delendum est in strophico

782. sqq. δίκα δὲ—βίον. *Justitia autem in fumosis ædibus splendet, justamque vivendi rationem colit.* Pulcherrimum paupertatis cum abstinentia et justitia conjunctæ elogium.

λάμπει—ἐν δυσκάπνοις. Quamquam in justorum hominum ædibus, non aurea splendent lacunaria, sed potius parietes fumo nigrantur, justitia tamen dominorum decoro in iis lumine splendet, iisque veriorem ac durabiliorem laudem conciliat.

785. sq. τὰ χρυσόπαστα δ' ἐσθλά. Quid hoc est: *bona auro variegata?* Stanleius liberius, quam verba ferunt, vertit, *aureorum vero thalamorum præclara*, nec id quidem satis commode. Itaque certissimum videtur nobis, hoc modo legendum esse:

τὰ χρυσόπαστα δ' ἕδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν—

h. e. *Justitia aversis oculis relinquit sedilia divitum injustorum auro picta cum sordibus manuum*, s. quæ absque injustis ac sordidis quæstibus non constant. Pollux memorat χρυσοπάστας στρωμνὰς lib. x. segm. 43. Quidni igitur bene quoque dicantur ἕδεθλα χρυσόπαστα, *sedilia stragulis auro pictis strata*, vel *sedilia inaurata?* Elegantissimam vero hanc imaginem esse, quis neget?

788. ὅσια προσέβα τοῦ * *. Sic in τοῦ vocabulum τεμένη statuamus, justitia dicetur *sancta* et ab omni peccatorum labe immunis ad deorum *templa accedere*; quo quidem nihil dici poterat nobilius. Eadem sententia illis Persii versibus divinitus profecto dictis inest:

Compositum jus fasque animo, *sanctosque* recessus
Mentis et incoctum generoso pectus honesto,
Hæc cedo ut *admoveam templis* et farre litabo.

Δύναμιν οὐ σέβου-
σα πλούτου παράσημον αἴνῳ·
Πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ.

ΧΟΡΟΣ. ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ΧΟΡΟΣ.

ΑΓΕ δὴ, βασιλεῦ, Τροίας πολίπορ-
θ', Ἀτρέως γένεθλον,
Πῶς σε προσείπω; πῶς σε σεβίζω
Μήθ' ὑπεράρας, μήθ' ὑποκάμψας
Καιρὸν χάριτος;
Πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι
Προτίουσι, δίκην παραβάντες.
Τῷ δυσπραγέοντι δ' ἐπιστενάχειν

ἄμαχον, quod nolim. 797. τὸ δοκεῖν εἶναι] Stanl. hoc sic accepit q. d. τὸ δοκεῖν προτίουσι τοῦ εἶναι. Abreschio placet τὸ δοκεῖν εἶναι pro *esse videri* positum esse. Cui assentior, nisi forte εἶναι prorsus delendum fuerit. Intelligi enim necessario debet post προτίουσι, non scribi, ideoque fieri potest ut e glossemate adjectum sit. 799. δυσπραγέοντι] Ita de Grotii sententia pro vulg. δυσπραγοῦντι rescribendum fuit, ob metrum anapæsticum.

789. sq. δύναμιν—αἴνῳ. *Potentiam divitiarum vituperio notatam*, i. e. malis artibus quæsitam, *minime colens*. Ita rectius vertas, quam cum Heathio: *laudibus celebrari solitam*.

791. πᾶν νωμᾷ. *Omnia ad exitum dirigit, in omnibus finem respicit.*

IN SCENAM IX.

v. 792—860.

794. sqq. πῶς σε—χάριτος. *Quomodo te honorem neque ultra id quod decet excurrens, neque intra decori limites subsistens*; ducta similitudine ab iis qui in stadio currunt. Nempe Chorus nec invidere laudibus regis nec nimium assentari cupit.

796. sqq. *Multi mortalium id quod justum est prætergressi, videri quam esse malunt*; simulata potius quam vera benevolentia utuntur. *Sic nemo non infelicibus adgemere paratus est, cum interim nullum veri doloris morsum animo accipiat? ac similiter cum gaudentibus gaudent, vultus minime ad risum compositos ridere cogentes.* Hic aperte Chorus Clytæmnestram figit, cujus fictam e reditu Agamemnonis lætitiam jam cognoverat spectator, et paulo post magis etiam cogniturus erat.

Πᾶς τις ἕτοιμος· δῆγμα δὲ λύπης
Οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσικνεῖται·
Καὶ ξυγχαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
Ἀγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι.
Ὅστις δ' ἀγαθὸς προβατογνώμων,
Οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτὸς
Τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας
Ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι.
Σὺ δέ μοι τότε μὲν στέλλων στρατιὰν
Ἑλένης ἕνεκ', οὐ γὰρ ἐπικεύσω,
Κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος,
Οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,
Θράσος ἀκούσιον

800. δῆγμα] In Victor. erat δεῖγμα. Sed jam Steph. vidit veram esse lectionem δῆγμα, quæ est apud Stobæum. 802. Male apud Stobæum legitur: Καὶ νυκτὶ δὲ χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς Ἀγέγας τὰ πρόσωπα βιαζόμενοι. 804. προβατογνώμων sine causa suspectum Pauwio, et quod is tantum non verius existimat, προφατογνώμων, vocabulum ne græcum quidem, ac prorsus nihil est. 809. οὐ γὰρ ἐπικεύσω] Tertius hujus anapæstici pes (γᾰρ ἔπῐ) utpote tribrachys metrum turbat. Heathii correctio οὐδ' ἄρ' ἐπικεύσω ad sensum incommoda est. Malim οὔτι γὰρ ἐπικεύσω, ut tertius pes sit proceleusmaticus, quem anapæsticos versus interdum ingredi constat. Pauwius vel οὐ γάρ τ' ἐπικεύσω, vel οὐ γὰρ ἐπικρύψω substituendum existimabat. 811. οἴακα νέμων] Lapsus est Stanleius existimans mediam in οἴακα corripi, ideoque οἴακα νωμῶν uti Sept. adv. Theb. v. 3. rescribendum esse. Atqui cum idem ille locus ad quem provocabat, mediam in οἴακα produci, docere poterat. 812. ἀκούσιον] Hoc vulgato ἑκούσιον, metro et sententia

804. προβατογνώμων, quia rex cum pastore, subditi cum ovibus comparantur, est is qui *civium ingenia et mores bene internoscit.* Talem igitur negat Chorus fugere posse oculos hominis, qui videantur ex animi benevolentia lacrymis amorem significantibus blandiri. Nempe ὑδαρὴς φιλότης non est, quod Stanl. in versione reddidit, *falsa ac non sincera amicitia*, sed benevolentia humore ex oculis stillante prodita. cf. v. 280. sq.

807. Quæ sequuntur bene Choricorum sincerum animum et ab omni assentandi studio remotissimum declarant. *Tu autem*, inquiunt, *illo tempore Helenæ causa exercitum ducens (non enim celabo) admodum odiosis coloribus pictus ac deformatus eras*, magna rumoris invidia flagrabas, *utpote qui male animum gubernasses, cum hominibus ad mortem destinatis virtutem involuntariam* (nam ipsi certe bello muliereulæ causa gesto libentius caruissent) *afferres*, i. e. eos fortiter bellare cogeres.

Ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων.
Νῦν οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενὸς, οὐδ' ἀφίλως
Εὔφρων τις πόνος εὖ τελέσασιν.
Γνώσῃ δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
Τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
Πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Δίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
Νόστου, δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου. Δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ
Κλύοντες, ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς

postulante, Cantero, Stanleio Pauwioque suasoribus, præferendum duxi. 815. **πόνος**] Perperam Pauwius corrigit πόθος.

814. sq. νῦν—τελέσασιν. Heathius vertit: *Nunc vero neque perfunctorie, neque parum amice, labor hic benevole vos salutandi ac deducendi vobis impenditur feliciter hoc incepto defunctis.* Ego vero πόνος de laboribus bellicis, quibus jam defuncti erant milites, capio; et hoc modo interpretor: Olim quidem, cum bellum suscipiebas, ingratum illud militibus, teque ideo invisum iis fuisse meminimus; *nunc vero* militibus hoc bello *feliciter* et gloriose *defunctis non leviter nec sine benevolentia* in te, ducem ac regem suum, quem ut victorem amant ac reverentur, *gratus est* exhaustus militiæ *labor*.

816. sqq. γνώσῃ—πολιτῶν. *Jam vero tempori cognosces, ubi inquirere volueris,* quis civium juste, quis immoderate se gesserit in civitate. οἰκουρεῖν πόλιν h. l. non est *administrare*, sed tantum *versari in civitate.* Callide tamen ambiguitate verbi utitur Chorus, ut et reginæ et Ægisthi mores notet, neque tamen eos aperte prodat.

819. sqq. Primum omnium Agamemnon ait, fas esse patriam deosque indigetes salutare, qui se in reditu et in pœna de urbe Priami exigenda adjuverint. *Dii enim,* inquit, *quibus non opus erat, causam* Trojanorum *ab ore* causidicorum pendentes *cognoscere,* sed qui ipsi suapte sponte satis, quid meriti essent, intelligebant, *haud divisa sententia calculos, Trojæ interitum cum multis cædibus conjunctum* decernentes, *in cruentam urnam conjecerunt; ad alterum autem vasculum,* in quo absolventium suffragia esse debebant, *spes manus,* calculos scil. educturæ, *accessit,* sed *ita, ut non impleretur, ut vacua recederet,* h. e. in altero vasculo ne unus quidem calculus reperiebatur, quia omnes dii Trojam condemnaverant, nemo absolvendam esse censuerat. Ita quidem imago pulcherrime inchoatur et perficitur, quam

Ἐς αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως
Ψήφους ἔθεντο· τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει
Ἐλπὶς προσήει χειρὸς οὐ πληρουμένη.
Καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις.
Ἄτης θύελλαι ζῶσι· συνθνήσκουσα δὲ
Σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς.
Τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν
Τίνειν· ἐπείπερ καὶ παγὰς ὑπερκότους
Ἐπραξάμεσθα, καὶ γυναικὸς οὕνεκα

826. *χειρὸς—πληρουμένη*] Vulgo editum *χειρὸς—πληρουμένῳ*. Stanl. emendandum putabat *χειλὸς*, prorsus a vero verborum sensu aberrans. Haud magis audiendus est Pauwius, scribendum opinatus *ἐλπὶς προσήει χῆρος οὐ πληρουμένῳ*, enallage generis in *χῆρος ἐλπὶς* admissa. Cl. le Grand, pro *χειρὸς*, *χωρὶς* legendum arbitratur, quod quo modo commode explicandum sit, nec ipse dixit, nec ego exputo. Sed *χειρὸς* bene habet; *πληρουμένῳ* vero vitiosum est, idque levi medela sanavimus. Sed consule commentar. 827. *καπνῷ δ' ἁλοῦσα*] Minime committendum, ut *καπνοῦθ' ἁλοῦσα*, quod placet doctissimo le Grand, recipiamus. Multo enim elegantior vulgata: *Fumo autem etiamnum insignis est urbs*, s. locus ubi Troja fuit. 828. *ζῶσι*] Stanl. transtulit quasi legeretur *ζέουσι*, quod metrum tamen non admittit. 831. *ὑπερκότους*] Si *παγὰς* ab Æschylo est, assentior Heathio *ὑπερκόπους* emendanti. Sed si in codice aliquo inveniretur *δίκας ὑπερκότους*, hoc sane præferrem. 832. *ἐπραξάμεσθα*] Recte hoc restituit Stanl. Antea perperam *ἐπραξάμεθα*. Illud Atticum est, et metri causa necessarium.

vulgata lectio *πληρουμένῳ* deformat et obscurat.

827. sqq. *καπνῷ—πνοάς*. *Fumo autem etiamnum insignis est locus, ubi Troja fuit. Vigent calamitatis procellæ; et moriens cinis pinguem divitiarum nidorem exhalat, s. tanquam extremum halitum efflat.* Gravissima sententia, altique sensus plena! *πλούτου πίονες πνοαὶ*, quia in magnæ urbis incendio, multum olei, multum vini, frumenti, pecoris absumitur, quarum opum nidore flamma quasi ungitur. *συνθνήσκουσα* vel pro simplici *θνήσκουσα*, vel i. q. *simul moriens*; non autem *commoriens*, hoc sensu enim *σὺν* nec ad urbem nec ad divitias satis commode refertur.

831. *παγὰς ὑπερκότους*. Si lectio genuina sit, *sævas insidias*; sin *ὑπερκόπους* legas, *dolos nimium prementes* s. *prægravantes*.

832. sqq. *καὶ—τυραννικοῦ*. *Et mulieris causa urbem vastavit Argivum monstrum, equi* scil. Trojani s. Duratei *pullus, armatus miles, saltum edens*, saltu irruens *circa Pleiadum occasum*, adeoque turrim s. muros *supersiliens leo crudelis multum regalis sanguinis linxit*. Hoc loco si nihil a librariis turbatum videatur, *Ἀργεῖον δάκος* cum Heathio de militibus equo Trojano inclusis accipiendum est; ut ab Eurip. Troad. v. 224. Ulysses dicitur *παράνομον δάκος*. Idem deinde explicari censendum est per *ἀσπιδηστρόφος λεώς*, qui audaci figura appelletur *ἵππου νεοσσὸς*, *pullus equi* Trojani; ut in

Πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος,
Ἵππου νεοσσὸς, ἀσπιδηστρόφος λεὼς,
Πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν·
Ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων
Ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.
Θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροίμιον τόδε·

334. *ἀσπιδηστρόφος λεὼς*] Hunc locum ex parte quidem sanasse videtur Stanleius, conjiciens Æschylum scripsisse ἀσπιδηστρόφου ϖλέως, quemadmodum Virgilius: *uterumque armato milite complet.* Sed aliud vitium in textu reliquit, quod ipsum correctioni ceteroquin elegantissimæ multum officit. Prorsus igitur sic emendandum censeo:

Ἵππος νεότητος ἀσπιδηστρόφου ϖλέως,

vel, si quis anapæstum in secunda senarii regione pati nolit: hoc modo:

Νεότητος ἵππος ἀσπιδηστρόφου ϖλέως.

Ex νεότητος facile νεοττὸς, ex hoc νεοσσὸς fieri potuit. Plura dabimus in Commentario ad h. l.

Ennianis versibus a Macrobio laudatis (hosce versiculos Cel. Heynius numeris suis restituit ad Æn. Virgil. vi. 155.):

Nam maximo saltu superavit
Gravidus armatis equus,
Qui suo *p a r t u* ardua perdat Pergama.

Partum quoque equi Duratei inclusos in eo Danaos vocat Lucretius i. 477. Attamen h. l. Ἀργεῖον δάκος ut apud Virgil. Æn. ii. 245. *infelix monstrum*, aptius de ipsa equi illius immani mole, quam de inclusis militibus dictum fuerit. Et ἵππου νεοσσὸς ita ut h. l. collocatum, nescio quomodo frigidum dictionis tumorem præ se ferre videtur. Si igitur, quod in V. L. proposui, reponatur:

Νεότητος ἵππος ἀσπιδηστρόφου ϖλέως,

elegantius verba decurrent, et verius ornabitur sententia. Quid? quod hoc modo proxime ad illorum similitudinem accedent Virgilii versus:

Quum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama, et armatum peditem gravis attulit alvo.

Æneid. vi. 515. cf. ii. 234.

834. λεώς. Nova hac metaphora vel equus Trojanus denuo vel Græcorum exercitus notatur. Si cui tamen transitus ad hanc metaphoram, præcedente illo ἵππου νεοσσὸς, asperior videatur, ei auctor sum, ut duo istos versiculos:

Ἵππου νεοσσὸς ἀσπιδηστρόφος λεὼς
Πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν,

ex alia quadam Tragœdia huc translatos esse dicat. Saltem plena esset sententia, si hoc modo noster scripsisset:

καὶ γυναικὸς οὕνεκα
Πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος·
Ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων
Ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.

Quod si aliquis probaverit, totum illud carmen sic explicari velim, ut nulla prorsus insit fabulæ de equo Trojano notatio; sed ut universe tantum expugnatio urbis poëtico colore adumbrata sit.

838. *Ac diis quidem hoc prooemium prætendi, s. elocutus sum; quæ vero sequuntur, ad ea quæ me ex te audire memini regeram.* Sed versus 839. ita potius videtur legendus:

Τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα μέμνημαι κλύων.
Καὶ φημὶ ταυτὰ, καὶ ξυνήγορόν μ' ἔχεις.
Παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστι συγγενὲς τόδε,
Φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνου σέβειν.
Δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος
Ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμμένῳ νόσον·
Τοῖς τ' αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται,
Καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει.
Εἰδὼς λέγοιμ' ἂν, (εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι
Ὁμιλίας κάτοπτρον,) εἴδωλον σκιᾶς
Δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί.
Μόνος δ' Ὀδυσσεὺς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει,

840. *ταυτὰ* pro eo, quod adhuc edebatur, *ταῦτα*, Stanleio auctore recepi, id quod sensus postulabat. 842. *φθόνου*] Apud Stobæum Serm. 38. legitur *ψόγου*. 844. *διπλοίζει*] Stanl. legi vult *διπλάζει*, sine causa idonea. 847. Vulgo post *λέγοιμ' ἂν* coli signo distinguebatur, et post *κάτοπτρον* omnis interpunctionis nota aberat. Rectius autem, ut fecimus, parentheseos notis includuntur *εὖ—κάτοπτρον*.

τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημ', ὃ μέμνημαι κλύων. *Ista vero ad prudentem tuam animadversionem, quam me audire memini,* eloquar. Repetendum scil. *ἐκτενῶ* post *τὰ δ'*—

841—846. Pulcherrime hos versiculos latino carmine reddidit Grotius :

Paucis ab ommi pectus invidia vacat,
Quoties secundas res amicorum vident;
Plerisque virus malevolæ ægritudinis
Duplicem dolorem corde commoto ciet.
Namque et suis oneratus urgetur malis,
Nec absque gemitu spectat alienas opes.

At in tribus proxime sequentibus verba *εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίας κάτοπτρον* minus recte intellexit vir summus :

Bene nota loquor expertus, impense mihi
Studere visos, nil amicitiæ nisi
Vanæ fuisse specula, et umbræ imagines.

Imo hic verborum sensus est : *Expertus enim dico, quod in eorum consuetudinem tanquam in speculum inspexi, eos qui mihi maxime benevoli videantur, nil nisi umbræ quandam imaginem esse.* *εἴδωλον σκιᾶς* similiter dictum Pindarico illi *σκιᾶς ὄναρ*.

850. sqq. *μόνος—λέγω.* *Solus autem Ulysses, quamquam is invitus* ad bellum *navigabat, semel mihi conjunctus fidelissimi et ad quævis munera prompti socii officium fecit;* (metaphora ab equo petita, quam Germani quoque imitantur dicendo: *er hat getreulich mit mir an Einem Strange gezogen.*) *sive de mortuo, sive de superstite loquar.* Hæc adjiciendo sinceritatem laudis Ulyssi tributæ confirmat, quam ei ne si mortuus quidem fuerit, denegaturum se esse ostendit.

Ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειρασφόρος·
Εἴτ᾽ οὖν θανόντος, εἴτε καὶ ζῶντος πέρι
Λέγω. Τὰ δ᾽ ἄλλα, πρὸς πόλιν τε καὶ θεοὺς,
Κοινοὺς ἀγῶνας θέντες ἐν πανηγύρει,
Βουλευσόμεσθα. Καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον
Ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον.
Ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων,
Ἤτοι κέαντες, ἢ τεμόντες εὐφρόνως
Πειρασόμεσθα πήματος τρέψαι νόσον.
Νῦν δ᾽ ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους
Ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι,
Οἵπερ πρόσω πέμψαντες ἤγαγον πάλιν.
Νίκη δ᾽ ἐπείπερ ἕσπετ᾽, ἐμπέδως μένοι.

ΧΟΡΟΣ. ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. ΚΑΣΑΝΔΡΑ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Κλ. ΑΝΔΡΕΣ πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε,

856. μενεῖ] Stanl. corr. μενῇ. 861. θεοῖσι δεξιώσομαι] Pauwius quærit an scribendum sit, θεοὺς τὰ πρῶτα δεξιώσομαι, vel θεούς γε πρῶτα δεξιώσομαι. Sed salva est vulgata.

853. sqq. τὰ δ᾽ ἄλλα—βουλευσόμεσθα. *De reliquis autem, quæ ad civitatem et deos pertinent, facta in concilio disceptandi potestate consultabimus.* Nimirum κοινὸν ἀγῶνα h. l. ad publicam in senatu vel populi concione deliberationum disceptationem contentionemque, refero; alii, ut Abreschius, ad *ludos publicos* trahunt; hoc sensu: *quod ad reliqua, civitatem et deos, de iis institutis communibus ludis in conventu publico consultabimus.*

855. sqq. καὶ—νόσον. *Et quod quidem bene in rep. se habet,* sana reip. membra, *ut porro in eodem statu maneant, providendum. Quæ autem sanantibus indigebunt remediis, ea benevole vel urentes, vel secantes, noxium conabimur morbum depellere.* Bene ac sapienter regalem in castigandis civium vitiis animum exprimit.

860. *Nunc autem palatium ædesque focis deorum instructas ingrediar, deosque primum salutabo, qui me procul ad* Trojam *missum reduxerunt. Victoria autem ut adhuc nos secuta est, ita perpetuo nobiscum maneat.*

IN SCENAM X.
v. 864—983.

Jam scenam ingreditur Clytæmnestra,

Οὐκ αἰσχυνοῦμαι τοὺς φιλάνορας τρόπους
Λέξαι πρὸς ὑμᾶς· ἐν χρόνῳ δ' ἀποφθίνει
Τὸ τάρβος ἀνθρώποισιν. Οὐκ ἄλλων πάρα
Μαθοῦσ' ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον,
Τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ.
Τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
Ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακὸν,
Πολλὰς κλύουσαν κληδόνας παλιγκότους·
Καὶ τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν κακοῦ
Κάκιον ἄλλο πῆμα, λάσκοντας δόμοις.
Καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν
Ἀνὴρ ὅδ', ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο

872. κληδόνας] Vulgo ἡδονὰς, quod falsissimum est, et jam antequam Stanleius admoneret, ab editoribus corrigendum erat. cf. v. 883. Pro παλιγκότους Heathius mavult παλιγκόπους, *rumores in contrarium tendentes, sibi mutuo contradicentes*. 873, 874. Suspicor hos versiculos olim ita scriptos fuisse :

καὶ τὸν μὲν ἥκειν πῆμα, τὸν δ' ἐπεισφέρειν
κακοῦ κάκιον ἄλλο λάσκοντας δόμοις.

ut post πῆμα e sequentibus ad sensum suppleatur λάσκοντα δόμοις. Certe si vulgata vera est, non ut Stanleius fecit ἥκειν inter duo commata ponendum, quasi significet, *et alium quidem* nuntiare, Agamemnonem *jam advenire*, sed potius post ἥκειν supplendum κακὸν vel πῆμα λάσκοντα. Alter enim nuntiabat regem vulneratum, alter quod majus erat, eum occisum esse. cf. v. 875. sqq. 876. ὠχετεύετο] In edd. scribebatur ῳχετεύετο, errore typogr. e Victor. in reliquas propagato.

multisque verbis fictum mariti absentis desiderium, falsamque ex ejus reditu lætitiam prodit, insidias ei structas magna cum astutia celans.

864. sqq. ἄνδρες—δόμοις. *O cives, senectute inter Argivos venerabiles, me quidem non pudet animum meum viri amantissimum coram vobis declarare; longo enim tempore pudor hominibus evanescere solet. Non ab aliis edocta, sed experta vitam meam, quamdiu ille vir meus ad Ilium fuit, intolerabilem narrabo. Nam primum quidem, mulierem seorsim a viro domi desidere solam ac desertam, terribile malum est : ubi multos sæpe sævos rumores audiat, aliusque veniat calamitatem nuntians, alius malum malo majus narrando superaddat.* Ultima verba καὶ τὸν μὲν, ἥκειν—δόμοις Heathius ita vertit : *Atque hunc quidem rumorem, te venire, illum vero, te cladem calamitate præcedente pejorem ædibus inferre nunciantes.* Quam equidem rationem ob duriores ellipses, et sensum parum idoneum, amplecti non possum. Nisi quis transpositionem vocabuli πῆμα, quam in V. L. suasimus, probet, certe post ἥκειν supplendum erit e sequenti versiculo πῆμα λάσκοντα δόμοις.

875. sqq. καὶ—λέγειν. *Atque hic quidem vir, si tot vulnera accepisset, quot eum*

Φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.
Εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐπλήθυνον λόγοι,
Τρισώματός γ' ἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος,
Πολλὴν ἄνωθεν (τὸν κάτω γὰρ οὐ λέγω
Χθονὸς τρίμοιρον) χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,
Ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

879. γ' ἂν] Obsecutus sum Abreschio, Heathioque, ut sic scriberetur præcipientibus. In vulg. τ' ἂν copula τε prorsus otiosa est. 880. sqq. Sensum his inesse negans Pauwius ita scribendum censet:

Εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐπλήθυνον λόγοι,
Τρισώματός τ' ἂν Γηρυὼν, ὁ δεύτερος·
Πολλὴν τ' ἄνωθεν (τὸν κάτω γὰρ οὐ λέγω
Χθονὸς) τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,
Ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

Sic autem interpretatur: *Si vero fuisset mortuus, ut augescebant rumores, tricorpor Geryon, non potuisset cum eo paria facere, et superus ille, inferum enim non dico, frequentem lænam triparcam se accepisse gloriatus fuisset, semel in forma unaquaque mortuus,* Nobis in loco sane difficili nihil tamen præter vulg. τὴν in τὸν mutandum, et parenthesis non, ut antea fiebat, post χθονὸς, sed post τρίμοιρον claudenda videbatur.

accepisse rumor domum allatus ferebat, profecto, nassula, ut ita dicam, confossior esset.

878. sqq. εἰ δ' ἦν—μορφώματι. *Sin autem toties occidisset, quoties occidisse eum fama percrebuerat, tum ille, tanquam alter Geryon tricorpor, multiplex sibi supra terram (non enim inferum illum tergeminum dico,* sc. Geryonem ab Hercule occisum,) *corpus contigisse, gloriari posset, adeo ut semel in unaquaque corporis forma moreretur.* Hac ratione hujus loci difficultas, prout eum in textu constituimus, optime expediri videtur. Nam illa quidem Heathii explicatio, ne Græcis obscurior sit, nimium vereor: *Si vero tot mortes obiisset, quot multiplicabant rumores, Geryon tricorpor revera secundus, multas a superis, eam enim non dico, quæ sub terra est* (id est, sepulcrum), *triparcas chlamydas accepisse se gloriatus esset.* Nec magis d' Orvillio largior, hic ad trinam apotheosin, nescio quam, ab Æschylo respici, quam nactus fuisset Agamemnon, toties si esset mortuus quoties occubuisse fama fuerat. Etsi autem, si nihil magnopere in textu moveatur, nostram interpretationem lectori satisfacturam puto, cœpi tamen suspicari, totum illum versiculum

πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω,

ab alienis manibus intrusum esse. Fortasse Grammaticus quidam in ora libri adscripserat: Ἀγαμέμνων· τὸν κάτω (nempe Geryonem) γὰρ οὐ λέγει; inde postrema versiculi verba orta esse videntur. Priora autem πολλὴν ἄνωθεν fortasse librarii errori debentur, qui oculis in versiculi 884. initium πολλὰς ἄνωθεν aberraverat. Ejecto igitur illo versiculo, quicquid sit, male saltem tornato, si sic procedat oratio:

Εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐπλήθυνον λόγοι,
Τρισώματός γ' ἂν Γηρυὼν, ὁ δεύτερος
Χθονὸς, τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,
Ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

eleganter sententia sine offensione decur-

Τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων
Πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
Ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης.
Ἐκ τῶνδέ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ
Ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστευμάτων,
Ὡς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε·
Τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεὺς ἀμφίλεκτα πήματα
Ἐμοὶ προφωνῶν, τόν θ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν
Κίνδυνον, εἴ τε δημόθρους ἀναρχία
Βουλὴν καταῤῥίψειε, ὥστε σύγγονον
Βροτοῖσι, τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον.

883. παλιγκότων] Iterum Heathius conj. παλιγκόπων reponendum esse. 885. λελημμένης] Forte verius λελημμένη scil. ἐμοί. 891, 892. In Vict. Cant. Stanl. est τὸν δ' ὑπ' Ἰλίῳ et post κίνδυνον coli signum. Recte vero Pauwius judicavit τόν θ' ex τόν τε legendum, cui altera copula in εἴ τε respondeat, ideoque post κίνδυνον commate tantum interpungendum esse. 893. βουλὴν] Canterus suspicatur antiquam lectionem fuisse βόλον. Abreschius βουλὴν defendit, pro καταῤῥίψειεν utem mavult καταῤῥάψειεν. Neutrum necessarium.

ret: *Sin autem toties mortuus esset, quoties fama ferebat, tanquam alter quidem terræ tricorpor Geryon, gloriari potuisset, triplex sibi corporis indumentum contigisse, semel scilicet in unaquaque forma mortuus.* Germ. *Er müsste als ein zweyter Geryon der Erde drey Leiber gehabt haben, und in jeglichem Leibe einmal gestorben seyn.* Fortasse enim πολλὴν pro genuino haberi, χθονὸς autem ad glossam referri possit, ut v. 881. sic scribatur:

Πολλὴν τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,

quam tamen rationem priori post ponendam censeo.

883. sqq. τοιῶνδ'—λελημμένης. *Ac propter hujusmodi sævos rumores sæpius alii superne*, i. e. in superiori ædium contignatione, ubi fere se suspendere solebant vitæ pertæsi *laqueos collo meo solverunt, invita cum deprehenderer.*

886. ἐκ τῶνδέ—τοι. Rectius fortasse legeretur ἐκ τῶν δέ τοι, *iisdem vero etiam ex causis.* Callide Orestis absentiam excusat regina.

890. sq. ἀμφίλεκτα—προφωνῶν. *Ancipitia mihi mala memorans* et ob oculos ponens, quæ accidere possent, vitamque Orestis in summum discrimen adducere.

893. βουλὴν καταῤῥίψειεν. Male int. Heathius: *ausum aliquod periclitaretur;* verius: *sive popularis quædam seditio senatum deturbaret.*

ὥστε—πλέον. *Sicut mos est mortalium, eum, qui cecidit magis etiam conculcare.* Timendum nempe fuisse ait, ne, si Agamemnon rem male gessisset, aut ipse ante Trojam occidisset, plebs Argivorum seditione facta etiam filium ejus necaret.

Τοιάδε μέν τοι σκῆψις οὐ δόλον φέρει.
Ἔμοιγε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι
Πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι σταγών.
Ἐν ὀψικοίτοις δ' ὄμμασιν βλάβας ἔχω
Τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτηρουχίας
Ἀτημελήτους αἰέν. Ἐν δ' ὀνείρασιν
Λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην
Ῥιπαῖσι θωΰσσοντος, ἀμφί σοι πάθη
Ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου.
Νῦν ταῦτα πάντα τλᾶσ' ἀπενθήτῳ φρενὶ
Λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε τῶν σταθμῶν κύνα,

895. *σκῆψις*] *σκέψις* conj. Pauwius. 902, 903.] Pro *ἀμφὶ σοὶ* Heathius emendandum putat *ἀμφίς σου*, ridiculam sane interpretationem afferens : *A te separata plures molestias experta, quam toto tempore quo una tecum dormiebam* ; in hisque partus dolores respici a regina somniat, quibus nempe majores fuisse eos, quos absente marito pertulerit. 904. *ἀπενθήτῳ φρενὶ*] Pauwio judice hæc vel ad *λέγοιμ' ἂν* trahenda, vel *ἀπορθήτῳ φρενὶ* scribendum esset.

895. *σκῆψις—φέρει.* Falso Stanleius : *Equidem tale monitum non est fraudulentum.* Sensus est : *Et hæc quidem excusatio mea omni dolo vacat.*

896. sqq. *ἔμοιγε — αἰέν.* *Ac mihi quidem* flendo *lacrymarum uberrimi fontes ita exaruerunt, ut ne stilla quidem insit. Pervigilibus autem oculis morbum contraxi, excubias tui causa ad signum e facibus observandum delusas* s. *frustra positas flendo.* Ultima vero verba Heathius hoc modo intp. : *Semper lamentans, quod signa de fortuna ac rebus tuis per faces missa ab excubitoribus neglecta putabam.* Parum commode. *Speculationes* s. excubiæ dicuntur *inhonoratæ* s. *neglectæ*, propterea quod is, cujus causa positæ erant, nimis diu exspectationem deluderat.

900. sqq. *ἐν δ' ὀνείρασιν—χρόνου.* *In somniis vero a tenui culicis murmurantis strepitu excitabar, plures* scil. per quietem, *quæ tibi acciderent, calamitates videns, quam per tempus una dormiens fieri possent.* *ξυνεύδων χρόνος* poëtice dicitur *tempus quod inter dormiendum præterlabitur.* Notum vero est, in somniis propter celeritatem imaginandi multa nobis visa occurrere, quæ, si vere accidissent, multo longius temporis spatium, quam paucæ illæ somni horæ dum ea gererentur, effluxisset.

904. *ἀπένθητος φρὴν*, *defæcatus animus, omni tristitia liberatus*; idque adeo non ad *τλᾶσα*, sed ad *λέγοιμ' ἂν* referendum.

905. sqq. Ut lætitiam suam uberius declararet regina, astute multas caritatis similitudines cumulat. *Dicere*, inquit, *licet, virum meum mihi idem esse,* quod *stabulis* ovium *canem*, *navi servantem funem* anchorarium, *altis ædibus fulcientem columnam, patri unicum filium, nautis tellurem insperato, visam, diem* serenum et *adspectu pulcherrimum e tempestate* exorientem, *viatori denique sitienti fontis laticem.*

Σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
Στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρὶ,
Καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,
Κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
Ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.
Τερπνὸν δὲ τἀναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν.
Τοιοῖσδε τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.
Φθόνος δ' ἀπέστω· πολλὰ γὰρ τὰ πρὶν κακὰ
Ἠνειχόμεσθα· νῦν δ' ἐμοὶ φίλον κάρα
Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μὴ χαμαὶ τιθεὶς
Τὸν σὸν πόδ', ὦ 'ναξ, Ἰλίου πορθήτορα.—
Δμωαὶ, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος
Πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν;
Εὐθὺς γενέσθω πορφυρόστρωτος πόρος,
Ἐς δῶμ' ἄελπτον ὡς ἂν ἡγῆται δίκη.
Τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη

906. Σωτῆρα ναὸς πρότονον] Distinctionem ed. Victor. σωτῆρα ναὸς, πρότονον ὑψηλῆς etc. falsam esse jam vidit Canterus, nihilo secius ab eo et sequentibus editoribus in textu servatam. 907. ποδήρη corruptum existimabat Heathius, curis tamen posterioribus meliora edoctus. 912. τοιοῖσδε τοί νιν] Vulg. τοιοῖσδε τοίνυν. Pauwius conj. τοιοῖσδε τοίνυν σ'. Heathius vulgatam defendit, quia σὲ facile subintelligi possit. Verum h. l. Clytæmnestra non alloquitur Agamemnonem, sed de eo tertia persona usa loquitur; quod facile patet e comparatione v. 905. λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε—. Quæ sententia hic aliis verbis enuntiatur. Itaque sine dubio verum est, quod reposuimus τοί νιν. 916. ὦ 'ναξ] Hoc modo scribendum fuit, Pauwio Heathioque monentibus, ne versus claudicaret. Vulg. ἄναξ. πορθήτορα] Cl. Valckenaer ad Eurip. Phœniss. v. 854. corr. πορθήτορος. Vulgatam tamen cum Heathio veram puto.

916. ποδ'—Ἰλίου πορθήτορα. *Pedem tuum*, qui Trojam tamquam stantem columnam *proruit*; generosa imagine poëtæque nobili spiritu digna.

918. πετάσμασιν. "Mos antiquus, vestibus stragulis viam honoris causa insternere, cujus apud plures fit mentio. Plutarch. in Catone Utic. προσπέμφθη δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποτιθέντων ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι. Videsis 2 Reg. ix. 13. Matth. xxi. 18." *Stanl.*

920. δίκη. "Verte: *ut jus fasque* (i. e. ut debiti honores) *eum in domum insperatam deducant.* Palam de honoribus Agamemnoni pro dignitate tribuendis loquitur Clytæmnestra, secretius autem Justitiam Iphigeniæ cædem ulturam intelligit." *Heath.*

921, 922. His verbis eadem, quam

Θήσει δικαίως ξὺν θεοῖς εἱμαρμένα.
Ἀγ. Λήδας γένεθλον, δωμάτων ἐμῶν φύλαξ,
Ἀπουσίᾳ μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ·
Μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας· ἀλλ' ἐναισίμως
Αἰνεῖν, παρ' ἄλλων χρὴ τόδ' ἔρχεσθαι γέρας.
Καὶ τἄλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ
Ἅβρυνε, μηδὲ, βαρβάρου φωτὸς δίκην,
Χαμαιπετὲς βόαμα προσχάνῃς ἐμοὶ,
Μήδ' εἵμασι στρώσασ' ἐπίφθονον πόρον
Τίθει· θεούς τοι τοῖσδε τιμαλφεῖν χρεών·
Ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν
Βαίνειν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου.
Λέγω, κατ' ἄνδρα, μὴ θεὸν σέβειν ἐμέ.
Χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ τῶν ποικίλων
Κληδὼν ἀΰτεῖ· καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν
Θεοῦ μέγιστον δῶρον. ὀλβίσαι δὲ χρὴ
Βίον τελευτήσαντ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ.
Εἰ πάντα δ' ὣς πράσσοιμ' ἂν, εὐθαρσὴς ἐγώ.
Κλ. Καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.

929. προσχάνῃς] Non est sollicitandum; nec ullius pretii est, quod Pauwius affert, προσισχάνῃς. 940. καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ] Inutiliter ac sine causa corrigi vult Heathius recte v. 920. observavit, ambiguitas inest, consulto ab regina quæsita.

923. In sequentibus poëta prudentissime effecit, ut Agamemnon, cum honores ab uxore sibi oblatos anxie deprecatur, quasi præsagire impendentem sibi mortem videatur.

924. sq. ἀπουσίᾳ—ἐξέτεινας. Cave ne in his garrulitatem uxoris carpi putes. Nihil enim aliud significat Agamemnon, quam æquum et justum fuisse, multis verbis ab ea lætitiam exprimi, quam e mariti per tot annos absentis reditu perceperit.

925. sq. ἀλλ' ἐναισίμως—γέρας. Modestiæ causa, non reprehensionem uxoris dictum.

927. sq. μὴ—ἅβρυνε. *Noli me muliebri more*, h. e. quasi mulier sim, *molliter ac delicate tractare.*

928. sq. μηδὲ—ἐμοί. *Neque vero me tanquam barbarum regem prostrata clamore incondito salutes.* q. d. χαμαιπετὴς βόαμα προσχάνῃς ἐμοί; epitheto quod personæ conveniebat ad actionem translato, ut sæpe.

934. μὴ θεόν. i. q. μὴ ὡς θεόν.

935. sq. χωρὶς—ἀΰτεῖ. *Absque pedum substragulis pictisque tapetibus satis fama mea clamat.*

Ἀγ. Γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ.
Κλ. Ηὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε;
Ἀγ. Εἴπερ τις, εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος.
Κλ. Τί δ' ἂν δοκεῖ σοι Πρίαμος εἰ τάδ' ἤνυσεν;
Ἀγ. Ἐν ποικίλοις ἂν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ.
Κλ. Μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθεὶς ψόγον . . . .
Ἀγ. Φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει.
Κλ. Ὁ δ' ἀφθόνητός γ' οὐκ ἐπίζηλος πέλει.
Ἀγ. Οὔτοι γυναικός ἐστιν ἱμείρειν μάχης.
Κλ. Τοῖς δ' ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.
Ἀγ. Ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος τίεις;
Κλ. Πιθοῦ· κράτος μέντοι πάρες γ' ἑκὼν ἐμοί.
Ἀγ. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας
Λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.
Σὺν ταῖσδε μ' ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν θεῶν

Heathius: *καὶ μὴν τόδ' εἶπες δὴ παρὰ γν. ἐμοί.* q. d. *Atqui hoc quidem dixisti præter opinionem et contra sententiam meam.* Imo Clytæmnestra hoc dicit: *Atqui*, quamquam hæc, quæ de moderato fortunæ usu dixisti, verissima sunt, *noli tamen ea adversus sententiam meam dicere*, ut per stragula picta incedere recuses. Respondens Agamemnon negat se commissurum, ut propter uxoris studium sententiam mutet. 943. τέλος] θέλων corr. Pauw. γ' ἔπος Heath. 944, 945. δοκεῖ—δοκεῖ] Utroque loco in edd. est δοκῇ. Priore jam Stanl. correctum volebat, sed altero quoque corrigendum. Repugnant Pauwius Heathiusque, quia non viderunt particulam ἂν h. l. non ad δοκεῖ, sed ad infinitivum pertinere, priore versiculo suppressum, posteriore diserte enuntiatum, cui scil. futuri obliqui significationem addit. Quærit enim Clytæmnestra: *Quid tibi videtur Priamus facturus fuisse, si superior discessisset? τί σοι δοκεῖ ἂν* scil. *ποιῆσαι.* Respondet Agamemnon: *Utique mihi videtur in pictis tapetibus ambulaturus fuisse, βῆναι ἄν.* 946. αἰδεσθεὶς] Minime cum Stanleio et Pauwio reponendum αἰδεσθῇς. Refertur enim participium illud ad

943. τέλος ἐξείπειν significare potest, *ultimam sententiam dicere, in qua perseverandi animus sit.*

946. ψόγον . . . Istud Clytæmnestræ dictum interpellat Agamemnon sequentibus verbis: *Atqui rumor* malus *popularis multum* ad noxam *valet.*

949. μάχης ut postea v. 951. de *altercatione s. disputandi concertatione.*

953. sq. ὑπαί τις—ποδός. Non ut lat. intp *solvat aliquis calceos ocyus illiberum facientes incessum pedum*; sed πρόδουλος ἔμβασις appositionis figura additur vocabulo ἀρβύλας, notatque *calceos pedibus inservire, ut hi illis insistant*; q. d. *serviens pedis indumentum.*

955. σὺν ταῖσδε. Sic auctore Heathio rescribendum fuit pro vulg: σὺν τοῖσδε.

Μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος.
Πολλὴ γὰρ αἰδὼς δωματοφθορεῖν, ποσὶν
Φθείροντα πλοῦτον ἀργυρωνήτους θ' ὑφάς.
Τούτων μὲν οὕτως· τὴν ξένην δὲ πρευμενῶς
Τήνδ' ἐσκόμιζε. Τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς
Θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται.
Ἑκὼν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ.
Αὐτὴ δὲ πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον
Ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο.
Ἐπεὶ δ' ἀκούειν σοῦ κατέστραμμαι τάδε,
Εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα, πορφύρας πατῶν.
Κλ. Ἔστιν θάλασσα (τίς δέ νιν κατασβέσει;)

verbum rectum, quod, quia celerius orationem interrumpebat Agamemnon, proloqui non poterat regina. Atque sic et Heathio visum. 957. πολλὴ γὰρ αἰδὼς δωματοφθορεῖν] In editis erat σωματοφθορεῖν, quod cum alienum esse videret Stanl. suasit ut rescriberetur στρωματοφθορεῖν. Quod quamquam seorsim spectanti valde blanditur, tamen, si cum sequentibus comparetur, tautologiam importat Æschylo minime dignam. σωματοφθορεῖν sic defenditur ab Heathio, ut sit *corpus luxu corrumpere.* Audio. Sed quomodo id cum antecedentibus c o h æ r e a t, quærendum. Jam versu proxime præcedente professus erat Agamemnon, se saltem nudis pedibus tapeta calcaturum, ne deorum invidiam et indignationem adversus se excitaret. Non igitur h. l. conveniebat, ut rex vereretur, ne corpus luxu, sed ne domum fastu suo perderet, ira deorum adversus eam commota. Itaque unice verum videtur δωματοφθορεῖν, e quo propter viciniam litteræ Σ in fine vocabuli αἰδὼς facile σωματοφθορεῖν effecerunt librarii. 959. τούτων μὲν οὕτως] Non placet Pauwii ratio, qui hoc ita explicat, q. d. περὶ τούτων μὲν οὕτως. Scripsisse mihi videtur poëta: τοῦτ' οὖν μὲν οὕτως, vel ταῦτ' οὖν μὲν οὕτως.

Ordo autem verborum hic est: μή τις θεῶν ὄμματος φθόνος πρόσωθεν με βάλοι ἐμβαίνοντα ἁλουργέσιν σὺν τοῖσδε, scil. ἀρβύλαις, ne *qua deorum oculi invidia e longinquo me feriat, si hisce cum calceis purpureis super tapetibus ingrediar.* Male Heathius ἁλουργέσιν cum θεῶν construendum esse censuit. Ut enim v. 961. de benevolo, sic h. l. de malevolo deorum adspectu agitur.

957. sq. πολλὴ—ὑφάς. *Vehementer enim mihi verendum cavendumque est, ne,* sc. odium deorum ex ejusmodi superbia mihi contrahendo, *domum universam meam perdam, si hasce divitias,* pretiosa tapetia, *argentoque multo redemta textilia pedibus* calcando *perdiderim.*

959. sqq. Agamemnon Cassandram, quam secum advexerat, uxoris benevolentiæ commendat, atque ut eam humaniter excipiat petit.

963 αὐτή. Verius forsam αὕτη.

967. Ultima Agamemnonis verba, quibus se victum tandem ab uxore purpurea stragula pedibus calcare dixerat, callide Clytæmnestra arripit, iis, quæ

Τρέφουσα πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον
Κηκῖδα παγκαίνιστον, εἱμάτων βαφάς.
Οἶκος δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς ἄναξ·
Ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ, ἐπίσταται δόμος.
Πολλῶν πατησμὸν δ' εἱμάτων ἂν εὐξάμην
Δόμοισι προὐνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις,
Ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε μηχανωμένη.
Ῥίζης γὰρ οὔσης, φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους
Σκιὰν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός.
Καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν,

968. *ἰσάργυρον*] Sic Salmasius emendavit, elegantissime et ut mihi quidem persuasi, verissime. Vulg. *εἰς ἄργυρον*. 972. *δ' εἱμάτων*] Ineptissimam lectionem *διμάτων* tamen in textu tolerarunt Canterus, Stanl. Pauw. quamvis omnes intelligerent verum esse *δ' εἱμάτων*. 974. *κόμιστρά—μηχανωμένη*] Sic recte emendandum duxit Stanl. vulgatam *κομίστρα—μηχανωμένης*. Abreschii enim correctio *μηχανωμένῃ* aliena ab h. l. est. 975. *ἐς δόμους*] Dubium mihi non est, quin Æschylus h. l. dederit *ἐς κλάδους* vel *ἐς θαλούς*; cf. Comm. Comparationem ad Cassandram pertinebant, omnino præteritis. *Est*, inquit, *mare*, (*quis enim hoc* umquam *exsiccabit?*) *quod multæ purpuræ fucum, quamvis argenti instar pretiosum, tamen semper recentem emittit, quibus vestes tingi possint.*

968. *ἰσάργυρον*. Salmas. ad Solin. p. 593. purpuram eo pretio olim venditam fuisse, firmat verbis Theopompi apud Athen. lib. xii. *ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη.*

969. *κηκῖδα*. Salmas. ibid. interpretatur *στύμμα*, vel *βάμμα*, *fucum, quo lana tingi* potest. Harpocr. *Κηκίς· βάμμα τι καὶ στύμμα, ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν.* (galla qua lanæ olim tingebantur.) Suspicor tamen antiquiorem fuisse hujus vocabuli notionem, qua *quicquid propullulat*, *πᾶν τὸ κηκίον*, significaret. Sic Choëph. v. 241. de *flamma* usurpatur.

970. *οἶκος*. *Ædibus nostris diis dantibus multa talia suppetunt; domusque divitias novit, egestatem nullo modo.*

972. sqq. *πολλῶν—μηχανωμένη*. *Sane, si mihi in oraculorum ædibus hoc edictum fuisset, multas equidem stragulas* pretiosas *vovissem* in deorum templis *conculcandas*, hoc scilicet modo carissimæ *hujus animæ reditum effectura.* *προὐνεχθέντος* scil. *τοῦ χρησμοῦ τοιούτου.* *Δόμοι χρηστήριοι*, *ædes ubi oracula eduntur.* *Κόμιστρα* h. l. dicuntur donaria et vota, quibus prosperum amici reditum impetrare aliquis studet. Abreschius *μηχανωμένης* servandum vel *μηχανωμένῃ* legendum esse putans, h. l. ita vertit: *Si mihi machinanti præmiis donisque scire, an salvus rediturus esses, enuntiatum fuisset et responsum ab oraculo redditum, fore ut te reducem videam, plures vovissem stragulas* conculcandas.

975. *ἐς δόμους*. Nisi potius Æschylus scripserit *ἐς κλάδους*, vel *ἐς θαλούς*, optimum fuerit *ἐς δόμους* cum *ὑπερτείνειν* jungere. *Quousque enim viget arboris radix, folia proveniunt, quæ ante ædes umbram adversus canicularis sideris æstum prætendunt.*

977. sqq. *καὶ σοῦ—ἐπιστρεφωμένου*. *Similiter cum tu ad lares domesticos reverte-*

Θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις δόμοις·
Ὅταν δὲ τεύχῃ Ζεὺς ἀπ' ὄμφακος πικρᾶς
Οἶνον, τότ' ἤδη ψῦχος ἐν δόμοις πέλει
Ἀνδρὸς τελείου δῶμ' ἐπιστρεφωμένου.
Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει·
Μέλοι δέ σοί τι τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν.

ΧΟΡΟΣ. ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΙΠΤΕ μοι τόδ' ἐμπέδως στροφὴ α'.

enim duxit ab arbore, cujus si radix salva fuerit, rami singulis annis foliis vestiuntur, quorum umbra solis ardores defendat. 978. σημαίνεις δόμοις] Turpissimam tautologiam hic invexerant librarii, a nemine adhuc animadversam. In edd. enim erat σημαίνεις μολών; Quis autem non offendatur hac ratione dicendi σοῦ μολόντος θάλπος σημαίνεις μολών. Sæpe autem, præsertim in clausulis versiculorum, accidit, ut librarii, quibus vocabulum aliquod e versibus proxime antecedentibus obversaretur, illud, oblitterato vero, repeterent. Hoc loco autem certissimum est, poëtam scripsisse σημαίνεις δόμοις. Quemadmodum enim sequentibus versiculis dicitur ψῦχος ἐν δόμοις πέλει ἀνδρὸς τ. δῶμ' ἐπιστρεφωμένου, sic h. l. dicendum erat, σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν θάλπος—σημαίνεις δόμοις. Itaque hic non vereor ne quis quod rescripserim δόμοις pro vulg. μολὼν ingenio me plus quam veritati tribuisse queratur. 979. Ζεὺς] Edd. Ζεύς τ'. Copulam, nec ad sententiam, nec ad metrum necessariam, expunximus, jam ab Abreschio Pauwioque damnatam. 981. τελείου] Neminem fore arbitror, cui non miserabile videatur Pauwii commentum, suadentis nobis, ut corrigamus ἀνδρός τ' ἑλείου, q. d. *viri splendidi instar Solis.* Nempe ἕλειος cum sit græce *palustris*, ille ab ἑλίῳ, quod Hesych. interpr. ἡλίου αὐγή, format; nova sane fabricandi arte, sed illi quidem nimium sollemni. 983. σοί τι] Vulg. τί σοι, quod metrum pervertere

ris, hiemali quidem tempore calorem ædibus affers; cum autem Jupiter ex immatura uva vinum parat, tum optimo patrefamilias domum redeunte domus tanquam frigidiore aura recreatur. Pulcherrima comparatione hanc sententiam expressit, mariti reditum nullo non tempore gratissimum ædibus utilissimumque esse. Descriptio illa ὅταν—οἶνον adultam æstatem, quo anni tempore fervidissimi soles esse solent, apte designat.

982. sq. Ζεῦ—τελεῖν. Iterum Clytæmnestra ambiguis verbis prosperum insidiis marito structis exitum precatur.

IN SCENAM XI.

v. 984—1042.

Postquam Agamemnon cum perfida uxore ædes introiit, Chorus periculum, quod ei impendere putat, multo quam ante clarius eloquitur. Ac primum redit ei in memoriam Calchantis oracu-

Δεῖγμα προστατήριον
Καρδίας τερασκόπου ποτᾶται,
Μαντιπολεῖ δ' ἀκέ-
λευστος ἄμισθος ἀοιδὰ,
Οὐδ' ἀποπτύσας, δίκαν
Δυσκρίτων ὀνειράτων,
Θάρσος εὐπιθὲς ἵζει
Φρενὸς φίλον θρόνον; χρόνος δ' ἐπεὶ
Πρυμνησίων ξυνεμβόλοις
Ψαμμίας ἀκάτας πα-
ρῆψεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
Ὦρτο ναυβάτας στρατός.
Πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων ἀντισ. α'.

primus observavit Pauwius. Eidem tamen non concedo pro *μέλλεις* legendum esse *μέλλω*; sic enim insidias marito structas nimis prodidisset Clytæmnestra. Nec magis cum eodem *τελεῖν* in *στελεῖν* mutem; h. l. enim repetitio ejusdem verbi gravitatem habet ac sensum illuminat. 985. *δεῖγμα*] Steph. conj. *δῆγμα*. Stanl. autem *δεῖμα*. Neutrum Codicum lectioni præferendum. 989. *ἀποπτύσας*] *ἀποπτύσαν* conj. Pauw. ut cum *θάρσος* construatur. 991. *θάρσος εὐπιθὲς ἥξει*] *θάρσος εὐπειθὲς ἵζει* idem; sed minus bene. 992. *χρόνος δ' ἐπεὶ*] *χρόνος γ' ἐπεὶ* Pauw. 995. *παρῆψεν*] Vulg. *παρήβησεν*. Stanl. opinabatur *ἐπὶ* pro *ἐπεὶ* legendum, hac interpretatione usus: *tempus diuturnum* (decennale) *putrefecit naves in arenis stantes, ancoris detentas, cum adversus Ilium profecta est classis.* Pauw. emend. *παρ—βησεν* pro *παρέβησεν*. Nos Heathii emendationem in textum adscilum, quod supra jam narraverat v. 124. sqq.

984. sqq. *τίπτε——*. *Quid tandem illud est, quod continuo nobis ostentum illud* (cf. v. 114.) *obversans præcordia circum fatidica volitet, illudque carmen,* Calchantis scil. responsum, quod nos quidem nec postulavimus, nec pretio aliquo elicuimus, h. e. ingratiis, *nobis vaticinetur, neque illud, tamquam somnia quadam explicatu difficilia averruncandi fidens audacia animi sedem accedat*; h. e. neque illud somnii instar averruncare et abjicere fidenter audeamus!

987. sq. *μαντιπολεῖ ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδά*. Germani dicerent: *und warum weissagt mir wider meinen Dank und Willen jener Spruch des Sehers!*

989. *οὐδ' ἀποπτύσας*. Vel h. l. nominativus absolutus, pro *οὐδ' ἐμοῦ ἀποπτύσαντος αὐτὴν* scil. *ἀοιδὰν*, vel legendum *ἀποπτύσαι*, idque cum *θάρσος* construendum: *οὐδὲ θάρσος εὐπιθὲς τοῦ ἀποπτύσαι αὐτὴν ἥξει φρενὸς φίλον θρόνον*, i. q. *οὐδὲ θαῤῥῶ ἀποπτύσαι αὐτήν*;

992. sqq. *χρόνος—στρατός*. Optime sic interpr. Heathius: *diu autem est, ex quo rudentibus injectis naves in arena hærentes littori alligavit, quando ad Ilium appulit navalis exercitus.*

997. sq. *πεύθομαι—ὤν*. *Ego vero oculis regis exercitusque felicem reditum video,*

Νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν.
Τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ
Θρῆνον Ἐριννύς·
Αὐτοδίδακτος ἔσωθεν
Θυμὸς οὐ τὸ πᾶν ἔχειν
Ἐλπίδος φίλον θράσος·
Σπλάγχνα δ' οὔτι ματάζει·
Πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις
Δίναις κυκλούμενον κέαρ.
Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τιν'
Ἐλπίδος ψυθῆ πεσεῖν
Ἐς τὸ μὴ τελεσφόρον.
Μάλα γὰρ τὸ τᾶς πολλᾶς στρ. β'.

vimus. 999. ὅμως] Ex certissima Stanl. emendatione. In edd. ὅπως. 1002. ἔχειν] Sic vulg. ἔχων correxi, ut ab αὐτοδίδακτος regeretur. 1004. οὔτι] Hoc metrum et sensus postulat. Vulg. οὔτοι. 1005. πρὸς ἐνδίκοις] Copulam hic desidero. Metrum certe nihil impedit, quo minus scribatur πρὸς ἐνδίκοις δὲ φρεσίν. 1007. τιν'] Recte sic Heathius emend. pro vulg. τι. 1010. μάλα γὰρ τὸ τᾶς πολλᾶς] Vulgo μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς, qui versus esset anapæsticus dim. brachycatal. Sed ad hanc normam redigi non potest antistrophicus. Ita-

et ipse mihi ejus rei testis sum; ut nihil amplius mali ex illo Calchantis oraculo metuendum videatur.

999. sq. τὸν—Ἐριννύς. Nihilo tamen secius hanc absque lyra næniam mihi occinit furia; nempe metuo, ne ad illam Iphigeniæ cædem ulciscendam, furiæ calamitatem aliquam regi importent. ἄνευ λύρας, *triste*, lugubre, *funestum* carmen notat.

1001. sqq. αὐτοδίδακτος—θράσος. *Se ipsum animus docet non prorsus admittere gratam spei fiduciam*; h. e. semper, etiamsi bene de regis salute sperare cupiam, obsistit sibi ipse animus, ac certis argumentis commotus, negat hic certo sperandum esse.

1004. σπλάγχνα δ' οὔτι ματάζει, *nec sane vana sunt præcordia*, h. e. nec profecto frustra esse videtur, quod illo angore pectus afficiatur.

1005. sq. πρὸς—κέαρ. *Immo ut cor* vehementius pulsatum exsultet, et quasi *vertiginibus [illegible]atur, hoc efficitur cogitationibus justis exitum habituris*; φρένες ἔνδικοι τελέσφοροι est recordatio justitiæ divinæ ultionem perficientis. Nimirum Chorus semper animo suo obversari significat Iphigeniæ vindictam divinitus paratam.

1007. sqq. εὔχομαι—τελεσφόρον. *Opto tamen ut* saltem *aliqua pars timoris falsa sit, neve* omnino *perficiantur*, quæ metuo.

1010. sqq. μάλα—ἐρείδει. *Profecto enim nimiæ sanitatis illætabilis fere exitus est; morbus enim vicinus intergerinus urget.* Ut nimia corporis obesitas sæpe suffocatio-

Ὑγιείας ἀκόρεστον
Τέρμα. Νόσος γὰρ
Γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.
Καὶ πότμος εὐθυπορῶν
* * * ἀνδρὸς ἔπαισ'
Ἄφαντον ἕρμα.
Καὶ πρὸ μὲν τὸν χρημάτων

que τοι vel in τὸ mutandum, vel in τι, quod si placuerit cum sequenti καὶ copulandum. Magis autem nobis probatur τό. Utroque modo efficitur versiculus iamb. dim. brachycatal. 1011. ὑγιείας ἀκόρεστον] ἀκόρεστον τέρμα difficillimam habet explicationem. Optime ad sensum conveniret ἀχάριστον. 1014. Aliquid hic deesse, metrum pariter ac sententia facile prodit. Et Heathius quidem post hunc versum integrum versiculum excidisse putabat; nimirum quia ei v. 1032. illa ἐπ' εὐλαβείᾳ γ' genuina videbantur. Nos præter unum vocabulum trisyllabum nihil desideramus; forte autem omissum est πολλάκις ante ἀνδρός. 1016. sq. καὶ πρὸ μὲν τὸν χρημάτων Κτησ.] Vulg. καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων Κτησίων ὄκνον βαλών, qua in lectione ὄκνον rei qua de agitur, minime convenit. Stan-

nem aut hydropem affert, sic e nimia hominum felicitate summæ solent calamitates erumpere. Novum igitur argumentum profert Chorus, quo, ut male de Agamemnone metuat, adducatur. Ut autem recte intelligatur ejus sententia, atque a repugnantiæ specie vindicetur, conferenda sunt cum h. l. quæ supra dixerat v. 471—480. et v. 759. sqq.

1011. sq. ἀκόρεστον τέρμα. Jam in notis ad V. L. professus sum ἀκόρεστον mihi h. l. displicere. Itaque vel ἀχάριστον, ut dixi, vel quod propius etiam ad illius vocabuli scripturam accedit, ἀχόρευτον legendum esse statuo. Facillime ΑΧΟΡΕΥΤΟΝ cum ΑΚΟΡΕΣΤΟΝ permutari potuit.

1013. sqq. καὶ—ἕρμα. *Et sæpe prospera hominis felicitas rectumque cursum tenens ad occultum scopulum allisa frangitur.* Eandem sententiam alia metaphora, eaque haud minus decora illustrat.

1016—1032. καὶ πρὸ μὲν—ἔπαυσεν. Nemo adhuc interpretum pulcherrimi hujus carminis verum sensum ac nexum commonstravit. Ne igitur alienis opinionum commentis decipi nos patiamur, tenendum est, Chorum ipsa illa comparatione, quam a nave scopulis allisa repetierat, eo duci, ut cogitet, navem quidem sæpe, a periculo naufragii, jactura servari posse; ubi magnam quidem facultatum partem perire, non tamen ideo totam domum multis divitiis abundantem corruere; quin potius pristinorum annorum ubertatem facile illam jacturam resarcire, et famis periculum avertere. Longe autem aliam sanguinis humani rationem esse, quem, cum semel profusus sit, revocari non posse, nec ullum esse vitam semel amissam recuperandi remedium. His igitur positis pressius poëtæ verba reddemus: *Ac si quis* in naufragii *quidem* discrimine, nimium *parturum opum* v. c. frumenti *onus, modico,* quantum ad levandam navem sufficit, *jactu* in mare *projecerit, non ideo* statim *tota domus,* res familiaris, *ruit, quippe quæ divitiis* alias *valde abundet; neque tamen navis fluctibus*

Κτησίων ὄγκον βαλὼν
Σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου,
Οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος
Πημονᾶς γέμων ἄγαν,
Οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.

Icii correctio *καὶ τὸν μὲν—ὄκνον βαλὼν* nec illud incommodum e medio tollit, et metrum pervertit; cum enim versus sit trochaicus, primum pedem e trochæo spondeum facit. Itaque ut utrumque vitaremus, rescribendum duximus: *καὶ πρὸ μὲν τὸν χρημάτων Κτησίων ὄγκον βαλών.* In *πρὸ μὲν βαλὼν* tmesis est pro *προβαλὼν μέν*; et hoc participium nominativus est consequentiæ. Heathius emendat: *καὶ τὸ μὲν προχρημάτων κ. ἄχθος βαλών.* Pauwii vero inventum *καὶ τὸ μὲν πρόχρημα—ὄκνος βαλὼν* dignum non est quod memoretur. 1020. *πημονᾶς*] Ad sensum h. l. minime aptum est. Verum puto *πλησμονᾶς.* Sed vide Commentar. 1021. *ἐπόντισε*] Malim *ἐποντίσθη.* 1026, 1027. In edd. Vict. Cant. Stanl. hi versus ita constituti sunt:

τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πέσονθ' ἅπαξ
Θανάσιμον προπάροιθ' ἀνδρὸς,

ubi tamen nec metrum strophicis convenit et *πεσόνθ'* corruptum est. Heathius, qui strophicos appositos ita ordinaverat:

Μάλα γάρ τοι τᾶς
Πολλᾶς ὑγιείας ἀκόρεστον,

ut prior esset basis anapæstica, posterior anapæsticus dimeter, antistrophicos hoc modo refingit:

Τὸ πεσὸν δ' ἐπὶ γᾶν
Θανάσιμον ἅπαξ προπάροιθ' ἀνδρὸς,

ita ut primam in *θανάσιμον* h. l. produci existimet. Verum hac ratione ordo ver-

mergitur; s. ac tamen ista jactura, navis quo minus mergatur, efficitur. *Magna enim et ampla cum* hoc anno *a Jove data* frumenti *copia, tum e superioribus messibus servata jejunæ famis calamitatem* facile *propulsat. At vero atrum mortiferum hominis sanguinem ante pedes ejus semel in terram profusum, quis umquam ullis incantamentis revocet? Nonne vero* (Æsculapium) *illum qui artem mortuos resuscitandi pulchre callebat, postea Jupiter cohibuit?*

1016. sq. *καὶ πρὸ μὲν—βαλὼν*, pro *καὶ προβαλὼν μέν*—Illud ΜΕΝ autem refertur ad *τὸ πεσὸν* Δ' v. 1026. *προβαλὼν* vel absolute, pro *προβαλόντος τινὸς*, vel construendum cum sequenti *δόμος*. Ceterum in simili causa eadem hac imagine usus est poëta Sept. adv. Theb. v. 771.

1018. *σφενδόνας* poëtice pro *ἐκβολὰς*, instrumentum, quo res peragitur, rei ipsius loco.

1020. *πημονᾶς*. Hanc lectionem ita explicant, q. d. *καί τοι πημονᾶς γέμων ἄγαν.* Multo aptius tamen est legere, ut supra in V. L. suasimus, *π λ η σ μ ο ν ᾶ ς*, ita his verbis *δόμος πλησμονᾶς γέμων ἄγαν* causa reddetur, cur magna jactura tamen ferri et superari possit. Sic fere Theb. v. 771. in eadem re *ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.*

1021. *ἐπόντισε.* Nisi *ἐποντίσθη* legendum sit, *οὐδ' ἐπόντισε σκάφος* sic interpretandum: *neque commisit ut mergeretur navis.*

Πολλά τοι δόσις ἐκ Διὸς
Ἀμφιλαφής τε καὶ
Ἐξ ἀλόκων ἐπετειᾶν
Νῆστιν ὤλεσεν νόσον.
Τὸ πεσὸν δ' ἅπαξ ἐπὶ γᾶν ἀντις. β'.
Προπάροιθ' ἀνδρὸς θανάσιμον
Μέλαν αἷμα τίς ἂν
Πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων;
Οὐ δὲ τὸν ὀρθοδαῆ
Τοὺς φθιμένους ἀνάγειν
Ζεὺς αὖτ' ἔπαυσεν;
Εἰ δὲ μὴ τεταγμένα

borum fit intricatus et parum venustus, ἅπαξ enim, quod proxime cum πεσὸν cohæret, nimis longe ab eo rejicitur. Itaque melius expediisse nobis hanc difficultatem videmur, versibus ita ut fecimus in textu constitutis; quo facto prior est iambic. dim. brachycatal. et posterior anapæstic. dimet. brachycatal. tertium pedem habens proceleusmaticum. 1030. sqq. Staul. malebat:

οὐ δὲ τὸν ὀρθοδαῆ
τῶν φθιμένων ἀνάγειν
Ζεὺς αὖτ' ἔπεισ'.

q. d. *ne vel ipse Jupiter persuaserit inferorum Judicem, ut mortuos, in lucem remittat;* sententia quidem satis bona, sed quæ e verbis elici non potest. Quomodo enim ὀρθοδαῆ τῶν φθιμένων *inferorum judicem* significare possit, non intelligitur. Cum autem vulgo legeretur οὐδὲ, nos οὐ δὲ dedimus, et post ἔπαυσεν signum interrogandi posuimus, quod aperte sententia flagitabat. 1031. τοὺς φθιμένους] Ita correxi vulg. τῶν φθιμένων, quod constructioni verborum et ipsi quoque sententiæ repugnabat. 1032. ἔπαυσεν] Post hæc verba vulgo in omnibus assuuntur ista: ἐπ' εὐλαβείᾳ γ'. Sed ea delenda esse recte judicavit Canterus. Namque non

1024. ἀλόκων. *Sulci* pro *messibus*, antecedens pro consequente.

1025. ὤλεσεν ferri quidem et explicari potest. Fortasse tamen ab Æschyli manu venit ὤθησεν, quod metro non repugnat. Æque enim spondeus ac trochæus versiculi trochaici secundam regionem ingreditur.

1030. ὀρθοδαῆ. Rectissime observat Scholiastes, Æsculapium hic tangi, quam Jupiter, cum Hippolytum ab inferis revocasset, fulmine occidisse dicebatur.

1033. sqq. εἰ δὲ—φρενός. *Nisi vero fatum divinitus constitutum hanc Parcam* (Clytæmnestram) *prohibuisset, quo minus plura diceret, animus linguam prævertens ista omnia effudisset. Nunc autem illa sub tenebris,* in occulto fremit, *animo dolens, ac nihil se tempestivum perfecturam esse sperans, si jam nunc nimis mentem inflammari patiatur.*

Μοῖρα Μοῖραν ἐκ θεῶν
Εἶργε μὴ πλέον φέρειν,
Προφθάσασα καρδία
Γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει.
Νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει,
Θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν ἐ-
πελπομένα ποτὲ
Καίριον ἐκτολυπεύσειν,
Ζωπυρουμένας φρενός.

ΧΟΡΟΣ. ΚΑΣΑΝΔΡΑ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Κλ. ΕΙΣΩ κομίζου καὶ σύ· Κασάνδραν λέγω.
Ἔπει σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτοις δόμοις

magis metrum quam sententiam corrumpunt, et scholium potius quam carmen sapiunt. Itaque expunximus. 1034. Μοῖρα Μοῖραν] μοῖρα μοιρᾶν conj. Pauwius, inepte. 1039, 1040. In edd. ita collocati:

θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν
ἐπελπομένα ποτέ.

Meliorem vero versuum distinctionem præcepit Stanleius in notis, cui paruimus, ut uterque Strophico suo æquaretur. 1044. ἀμηνίτοις] Recepi Aurati, quam

1034. μοῖρα Μοῖραν. Decorus hic lusus ex duplici vocabuli significatione. Primo loco *fatum*, secundo *Parcam* notat. Parcæ nomine quam apte insigniatur Clytæmnestra mariti vitæ insidians, nemo non videt.

1036. Alias lingua mentem prævertere, hic inversa ratione animus nimis concitatus linguam prævertere dicitur.

1042. ζωπυρουμένας bene opponitur illi ὑπὸ σκότῳ. Quemadmodum enim ignis diu sub cinere gliscens haud prius conspicitur, quam in flammam eruperit, ita Clytæmnestra studiose iræ ardorem premebat, cavebatque ne citius quam opus esset inflammaretur. Abreschius a vero verborum sensu aberravit, sic interpretando: *nisi ita omnia deorum voluntate fierent, ut nihil præter eam accidat, cor*, i. e. *mens præcurreret linguam ad enuncianda, quæ metuit; nunc quia se nihil videt proficere, tacite premit dolorem, licet valde æstuet et inflammetur;* quasi hæc omnia Chorus de se ipso, non de Clytæmnestra diceret.

IN SCENAM XII.

v. 1043—1076.

Redit Clytæmnestra in scenam, Cassandramque curru descendere atque introire jubet.

1044. ἀμηνίτοις. Si ἀμηνίτως legatur, ad Jovem referatur necesse est. Atqui quomodo is *absque ira* Cassandram e libertate in servitutem dedisse dicatur? Imo vero ἀμηνίτοις δόμοις designat heriles ædes servis ancillisque haud immites.

Κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μέτα
Δούλων, σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας.
Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε· μηδ' ὑπερφρόνει.
Καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
Πραθέντα τλῆναι, καὶ ζυγῶν θίγειν βίᾳ.
Εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιῤῥέποι τύχης,
Ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις.
Οἳ δ', οὔποτ' ἐλπίσαντες, ἤμησαν καλῶς,
Ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.
Ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται.

Stanl. attulit, emendationem; quæ sequentibus optime convenit. Vulg. ἀμηνίτως sensu inepto. 1052. οἳ] Jure sic edi voluit Stanl. pro vulg. οἱ. 1054. ἔχεις] Speciosa est Stanleii emendatio, cui tamen ipse non multum tribuit, ἕξεις, hoc

1045. χερνίβων. "Hoc est victus, διαίτας synecdochice. Virgil. Æn. i. cibum capessendi modum describens:

stratoque super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris
Expediunt." *Stanl.*

1046. κτησίου βωμῶ. *Juxta aram Jovis Ctesii*, quem ante promtuarias cellas, ταμεῖα, statui solitum esse vel ex Harpocratione discitur in v. Κτησίω Διός. Tota autem hæc periphrasis nihil aliud significat, quam hoc: *Quandoquidem te Jupiter apud nos ancillam esse voluit.*

1049. πραθέντα. Recte adversus Stanleium, qui venditum esse Herculem negabat, Heathius monet, Herculem Jovis jussu ad expiandam Iphiti mortem Omphalæ Lydiæ Reginæ in servitutem annuam venditum esse, coll. Soph. Trachin. v. 252—284.

1050. sqq. εἰ—στάθμην. *Si cui igitur hujus fortunæ, servitutis necessitas inciderit, valde optabile est, ut ei dominus contingat, qui dudum opulentus fuerit; qui vero præter spem atque opinionem pulchram messem messuerunt*, repente divites facti sunt, *hi fere immites* ac duri *erga servos, ultra id quod fas est, esse solent.*

1051. ἀρχαιοπλούτων. "Poëtæ sententiam clarissime prosequitur Philosophus Rhetoric. ii. 32. Διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις, καὶ τοῖς πάλαι τὰ ἤθη· τῷ ἅπαντα μᾶλλον καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους, ὥσπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλούτου ἐστὶ, τὸ νεόπλουτον εἶναι." *Stanl.*

1053. παρὰ στάθμην. "Quid hoc sit, eleganter docet Aristoteles Rhetor. lib. i. c. 2. οὐ γὰρ (inquit), δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν, εἰς ὀργὴν προάγοντος, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσει στρεβλόν. Notum satis proverbiale dictum πρὸς στάθμην πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρῳ στάθμην. Idem est ὠμὸς παρὰ στάθμην, quod Terentio Adelph. i. 1. *nimium durus præter æquumque et bonum.*" *Stanl.*

1054. ἔχεις. Si vera est lectio, regina hæc dicit: *Habes a nobis, quæ apud nos fieri solent*, h. e. hæc tibi dicenda habui, ut, quomodo in ædibus nostris familia tractetur, intelligeres. Sin ἕξεις ab Æschylo scriptum fuerit, hæc ex-

Χο. Σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον.
'Εντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων
Πείθοι' ἂν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.
Κλ. 'Αλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ, χελιδόνος δίκην,
'Αγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη,
Ἔσω φρενῶν λέγουσα, πείθω νιν λόγῳ.
Χο. Ἕπου, τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.
Πείθου λιποῦσα τόνδ' ἁμαξήρη θρόνον.
Κλ. Οὔτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα
Τρίβειν· τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου

sensu : *habebis apud nos, quodcunque tibi conveniens erit.* 1058—1060. Sic nobis emendandi videntur :

'Αλλ' εἴπερ ἔστι μὴ χελιδόνος δίκην
'Αγνῶτα φωνὴν βάρβαρον φρενῶν ἔσω
Κεκτημένη, λέγουσα πείθω νιν λέγειν.

De sensu consule Comment. ad h. l.

sistet sententia : *Habebis omnia, quæ tibi conveniunt.*

1058. sqq. ἀλλ'—λόγῳ. " Mirifice hæc interpretatur Pauwius. φωνὴ hic secundum illum est vox inarticulata hirundinis. Ita igitur vertit: *Si ignotam illam vocem barbaram* (hirundinis scilicet) *non possideat; si ei sit aliquis vocis humanæ usus, facile sermo meus ad animum ejus perveniat, et persuadeat.* Mirum scilicet, ni quacunque lingua uteretur Cassandra, modo humana esset, ab ea se Græce loquentem intelligi putabat regina! Imo vero notum est, veteres Græcos barbaras omnes nationes χελιδόνας vocasse. Testes sunt Aristoph. Ran. v. 690—694. et ibid. Schol. ut et Ran. v. qu. et Arib. v. 1680. Hesychius v. χελιδόσι et χελιδόνων μουσεῖον, denique Suidas v. χελιδόνων μουσεῖα. Verte igitur: *At siquidem non est, sicut hirundo, linguam nacta barbaram et ignotam, intra ejus intellectum loquens* (i. e. ea quæ intelligere possit loquens) *sermone ei persuadeam* " Hactenus Heathius, cui quidem de reliquis assentior; at ἔσω φρενῶν aliter interpretandum esse censeo. Omnino mihi, quod supra jam in V. L. professus sum, ultima verba sic legenda videntur : βάρβαρον φρενῶν ἔσω Κεκτημένη, λέγουσα πείθω νιν λέγειν; hoc sensu : *Verum nisi hirundinis instar barbaram et ignotam intus linguam possideat, equidem sermone meo ei, ut ipsa quoque loquatur, persuadeam.* Nempe sperabat Clytæmnestra, se pertinax Cassandræ silentium, quod adhuc obtinuerat, expugnaturam. ἔσω φρενῶν est *intra præcordia, in pectore* quod dicitur, pro faucibus et pulmonibus, quibus loquela fingitur.

εἴπερ ἐστὶ μὴ, χελιδόνος δίκην. Arist. Av. v. 1681. ed. Brunck. εἰ μὴ τιττυβίζοι γ' ὥσπερ αἱ χελιδόνες, ubi doctissimum editorem haud fugit Æschyli locus, in quo versamur.

1063. sq. οὔτοι—τρίβειν. Ordo verborum est: οὔτοι σχολὴ ἐμοὶ ἐστὶ παρὰ

Ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρὸς,
Ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν.
Σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει.
Εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχῃ λόγον,
Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.
Χο. Ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ
Δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.
Κλ. Ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
Ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον
Ἥκει· χαλινὸν δ' οὐκ ἐπίσταται φέρειν,
Πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
Οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀτιμασθήσομαι.

ΧΟΡΟΣ. ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

Χο. ΕΓΩ δ', ἐποικτείρω γὰρ, οὐ θυμώσομαι.

1075. In hoc versu finitur lacuna, quæ inde a v. 320. est in Guelf. Ald. Rob. Turn. ἐξαφρίζεσθαι] ἐξ ἀφρίζεσθαι Ald. 1076. ῥίψασ'] ῥίψας Turn. ἀτιμασθήσομαι] ἀτιμωθήσομαι Ald. Turn. ἀτιμεστρήσομαι Rob. 1078. ἴθ'] ἴσθ' Vict. Cant. Stanl. Sed ita, ut fecimus, corrigendum esse, recte Canterus intellexit. Et jam in Ald. Rob. Turn. sic legebatur. ἐρημώσασ'] In Ald. vitiose ἐρήμοσας.

τήνδε θυραῖαν τρίβειν, profecto mihi otium non est, hic ante fores circa eam morari.

1067. sqq. σὺ—χερί. *Tu vero si quid factura es imperatorum, noli tergiversari; sin autem ignara sis linguæ nostræ, adeoque ea quæ dixi haud capias, certe vocis loco barbara manu fare.* Ista dicens regina ipsa nutu, vultu, gestu sermonem adjuvabat.

1071. τρόπος. Antequam enim ista dicerentur, Cassandra in curru sedens variis gestibus, e. c. oculos distorquendo, manus jactando furorem expresserat. Unde Chorus mores ejus feræ recens captæ assimilat.

1072. κακῶν κλύει φρενῶν. *Mentis læsæ cluit*; intp. Stanleius. Enimvero κλύει parum hic aptum esse nobis videtur. Fortasse legendum θύει. *Sane furit, et alienata mente bacchatur.*

1074. sq. χαλινὸν—μένος. *Frena autem tolerare nescit, antequam cum cruore furorem despumaverit.* Haud obscure Clytæmnestra instantem Cassandræ cædem tangit; comparatione ab equo ferociori sumta, qui lupatis frenis coërcendus est, ita ut cum spuma sanguis etiam ex ore sequatur.

1076. οὐ μὴν . . . Revocat se regina, ne plura quam opus sit proloquatur: ut supra idem a Choro animadversum vidimus v. 1033. sqq. Quæsita autem inest verbis ambiguitas. Nam et hunc admittunt sensum: *Non tamen plura verba faciens vituperabor;* quasi alienum id a dignitate sua dicat; et vero etiam sic reddi possunt: *non ego tamen plura eloquendo in reprehensionem incurram;* quod scil. temere consilia effutiendo me ipsam prodiderim.

Ἴθ', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐρημώσασ' ὄχον,
Εἴκουσ' ἀνάγκῃ τῇδε καίνισον ζυγόν.
Κα. Ὀτοτοτοτοῖ, ποποῖ δᾶ. στρ. α'.
Ἄπολλον, Ἄπολλον.
Χο. Τί ταῦτ' ἀνωτότυξας ἀμφὶ Λοξίου;
Οὐ γὰρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.
Κα. Ὀτοτοτοτοῖ, ποποῖ δᾶ. ἀντισ. α'.
Ἄπολλον, Ἄπολλον.
Χο. Ἣ δ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ
Οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν.
Κα. Ἄπολλον, Ἄπολλον. στροφὴ β'.
Ἀγυιεῦ τ' ἀπόλλων ἐμός.
Ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.
Χο. Χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὑτῆς κακῶν.

1079. εἴκουσ'] Sic Rob. ex emendatione. In Ald. Turn. Vict. etc. ἑκοῦσ' male. ἀνάγκῃ τῇδε] ἀνάγκῃ, τῇ δὲ Turn. καίνισον] Cant. emend. κ' αἴνησον. In Ald. καὶ νίσον. 1081. Ἄπολλον Ἄπολλον] ὤπολλον, ὤπολλον Ald. Rob. Turn. 1082. ἀνωτότυξας] Apud Scholiasten ad Eurip. Phœniss. 1026. ubi hunc versiculum commemorat, legitur ἀνωλόλυξας. 1085. Ἄπολλον, Ἄπολλον] ὤπολλον ὤπολλον Ald. Rob. Turn. 1087. ἐν γόοις] In Ald. corrupte εὐγυγόοις. 1089. Ἀγυιεῦ] ἀγυιᾶ Ald. 1091. χρήσειν] κλάειν Turn.

IN SCENAM XIII.

v. 1077—1341.

1079. *καίνισον ζυγόν.* *Cedens huic necessitati novo jugo adsuesce.*

1080. Inconditus iste clamor, et Apollinis invocatio repente et ex improviso terrent auditoris animum, præsertim cum eædem voces mox repetantur.

1082. *ἀνωτότυξας.* "Hesych. ὀτοτύζειν· θρηνεῖν. Cassandræ exclamanti ὀτοτοτοῖ, regerit Chorus Τί ταῦτ' ἀνωτότυξας; *Quorsum illud* ototototoi *effers?* Pari modo v. 1317. Κα. Φεῦ, φεῦ. Χο. Τί τοῦτ' ἔφευξας, *Quare Pheu exclamas?* Ut ab ὀτοτοῖ ὀτοτύζω, sic a φεῦ verbum novum confinxit Æschylus: etenim ab imperfectis voculis vel exclamandi vel lugendi sæpe fiunt verba: sic ab ὦ ὦ, quod θαυμαστικὸν est, finxit Aristophanes verbum ὤζω. Ab αἶ αἶ, lugendi particula, fit αἰάζω." *Stanl.*

1083. *ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.* Nempe Apollinem jucundis tantum rebus interesse, nec aliis quam lætis carminibus celebrari, a luctu autem et lamentatione abhorrere credebant. Cf. Callimach. hymn. in Apoll. v. 20. sqq.

1090. *οὐ μόλις*, *propemodum, planissime.*

τὸ δεύτερον. Loquitur de imminente sibi pernicie. Primo autem loco, ut afflicta fuerit ab Apolline, ipsa narratura est infra v. 1218. sqq.

Μένει τὸ θεῖον δουλίᾳ περ ἐν φρενί.
Κα. Ἄπολλον, Ἄπολλον. ἀντιστ. β΄.
Ἀγυιεῦ τ᾽ ἀπόλλων ἐμός.
Ἆ ποῖ ποτ᾽ ἤγαγές με; πρὸς ποίαν στέγην;
Χο. Πρὸς τὴν Ἀτρειδῶν· εἰ σὺ μὴ τόδ᾽ ἐννοεῖς,
Ἐγὼ λέγω σοι· καὶ τάδ᾽ οὐκ ἐρεῖς ψύθη.
Κα. Μισόθεον μὲν οὖν, πολλὰ ξυνίστορα στρ. γ΄.
Αὐτόφονα κακὰ κ᾽ ἀρτάνας,
Ἀνδρὸς σφάγιον καὶ πέδου ῥαντήριον.
Χο. Ἔοικεν εὖριν ἡ ξένη κυνὸς δίκην
Εἶναι, ματεύει δ᾽ ὧν ἐφευρήσει φόνον.

1092. περ ἐν φρενὶ] παρ᾽ ἐν φρενὶ Ald. Turn. παρὲν φρενὶ, pro quo Stanl. corrigebat παρὸν φρενὶ, quod tamen jam est in Rob. Melius autem et concinnius est, ut opinor, περ ἐν φρενί. 1099. ἀρτάνας] Ita scribendum esse divinavit Stanl. Antea legebatur ἀρτάναι. 1100. σφάγιον] σφαγεῖον Turn. πέδου] Vulg. πέδον. 1101. εὖριν] εὖρις Rob. Turn. 1102. ματεύει] μαντεύει Ald. Rob. ὧν ἐφευρήσει]

1094. Paronomasias h. l. ut sæpius, captat Æschylus. Itaque Cassandra Apollinem interpretatur τὸν ἀπολέσαντα αὐτὴν, quemadmodum Euripides in fragm. Phaëthontis apud Macrob. Sat. i. 17.

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι᾽, ὥς μ᾽ ἀπώλεσας,
Ὅθεν σ᾽ Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήσει βροτός.

Eodem modo cognomen Ἀγυιεὺς, transfert ad *deducendi* (ἄγειν) significatum.

1098. Postquam Chorus Cassandræ exclamationem, πρὸς ποίαν στέγην, quam ei indignatio expresserat, ab ignorantia profectam esse opinatus, responderat: *Ad Atridarum domum venisti*, Cassandra statim reponit: Ad domum igitur veni diis invisam multarum ex mutuis cædibus calamitatum, multorum suspendiorum sibi consciam, ad domum, inquam, viri (sc. Agamemnonis) macellum, ad domum, quæ solum sanguine respergit. Vulgatam lectionem πέδον ῥαντήριον Stanl. exp. sanguine respersum. Verum analogia adjectivis in ηριος destinentibus activam vim tribuit. Quamobrem πέδου rescribendum esse duxi.

1100. ἀνδρὸς σφάγιον. " Thyestes apud Senecam Agamemnonis cædem item præsagiens:

Jam jam natabit sanguine alterno domus,
Enses, secures, tela, divisum gravi
Ictu bipennis regium video caput,
Jam scelera prope sunt, jam dolus, cædes, cruor.

Enimvero ipse Agamemnon interneccionem suam Ulyssi exponens Odyss. lib. xi. inquit δάπεδον δ᾽ ἅπαν αἵματι θῦεν." *Stanl.*

1101. sq. ἔοικεν—φόνον. *Peregrina illa canis instar venaticæ sagax esse videtur, et quorum cædem inveniet odorari.* Stanleius vertit: *et præsagit eam quam inveniet cædem*, quasi legeretur ὃν ἂν ἐφευρήσει φόνον. Sed præstat ὧν ἐφευρήσει. Æschylus enim, ut alias, consulto

Κα. Μαρτυρίοις γὰρ τοῖσδε πείθομαι· ἀντιστ. γ'.
Κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγὰς,
Ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.
Χο. Ἴδμεν κλέος σοῦ μαντικὸν πεπυσμένοι,
Ἴδμεν, προφήτας δ' οὔτινας ματεύομεν.
Κα. Ἰὼ πόποι, τί ποτε μήδεται; στρ. δ'.
Τί τόδε νέον ἄχθος μέγα
Μέγ' ἐν δόμοισι τοῖσδε μήδεται κακὸν,
Ἄφερτον φίλοισι, δυσίατον;
Ἀλκὰ δ' ἑκὰς ἀποστατεῖ.
Χο. Τούτων ἄϊδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων.
Ἐκεῖνα δ' ἔγνων· πᾶσα γὰρ βοᾷ πόλις.

ὧν ἂν εὑρήσει Ald. ὧν ἂν εὑρήσῃ Rob. ὧν ἂν ἀνευρήσῃ Turn. 1103. πείθομαι] πεπείθομαι Ald. Rob. mendose. 1106, 1107. ἴδμεν—ἴδμεν] Ita corrigere non dubitavi. ἤμεν—ἦ μὴν Ald. Turn. ἤμεν—ἤμεν. Rob. 1107. ματεύομεν] μαστεύομεν Rob. Turn. 1109. ἄχθος] Stanl. conj. ἔχθος. At recte Heathius, melius, inquit, hic convenit vulgatum ἄχθος, præsertim adjuncto νέον. Odium certe Clytæmnestræ erga maritum non erat novum, sed jam olim inceperat a tempore immolatæ Iphigeniæ, quod vatem latere non debebat. 1111, 1112. Vulg. post δυσίατον commate posito, legitur ἀλκὰν δ' ἑκὰς ἀποστατεῖ. At cum ἀποστατεῖν non

Chorum induxit ambiguis verbis utentem, ut, utrum de pristinis tantum cædibus, an etiam de instante Agamemnonis cæde loqueretur, incertum esset.

1103. sqq. Cassandra divino mentis instinctu afflata, quasi oculis videre videtur pueros Thyestis, quos Atreus necaverat, patrique epulandos præbuerat.

1104. κλαιόμενα. Umbras nimirum puerorum querentes cædem suam. Sic in Raphaëlis nobilissimi pictoris tabula, in qua extremum judicium pinxit, martyres quoque surgunt, alius cutem sibi detractam ferens, alius cratem ferream, in qua a carnificibus tostus erat, ostentans, etc.

1106. ἴδμεν—πεπυσμένοι. Vel: *novimus te artem vaticinandi bene callere, dudum enim id fama accepimus*, ut, jam antequam Cassandra advenisset, eam vatem esse senes audiverint; cui quidem interpretationi favere videtur v. 1092; vel: *Jam novimus te vatem esse, ipsa re experti*, quandoquidem te quæ olim hic acciderint scire, et quæ futura sint, professa es. Utrum melius sit, definire vix ausim. Prior tamen ratio pressius poëtæ verba sequitur.

1108. sqq. ἰὼ—ἀποστατεῖ. *Eheu, quid tandem* illa scil. Clytæmnestra *molitur? Ecquod novum et magnum* doloris *onus, quam vero in ipsis ædibus calamitatem magnam, amicis intolerabilem, insanabilem molitur? Ille autem, qui propulsare possit*, sc. Orestes, *procul abest.*

1113. sq. Consulto Chorus se Cassandræ vaticinia intelligere dissimulat. ἐκεῖνα pertinet ad ea, quæ Cassandra v. 1103. sqq. de cœna Thyestea dixerat.

Κα. Ἰὼ τάλαινα, τόδε γὰρ τελεῖς. ἀντ. δ΄.
Τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν
Λουτροῖσι φαιδρύνασα; πῶς φράσω τέλος;
Τάχος γὰρ τόδ' ἔσται. προτείνει δὲ
Χεῖρ' ἐκ χειρὸς ὀρεγομένα.
Χο. Οὔπω ξυνῆκα· νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων
Ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ.
Κα. Ἒ, ἔ. στρ. ε΄.
Παπαῖ παπαῖ; τί τόδε φαίνεται;
Ἦ δίκτυόν τι γ' ἀΐδου;
Ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνευνος ἡ ξυναιτία
Φόνου. Στάσις δ' ἀκόρεστος γένει

significet *ablegare*, sed *abesse*, ἀλκὰν in ἀλκὰ mutandum, quod etiam in Ald. Rob. apparet, et aliter atque in edd. factum est, distinguendum fuit. 1119. χεῖρ'] Sic Guelf. Ald. Turn. Reliquæ edd. χείρ. Cl. le Grand conj. προτείνεται χείρ. 1120. νῦν] Forte verius θήν. 1121. ἐπαργέμοισι] ἐπ' ἀργέμοισι Turn.

1115. Jam Cassandra insidias Agamemnoni paratas quasi oculis videre videtur. *Heu*, inquit, *mulier infelix, istoccine igitur paras maritum tori socium lavacris recreatura? Quomodo tandem exitum* facinoris *eloquar? Mox enim patrabitur. Celeriter enim præ studio manus alternas tendit.* Hæc de celeritate, qua Clytæmnestra in cædendo marito utebatur, accipio.

1120. οὔπω ξυνῆκα· νῦν. Νῦν h. l. haud satis aptum est; jam enim antea Chorus obscura sibi esse Cassandræ dicta questus fuerat. Sensus postulat *dudum*, ut adeo θήν pro νῦν legendum esse nobis videatur. *Nondum*, inquit Chorus, *intelleximus; dudum enim oraculis propter ænigmata verborum cæcatis incerti sumus*, quem scil. iis sensum tribuamus.

1122. sqq. Notum est, Agamemnonem ab uxore ad balneum veste inextricabili irretitum fuisse, ut facilius trucidari posset. Hanc vestem Cassandra divina mente concitata oculis cernere videtur. *Eheu quid tandem illud est, quod video? Num everriculum quoddam Orci? Imo vero rete est*, vestis *somni socia, socia cædis administra.* Vulgo ξύνευνος de Clytæmnestra intelligitur; parum commode. Eam enim vix ξυναιτίαν φόνου appellasset Cassandra, utpote quæ primaria cædis causa esset. Itaque mihi quidem post ξύνευνος tacite supplendum videtur ἐσθὴς, veste enim dormitoria irretiebatur Agamemnon. Hæc igitur aptissime ξύνευνος, nec minus commode ξυναιτία φόνου dici poterat.

1125. sq. στάσις—λευσίμου. Stanleius intp. *simultas inexplebilis erga hoc genus exululet victimæ morti destinatæ ergo.* Verum στάσις h. l. *chorum* significat, quod aperte colligitur e Chori responso; nec lectio versiculi satis integra est. Legendum enim:

στάσις δ' ἀ κ ο ρ ί ς ᾠ γένει
Κατολολυξάτω θύματος λευσίμου.

Chorus autem huic generi (sævæ Pelopidarum genti) *mala precetur, insatiabilicæ-*

Κατολολυξάτο θύματος λευσίμου.
Χο. Ποίαν ἐριννὺν τήνδε δώμασιν κέλῃ — στρ. ϛ'.
Ἐπορθιάζειν; οὔ με φαιδρύνει λόγος.
Ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς
Σταγὼν, ἅτε καὶ δορὶ πτωσίμοις
Ξυνανυτεῖ βίου δύντος αὐγάς.
Ταχεῖα δ' ἄτα πέλει.
Κα. Ἆ, ἆ. — ἀντιστ. ε'.
Ἰδοὺ, ἰδού· ἄπεχε τῆς βοὸς
Τὸν ταῦρον· ἐν πέπλοισιν
Μελαγκέρῳ λαβοῦσα μηχανήματι

1126. θύματος λευσίμου] θύματι λευσίμου Turn. 1127, 1128. In Turnebiana sic leguntur:

Ποίαν ἐριννὺν τήνδε δώμασιν καλεῖ
Ἐπορθιάζων· οὔ με φαιδρύνει λόγος.

Vulgata autem vera est, nisi forte ante ἐπορθιάζειν præfigendum sit μ'. 1129. ἔδραμε] ἔδραμαι vitiose Turn. 1130. δορὶ πτωσίμοις] Sic emendandum censuit Stanleius, pro vulg. δόρια πτώσιμος. Rob. δερία πτώσιμος. Heathius δόρια πτώσιμος servandum, αὐγαῖς autem in αὐγὰς mutandum esse arbitrabatur, q. d. *atque etiam captiva hæc humi procumbens una deliquio perdit vitæ occidentis splendores.* Fingit nimirum Cassandram post v. 1126. animi deliquium passam, et collapsam esse. Verum hoc figmento prorsus nihil opus est, si Stanleii rationem teneamus. 1131. ξυνανυτεῖ] ξυναντεῖ Ald. Rob. Turn. αὐγὰς] αὐγαῖς Vulg. 1136. μελαγκέρῳ] μελαγκέρω Rob. μελάγχροον conj. Pauw. Vulg. μελάγκερων.

dium lapidatione dignarum. θῦμα λεύσιμον, quod Heathius intellexit, est sacrificium dignum quod lapidatione puniatur. *Sacrificium* autem pro *cæde* dicitur.

1127. sq. ποίαν—ἐπορθιάζειν; *Qualem furiam*, furialem cantum, imprecationem, s. quales tandem diras *huic Pelopidarum domui me jubes exordiri*, s. *occinere?*

1129. sqq. His verbis inest summi timoris et anxietatis descriptio. *Præcordia autem nostra invadit gutta croco tincta* (ex flavæ bilis, ut tum putabant, in sanguinem effusione), *qualis etiam iis qui in prælio cadunt*, eorum scil. oculis offusa, *occidentis vitæ radios condit.* ξυνανυτεῖν non ad αὐγὰς tantum, sed etiam simul ad βίου δύντος referendum; q. d. mortem eorum comitari et quasi adjuvare solet. Ut enim iis qui λειποθυμίαν patiuntur, sic moribundis fere accidit, ut oculis eorum varii colores offundantur. Nostri dicunt: *Es wird ihnen grün und gelb vor den Augen.*

1134. sqq. *Heu, heu! ecce, ecce! amove, libera taurum a vacca*, (i. e. Agamemnonem ab uxore) *hæc enim illum in velamine* irretitum *infesto telo petit; cadit autem* ille *in aquali vase*; in *lavacro*. μελαγκέρῳ μηχανήματι accipio de *bipenni corneo manubrio instructa*; ut apud Polluc. x. μαχαίραι κεράτιναι occur-

Τύπτει, πιτνεῖ δ' ἐνύδρῳ τεύχει.
Δολοφόνου δὲ λέβητος τύχαν σοὶ λέγω.
Χο. Οὐ κομπάσαιμ' ἂν θεσφάτων γνώμων ἄκρος ἀντ. ς'
Εἶναι, κακῷ δέ τῳ προσεικάζω τάδε.
Ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις
Βροτοῖσι στέλλεται; κακῶν δὴ γὰρ
Αἱ πολυετεῖς τέχναι θεσπιῳδῶν
Φόβον φέρουσι μαθεῖν.
Κα. Ἰὼ, Ἰώ. στρ. ζ'.
Ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι.
Τὸ γὰρ ἐμὸν θροῶ πάθος ἐπαγχέασα.
Ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες;
Οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην. Τί γάρ;

1137. πιτνεῖ] πίπτει Turn. ἐνύδρῳ τεύχει] Cl. le Grand conj. ἐν ὑγρῷ τεύχει. 1142. βροτοῖσι στέλλεται] βροτοῖς στέλλεται Ald. Turn. Invertenda verba censet Pauwius ob metrum. Post στέλλεται vulg. punctum ponebatur. Interrogationis autem notam a sensu postulari viderunt Pauwius Heathiusque. κακῶν δὴ γὰρ αἱ] κακῶν γὰρ δία Ald. Turn. In cett. κ. γ. δὴ αἱ. 1143. πολυετεῖς] πολυεπεῖς Ald. Rob. Turn. θεσπιῳδῶν] Vere sic emendavit Stanl. pro vulg. θεσπιῳδόν. 1147. θροῶ] θροᾶ Turn. ἐπαγχέασα] ἐπεγχέασα Ald. Rob. 1149. οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην] οὐδέν ποτ' εἰμι ξ. Ald. οὐδέν ποτ' εἰμὶ, ξυνθανουμένην; Turn. οὐ δέ ποτ' εἰ μὴ Vict. etc. οὐ δή ποτ' εἰ μὴ conj. Heath.

runt. Delectum vero esse epitheton et ad ambiguitatem allegoriæ exquisitum, facile intelligitur.

1138. δολοφόνου—λέγω. *Narro tibi lebetis insidiosam* Agamemnoni *cædem afferentis casum.*

1141. sq. ἀπὸ—στέλλεται; Interrogationem latinus interpres hic non agnoscens vertit: *Ex oraculis quidem bonus aliquando nuntius mortalibus advenit.* Verius autem est, sic exponere Chori verba: *Haud equidem glorior optimus oraculorum interpres esse, veruntamen hic mali nescio quid portendi videtur. Quis autem bonus ex oraculis nuntius mortalibus venit? Semper enim annosæ,* vetustæ, *vatum artes afferunt* s. nuntiant nobis aliquid *unde timeamus,* mala semper nobis prænuntiant. Eccui h. l. non in mentem veniat Agamemnonis illa apud Homerum querela:

Μάντι κακῶν οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας,
Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι,
ἐσθλὸν δ' οὐδέ τι πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας.

1145. sqq. ἰὼ—τί γάρ; *Hei, hei! ô miseram me! ô infelices casus meos! Meam enim jam queror cum lacrymis calamitatem! Cur enim me, ô* Agamemnon, *infelicem huc abduxisti! Nempe haud alio consilio, quam ut una tecum morerer. Quid enim?*

Χο. Φρενομανής τις εἶ θεοφόρητος, ἀμ- στρ. η'.
φὶ δ' αὑτᾶς θροεῖς
Νόμον ἄνομόν γ', οἶά τις ξουθὰ
Ἀκόρεστος βοᾶς, φεῦ, ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
Ἀηδὼν βίον.
Κα. Ἰὼ, ἰὼ, ἀντιστ. ζ'.
Λιγείας ἀηδόνος μόρον·
Περιβάλοντο γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας
Θεοὶ, γλυκύν τ' αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ·
Ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.
Χο. Πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους τ' ἔχεις ἀντ. η'.

1150. φρενομανής τις εἶ θ'] φρενομάνης τις ἢ θεοφόρητος Turn. 1151. αὑτᾶς] αὐτᾶς Turn. 1152. ἄνομόν γ'] Sic monente Abreschio, hiatus vitandi causa, et quod metro antithetici aptius est, pro vulg. ἄνομόν γε rescripsimus. 1153. ἀκόρεστος] ἀκόρετος Ald. βοᾶς] βοῦς Rob. βοᾷς Turn. φεῦ] Sic Ald. Rob. Turn. recte. In reliquis est φιλοίκτοις, quod metrum antithetici non admittit; e glossemate natum. ταλαίναις] τάλαινας Ald. Rob. Turn. 1158. περιβάλοντο] περιβάλλοντο Ald. παρεβάλοντο Rob. Heathius metri causa reponi jubet:

περιβάλοντο γάρ οἱ δέμας πτεροφόρον.

Me vero præterea offendit περιβάλοντο, ita ut tum demum hunc versiculum persanari credam, si legatur; περιέβαλλον οἱ γὰρ δέμας πτεροφόρον. 1159. αἰῶνα] Scho-

1150. sqq. φρενομανὴς—βίον. *Sane furore percita es, et divino instinctu afflata, utpote quæ de te ipsa infaustam cantilenam canas, qualis arguta nullum vociferationi modum ponens luscinia, quæ per totam vitam malis circumdatam Ityn flebiliter luget.* Notam, quæ hic tangitur, fabulam fuse persequitur Ovidius Metam. vi. 420. sqq.

1152. ξουθά. " Interpres *delicata;* referam potius ad sonum, idem ut sit, quod λιγεῖα mox v. 1157. s. ὀξεῖα. vid. Hesych. et Misc. obss. vol. iv. t. i. p. 10. Adde Eurip. Helen. v. 1117. De comparatione calamitatum a lugubri lusciniæ cantu quæ peti solet, vide Spanhem. ad Callim. H. Pallad. v. 94." *Abresch.*

1156. sqq. *Hei hei vocalis philomelæ sortem mihi narras;* quæ ad meam comparata nimis invidenda est; *etenim ei dii corpus plumis vestitum circumdederunt, dulcemque vitam sine luctu et gemitu concesserunt; me autem nihil aliud manet, quam ut ancipiti ferro trucider.*

1161. sqq. πόθεν—κακοῤῥήμονας; *Unde tandem tibi veniunt vani isti angores vehementer in te irruentes, divinitus afflati? Unde illud est, quod ista, terroris plena infaustaque voce, simul cum acutissima modulatione canis? quis tandem tibi male ominatam divinam viam definiit;* h. e. quis tibi male ominatorum carminum modos præcipit? ὅροι ὁδοῦ h. l. poëtice, quemadmodum apud Pindar. Ol. 8. 92. ἔγειρε ἐπέων οἶμον λιγύν.

Ματαίους δύας,
Τὰ δ' ἐπιφόβῳ δυσφάτῳ κλαγγᾷ
Μελοτυπεῖς, ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;
Πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
Κακοῤῥήμονας;
Κα. Ἰὼ γάμοι, γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι στρ. θ'.
Φίλων. Ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν.
Τότε μὲν ἀμφὶ σὰς ἀϊόνας τάλαι-
ν' ἠνυτόμαν τροφαῖς.
Νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κἀχερουσίους
Ὀχθοὺς ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα.
Χο. Τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω, ϛρ. ι'.
Νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι.
Πέπληγμαι δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ,
Δυσαλγεῖ τύχᾳ μινυρὰ κακὰ θρεομένας,
Θραύματ' ἐμοὶ κλύειν.
Κα. Ἰὼ πόνοι, πόνοι πόλεως ὀλουλένας ἀντιϛ. θ'.

liastes: *γρ. ἀγῶνα.* Et sic Ald. Rob. 1162. *ματαίους δύας*] *ματαίους δ' οἳ* Turn. 1163. *ἐπιφόβῳ*] *ἐπὶ φόβῳ* Ald. 1164. *ἐν νόμοις*] *ἐννόμοις* Ald. 1165. *θεσπεσίας*] Sic Turn. *θεσπιτίας* Ald. Rob. *θεσπίας.* 1170. Reliqua pars hujus tragœdiæ, quæ hunc versum excipit, in Guelf. Ald. Rob. Turn. abest; et in Aldina quidem, Turn. it. Guelf. statim sequitur versus ex Choëphoris *τί χρῆμα λεύσσω*; nulla defectus nota addita, ac titulo quoque Agamemnonis per totam Choëphorarum tragœdiam servato. In Rob. idem quidem defectus: sed tamen huic versiculo nota editoris subjungitur, qua multa hic deesse, et quæ sequantur ex tragœdia *χοηφόρων* esse monetur. Ceterum et hanc lacunam e codd. explevit Victorius. 1173. Abreschius commendat *τί τόδ' ἄγαν τορὸν*—, quam quidem transpositionem cur probaverit, causam non attulit. 1175. *δήγματι*] Stanl. conj. *δείματι.* Post *ὑπαὶ* autem excidisse statuo vocabulum *πραπίδων*, vel simile, cujus defectum etiam antistrophici versus mensura prodit. Sic non opus est cum

1173. sqq. Postquam Cassandra se mox circa Cocytum et Acherontis ripas vaticinaturam esse dixerat, Chorus tam claro vaticinio perculsus: *Quid sibi velit*, inquit, *tam clarum quod protulisti oraculum, vel puer aliquis intellexerit. Sed ego me sub præcordiis cruento* terroris *morsu vulneratum sentio, cum tu flebilia miserandæ calamitatis mala lamentaris, quæ* quidem voces tuæ *me audientem prorsus frangunt atque comminuunt.*

1178. sqq. *Heu, heu labores civitatis*

Τοπᾶν. Ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς
Πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων· ἄκος
Δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν,
Τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν.
Ἐγὼ δὲ θερμὸν ὡς τάχ' ἐν πέδῳ βαλῶ.
Χο. Ἑπόμενα προτέροισι τάδ' ἐφημίσω· ἀντ. ι'.
Καὶ τίς σε καὶ κακοφρονεῖν
Τίθησι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπιτνῶν
Μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα;
Τέρμα δ' ἀμηχανῶ.
Κα. Καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων

Cantero Heathioque ὑπαὶ in ἦπαρ mutare. 1183. Vulgo corruptus legebatur: ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ. Pro ἐμπέδῳ jam Heathius correxerat ἐν πέδῳ. Verum θερμόνους quoque depravatum est. 1184. προτέροισι] Sic auctore Pauwio edidi pro vulg. προτέροις, ne metrum strophici oppositi dispar esset. Uterque enim est iamb, dim. hypercatal. 1185. καὶ τίς σε καὶ] Non placet alterum καὶ, quod hic prorsus otiosum est. Forte leg. ϗ τίς σε γὰρ—. Pauwius emendabat ϗ τίς σε, παῖ, quod nec mihi quidem displicet. κακοφρονεῖν] Malim κακοφρονῶν. 1186. δαίμων]

funditus perditæ! Heu patris sacrificia antemurana, quæ tot pecudes pascuarias jugularunt, nullum autem omnino remedium attulerunt, quo minus urbs, ita ut nunc est, affecta esset. Ego vero quam mox calorem vitalem i. e. sanguinem *in terram profundam!*

1187. θανατοφόρα. Melius fuerit colon pro interrogandi signo hic substituere, nervosior enim sic fiat oratio. Sensus: *Consentanea superioribus hæc addidisti: Etenim malevolus aliquis deus nimisque molestus in te irruit, teque luctuosas mortiferasque calamitates canere cogit; ecquis autem finis futurus sit, ignoro.*

1189. sqq. Ut in his allegoricæ dictionis veritas intelligatur, notandum est vaticinia cum vento comparari, qui modo nubilus est, ut Notus, modo serenus, ut Zephyrus. Vertendum igitur: *Jam vero oraculum meum*, s. sermo propheticus, *non amplius, recens nuptæ instar, e velamine prospiciet, sed clarius effulgens tanquam* Zephyrus *versus solis ortum flans irruet, ut fluctus* decumani *ritu hac quæ nunc est calamitate multo major adversus solem insonet et effervescat.* Scil. hoc est κλύζειν πρὸς αὐγάς. Vulg. lectio κλύειν h. l. omnes interpretes a vero verborum sensu abduxit. Ineptum etiam fuerit, quod Heathio in mentem venit, πρὸς αὐγὰς cum τοῦδε πήματος construere. Imo hæc est verborum junctura: ὥστε πῆμα τοῦδε πήματος πολὺ μεῖζον, κύματος δίκην κλύζειν πρὸς αὐγὰς ἡλίου. Quemadmodum enim Zephyro vehementius irruente mare claro cœlo versus orientem solem intumescit, ut undarum strepitus non audiri solum, sed oculis cerni possit, ita nunc ait Cassandra se clarius vaticinaturam, ut ingentes calamitatum fluctus, qui jam immineant, apertius a Choro intelligantur. Sed in imagine illa conformanda respexisse videtur Æschylus Homericam similitudinem, qua vix alia est nobilior:

Ἔσται δεδορκὼς, νεογάμου νύμφας δίκην·
Λαμπρὸς δ' ἔοικεν ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
Πνέων ἐσήξειν, ὥστε κύματος δίκην
Κλύζειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε πήματος πολὺ
Μεῖζον· φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων.
Καὶ μαρτυρεῖτε συνδρόμως ἴχνος κακῶν
Ῥινηλατούσῃ τῶν πάλαι πεπραγμένων.
Τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὔποτ' ἐκλείπει χορὸς
Ξύμφθογγος, οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.
Καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,
Βρότειον αἷμα Κῶμος ἐν δόμοις μένει

Hoc vocabulum, quod abesse commode non potest, injuria damnavit Heathius, quia hic versus pro mensura strophici v. 1175. duabus syllabis abundare videtur. At h. l. nihil superfluum est; sed ibi, ut vidimus, vox duarum aut trium syllabarum in codd. periit. 1193. κλύζειν] Sic emendavi pro κλύειν, quod ab h. l. alienum est. 1196. ῥινηλατούσῃ] Vere sic emendari jussit Stanleius. Vulg. ῥινηλατούσης. 1198. ξύμφθογγος] In edd. est σύμφθογγος. 1200. Κῶμος] Ita scribendum, non ut vulg. κῶμος. 1200. sq. Recte quidem Pauwius comma post μένει tollendum esse intellexerat; idem tamen erravit, κῶμος cum ξυγγόνων Ἐριννύων construi sibi persuadens; adeoque δύσπεμπτος cum ἔξω conjungens.

Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχεῖ κῦμα θαλάσσης
Ὄρνυτ' ἐπασσύτερον Ζεφύρου ὑποκινήσαντος,
Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Χερσῷ ῥηγνύμενον, μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

cf. etiam Sophocl. Antig. v. 587. sqq. et Brunck.

1195. sq. καὶ—πεπραγμένων. Imago ducitur a cane venatica feræ vestigia naribus indagante. Postulat autem Cassandra, ut Chorus sibi testetur, se in memorandis pristinis Pelopidarum familiæ calamitatibus haud falsam fuisse.

1197. sqq. τὴν γὰρ—δυσμενεῖς. *Etenim ædes hasce nunquam relinquit chorus furiarum inter se quidem concinens, haud suavem tamen sonum edens; non enim fausta vociferatur. Præter istas vero cognatas furias, manet in ædibus Pelopidarum Comus infelici omine huc missus, et sanguine quidem humano, ut ad audendum promtior sit, inebriatus. Canunt autem furiæ ædibus assidentes principem noxam* (Myrtili cædem,) *vicissim vero abominatæ sunt fratris* (Atrei) *torum conjugalem* conculcatum s. violatum *conculcanti* Thyestæ, qui Aëropen Atrei uxorem vitiaverat, *infaustum* atque exitialem, propterea quod Atreus adulterum diris modis ulciscebatur, liberorum ejus a se mactatorum carnes ei comedendas præbens.

1200. Κῶμος. Hunc deum comessationum præsidem ideo socium adjungit furiis, quod ex cœna illa Thyestea mortiferum inter Atrei et Thyestæ genus odium vehementius incensum erat.

Δύσπεμπτος, ἔξω ξυγγόνων Ἐριννύων.
Ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασι προσήμεναι
Πρώταρχον ἄτην· ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν
Εὐνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς.
Ἥμαρτον, ἢ θηρῶ τι τοξότης τὶς ὥς;
Ἢ ψευδόμαντίς εἰμι θυροκόπος φλέδων;
Ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τό μ' εἰδέναι
Λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.
Χο. Καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν
Παιώνιον γένοιτο; θαυμάζω δέ σου
Πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πόλιν,
Κυρεῖν λέγουσαν, ὥσπερ εἰ παρεστάτεις.

1209. ὅρκου πῆγμα] Sic dudum emendaveram pro vulg. ὅρκος πῆμα, antequam idem Aurato Stanleioque placuisse vidissem. 1211. ἀλλόθρουν πόλιν] Abreschius, si cui forte durior hic ellipsis videatur præpositionis κατὰ, suadet ut legat ἀλλοθρούπολιν. Nobis vero alia quædam suspicio oborta est, horum versiculorum sententiam cum consilio Chori et mente comparantibus. Veremur enim, ne clausula versus 1211. una cum quinque pedibus sequentis versiculi, cujus ultimum vocabulum esset πόλιν, interciderit: adeoque sic exscribendi potius fuerint, signis defectus appositis.

Πόντου πέραν τραφεῖσαν, ἀλλόθρουν, * *
* * * * * * * * * * * πόλιν.

De sententia verborum, quæ excidisse putamus, cf. Commentar.

1203. πρώταρχον ἄτην. Recte, ut opinor, Heathius hanc primam noxam interpretatur, Myrtili cædem a Pelope patratam; conferri jubens Sophocl. Elect. 506—527. Eurip. Orest. 992—999.

1205. sqq. ἥμαρτον—δόμων. *Num aberravi; an tanquam sagittarius scopum attigi? Num falsa vates sum, quasi quædam nugatrix januas pulsans,* stipem nempe ut aniculæ fatidicæ solebant, pro vaticiniis petitura? *Quin tu potius jurejurando mihi testare, me antiqua harum ædium piacula satis intelligere, ut vere eloqui possim.*

1209. sq. καὶ—γένοιτο; *Sed quidnam hic juramentum vel sanctissime juratum profuerit?* Nihil enim ideo malis decedet, etiamsi nos te ea vere intellexisse juraverimus.

1210. sqq. Si nihil hic a librariis omissum esse statuamus, ἀλλόθρουν πόλιν dictum erit pro κατ' ἀλλόθρουν πόλιν, hoc sensu: miramur autem te ultra mare educatam, in urbe, peregrina lingua utente, ita jam apud nos loqui, quasi istis rebus interfuisses. Sed opinor, inter ἀλλόθρουν et πόλιν quædam intercidisse, ita ut Chorus dixerit: *Miramur te trans mare educatam, aliena lingua utentem,* tamen et Græce loqui, et de rebus in hac *urbe* gestis *ita dicere, quasi iis interfuisses.*

Κα. Μάντις μ' Ἀπόλλων τῷδ' ἐπέστησεν τέλει.
Προτοῦ μὲν αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.
Χο. Μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος;
Ἁβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.
Κα. Ἀλλ' ἦν παλαιστὴς, κάρτ' ἐμοῦ πένων χάριν.
Χο. Ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἤλθετον νόμῳ;
Κα. Ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην.
Χο. Ἤδη τέχναισιν ἐνθέοις ᾑρημένη;
Κα. Ἤδη πολίταις πάντ' ἐθέσπιζον πάθη.
Χο. Πῶς δῆτ' ἄνατος ἦσθα Λοξίου κότῳ;
Κα. Ἔπειθον οὐδέν' οὐδὲν, ὡς τάδ' ἤμπλακον.
Χο. Ἡμῖν γε μὲν δὴ πιστὰ θεσπίζειν δοκεῖς.
Κα. Ἰοὺ, ἰοὺ, ὢ ὢ κακά.
Ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος

1217. ἐμοῦ πίνων] Sic emendandum fuit pro ἐμοὶ πνέων, causas exposui in Comm. 1222. Πῶς δῆτ' ἄνατος ἦσθα Λοξίȣ κότῳ;] In edd. laborante sensu est: πῶς δῆτ' ἄνακτος ἦσθα Λοξίου κότῳ. Canterus ἄνακτος in ἄνατος mutandum esse viderat. Abreschio etiam ἄναπτος in mentem venit. Pauwius minus bene: πῶς δῆτ'; ἄνακτος ἦσθα Λοξίου κότος. Sed hoc tamen placet, quod post πῶς δῆτ' interrogandi notam poni voluit. 1223. οὐδέν' οὐδὲν] οὐδὲν οὐδὲν Vict. Cant. Stanl. Sed recte jam Canterus monuerat, prius οὐδὲν in οὐδέν' mutandum esse.

1213. sq. μάντις—τάδε. Vates Apollo me huic muneri præfecit. *Antea quidem pudor erat hæc dicere*, pudebat me amoris Apollinis erga me mentionem facere; nunc vero pudorem scilicet exui, morti propinqua. Nimirum post λέγειν τάδε aposiopesis nobis esse videtur, ita ut fecimus, supplenda.

1215. μῶν—πεπληγμένος; *Ain tu? an etiam* Apollo, *quamvis deus* esset, *tamen amore* mortalis puellæ *ictus est?*

1216. Ἁβρύνεται—πλέον. Hunc versiculum Cassandræ potius tribuendum censeo. Causam nimirum affert, cur mirandum non sit, Apollinem quoque amoribus obnoxium fuisse. *Nimirum unusquisque, qui fortunatus ac beatus est, promtus est ad lasciviam. Sed ille luctator erat multum mea causa laborans; (er war ein Kämpfer, der sich um mich viel Muhe gab.)* Sufficere arbitror versionem, ut intelligatur πίνων recte a nobis pro πνέων repositum esse.

1219. Quærenti Choro, an etiam Apollini mariti jura concesserit, respondet Cassandra, se pollicitam quidem hoc esse deo, verum eum postea fraudatam. cf. Lycophr. v. 348.

1222. πῶς δῆτ'—κότῳ; *Sed quid tandem? An impunis mansisti ab Apollinis ira?* Hoc negat Cassandra, aiens hanc pœnam sibi fuisse ab Apolline constitutam, ut nemini ea, quæ prædiceret persuaderet. Res nota.

Στροβεῖ, ταράσσων φροιμίοις ἐφημίοις,
Ὁρᾶτε τούσδε τοὺς δόμοις ἐφημένους

1227. φροιμίοις ἐφημίοις] "Hesychius Æschylum εὐφήμοις γόοις pro *infaustis* per antiphrasin usurpasse monet. Εὐφήμοις γόοις δυσφήμοις κατ' ἀντίφρασιν. Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποτνιεῖ. Id. εὐφημοῦσι· στένουσι, κωλύουσι, κατ' ἀντίφρασιν. Nihil vero hic mutandum; nam etsi non reperitur εὐφήμιος apud Hesychium, tamen ex ipso firmari potest vetus lectio. Alibi enim: Ἐφημίαι, ἀγμοί· καὶ βελτίονα φήμης, et: Ἐφήμως· εὐφήμως." *Stanl.* Quod reliquum est, equidem valde dubito an Græci dixerint ἐφημίαι, ἐφημίος, ἐφήμως, pro εὐφημίαι, εὐφήμιος, εὐφήμως, Hesychiique glossas e corrupta exemplarium lectione subnatas esse suspicor. H. l. certe propter sequentis versiculi clausulam ἐφημένους, facile fuit librario scribere ἐφήμοις pro εὐφημίοις. εὐφημίοις h. l. tuetur etiam Spanhemius ad Callim. h. in Del. v. 89. Nisi vero Æschylus scripsit φροιμίοις εὐφημίαις; nam nec terminatio in ΙΟΣ hic ex analogia procedere videtur. 1228. sqq. Quæ sequuntur, Cl. le Grand ita corrigenda esse opinatur:

Ὁρᾶτε τούσδε τοὺς δόμοις ἐφημένους
Νέους, ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασι,
Παῖδας κτανόντας; ὡσπερεὶ πρὸς τῶν φίλων
Χεῖρας κρεῶν πλήθοντας οἰκείας σπορᾶς,
Σὺν ἐντέροις τε σπλάγχν' ἐποίκτιστον γέμος
Βρέφους ἔχοντας—

Quæ quidem sic interpretatur vir doctissimus. *Videtin' hosce insidentes ædibus*

1227. Iterum divino furore se corripi sentit Cassandra. στροβεῖ bene, *circumagit, agitat.* Sed cum ista pronuntiabantur in scena, gestus etiam furorem declarantes accedebant, quos graphice depingit Chorus apud Senecam Agam. v. 700. sqq.

Silet repente Phœbas, et pallor genas
Creberque totum possidet corpus tremor.
Stetere vittæ. Mollis horrescit coma,
Anhela corda murmure incluso fremunt.
Incerta nutant lumina, et versi retro
Torquentur oculi. Rursus immites rigent!
Nunc levat in auras altior solito caput
Graditurque celsa; nunc reluctantes parat
Reserare fauces; verba nunc clauso male
Custodit ore, Mænas impatiens dei.

φροιμίοις ἐφημίοις, vel, ut equidem rectius legendum opinor, φροιμίοις εὐφημίαις, *præludentibus querelis*, pertinet ad illas exclamationes ἰοὺ, ἰοὺ etc. qui furoris impetum antecedebant. εὐφημίας autem olim κατ' ἀντίφρασιν pro *querelis* s. *lamentationibus* positum fuisse, docet Hesychius: Εὐφήμοις, γόοις, δυσφήμοις κατὰ ἀντίφρασιν, Αἰσχύλος Γλαύκῳ ποτνιεῖ. Idem: Εὐφημοῦσι, στένουσι, κωκύουσι κατὰ ἀντίφρασιν. Recte addidit Abreschius Soph. Elect. v. 633. ubi εὔφημος βοὴ de *querulo et infausto clamore;* itemque nostri Agam. v. 1256. ubi εὔφημον στόμα eodem sensu dicitur.

1228. Cassandræ offertur visum, quod ei ostendit juvenum umbras ædibus Atrei assidentes, Thyestæ pueris ad speciem similes, ac viscera carnesque a patre gustatas ostentantes. *Videte*, inquit, *hosce juvenes ædibus assidentes, somniorum spectris similes; quasi pueri illi mactati ab amicis* (ab Atreo) *implent manus carnium domestico cibo*, h. e. manibus tenent offas carnium, quas Atreus propinquis οἰκείοις parenti

Νέους, ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασιν.
Παῖδες θανόντες ὡσπερεὶ πρὸς τῶν φίλων,
Χεῖρας κρεῶν πλήθοντες οἰκείας βορᾶς,
Ξὺν ἐντέροις τε σπλάγχν', ἐποίκτιστον γέμος,
Πρέπουσ' ἔχοντες, ὧν πατὴρ ἐγεύσατο.
Ἐκ τῶνδε ποινάς φημι βουλεύειν τινὰ
Λέοντ' ἄναλκιν ἐν λέχει στρεφώμενον
Οἰκουρὸν, οἴμοι, τῷ μολόντι δεσπότῃ
Ἐμῷ. Φέρειν γὰρ χρὴ τὸ δούλιον ζυγόν.
Νεῶν δ' ἔπαρχος, Ἰλίου τ' ἀναστάτης
Οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
Λέξασα, κἀκτείνασα φαιδρόνους, δίκην
Ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

juvenes, semniorum spectris similes liberorum interfectores? velut ab amicis (epulis adhibitos) *manus implentes carnibus propriæ prolis, cumque intestinis viscera (miserabilem offam) infantis tenentes.* Sed cf. Comment. 1229. Post μορφώμασιν signum interrogandi in aliis ponitur. 1238. Νεῶν δ'] Vulgo Νεῶν τ'. Sed adversativa h. l. requiritur. 1240. κἀκτείνασα] Optime Canterus ita scribendum intellexit.

præsertim comedendas præbuit; *cumque intestinis viscera, miserabile ferculum ostentant, quæ pater ipsorum degustarit.* Haud male horribilem illam imaginem expressit Francogallus interpres, alias nimium sæpe hallucinatus: *Voyez-vous à la porte de ce palais ces enfants semblables à des phantômes nocturnes? Ceux qui devoient les cherir les ont massacrés! Ils portent dans leurs mains leurs entrailles et leurs propres chairs, mets effroyables, dont leur pere s' est nourri.*

1234. ἐκ τῶνδε. I. e. ex hoc piaculo illa calamitas oritur. Nempe diræ Thyesteæ, quibus fratris domum devoverat, Agamemnonem in illam Iphigeniæ immolandæ necessitatem adegerant; ob Iphigeniæ cædem jam ultura erat maritum Clytæmnestra. cf. v. 1513. Sensus itaque hic est: Inde igitur fit, ut leo quidam imbellis in lecto (Agamemnonis) volutatus, domi desidens, ultionem meditetur venienti domino meo. Pulchra mulieris cædem marito parantis descriptio, et aptis verborum involucris tecta.

1238. sqq. Admirabile est, quantum indignationis fervorem ista spirent: *Navium vero dux, Trojæ expugnator ignorat, qualia istius canis odio dignissimæ lingua, cum tam multa diceret et hilaritatis specie blandiens exsequeretur, Ates cujusdam clandestinæ ritu infeliciter paratura sit. Talia inquam facinora mulier molitur, viri interfectrix. Quo igitur nomine invisum illud monstrum appellem? Amphisbænamne, an Scyllam aliquam in scopulis habitantem, nautarum cladem? Utpote quæ Orci matri sacrificet, et implacabiles diras amicis spiret. Quantum vero mulier illa projectæ audaciæ exsultabat, tanquam victoria potita! Atque interim speciem lætitiæ ob felicem mariti reditum præ se ferre non dubitabat.*

Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς· ἄρσενος φονεύς
Ἐστιν. Τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος
Τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν, ἢ Σκύλλαν τινὰ
Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
Θύουσαν ᾄδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
Φίλοις πνέουσαν; ὡς δ' ἐπωλολύξατο
Ἡ παντότολμος, ὥσπερ ἐν μάχης τροπῇ;
Δοκεῖ δὲ χαίρειν νοστίμῳ σωτηρίᾳ.
Καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω, . . . τί γάρ;
Τὸ μέλλον ἥξει. Καὶ σύ μ' ἐν τάχει παρὼν
Ἄγαν γ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.
Χο. Τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν
Ξυνῆκα καὶ πέφρικα· καὶ φόβος μ' ἔχει,
Κλύοντ' ἀληθῶς οὐδὲν ἐξῃκασμένα.
Τὰ δ' ἄλλ' ἀκούσας ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω.
Κα. Ἀγαμέμνονός σέ φημ' ἐπόψεσθαι μόρον.
Χο. Εὔφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον στόμα.

Vulg. sine sensu καὶ κτείνασα. 1245. Male sic interpungendum censet Pauwius: τί; νιν κάλοῦσα δυσφιλὲς δάκος, τύχοιμ' ἄν·—. 1251. καὶ σύ μ' ἐν τάχει] Vulg. καὶ σὺ μὴν τάχει. Verum neque καὶ μὴν huic loco satis convenit, et elegantius est ἐν τάχει. Itaque μ' ἐν auctore Abreschio recepimus. 1252. Pauwius mavult: Ἄγαν μ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς. 1253. παιδείων] Hanc scripturam induxi in locum vulg. παιδίων. 1258. κοίμησον] Staul. conj. κοίμισον.

1246. Θύουσαν ᾄδου μητέρ'. Potterus ad Lycophr. v. 1188. recte castigavit interpretem latinum, qui vertit ista: *furentem Orci matrem*; cum debuisset reddere: *Orci matri sacrificantem. Orco* aliquem *mactare* est *occidere*, s. *morti devovere*. Idem igitur valet Ἅδου μητέρι θύειν.

1250. ὅμοιον. Abreschius supplet ἐστὶ, q. d. *perinde est, si non persuadeam.* Verius tamen fortasse ὅμοιον int. ὁμοίως, et apodosin post πείθω reticeri dicas. *Et horum quidem si quid similiter*, ut alias, *non persuadeam*, sc. nihil mea refert. *Quid enim? Venient futura. Tuque præsens me cito cum miseratione nimis verum vatem fuisse dices.* Adjecto οἰκτείρας pedetentim ad suam ipsius cædem prædicendam accedit.

1253. sqq. *Thyestæ quidem epulas ex filiorum carnibus* cum te dicentem audiebam, satis *intellexi, et cohorrui, et metus me occupat, cum* te *vera* dicere, *haud* vanas *conjecturas* eloqui *audio. Sed reliquis*, quæ de instante viri cæde addidisti, *auditis, prorsus e cursu devius erro*; h. e. de statu mentis dejectus sum, ut quid cogitem nesciam.

1258. *Male ominata verba fundentem linguam ó misera coërce.*

Κα. Ἀλλ' οὔτι παιὼν τῷδ' ἐπιστατεῖ λόγῳ.
Χο. Οὐκ εἴπερ ἔσται γ'· ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως.
Κα. Σὺ μὲν κατεύχῃ, τοῖς δ' ἀποκτείνειν μέλει.
Χο. Τίνος πρὸς ἀνδρὸς τοῦτ' ἄγος πορσύνεται;
Κα. Ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.
Χο. Τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν.
Κα. Καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι φάτιν.
Χο. Καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα· δυσμαθῆ δ' ὅμως.
Κα. Παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι;
Ὀτοτοῖ, Λυκεῖ' Ἄπολλον· οἳ ἐγὼ, ἐγώ.
Αὕτη δίπους λέαινα συγκοιμωμένη

1259. ἀλλ' οὔτι] Sic recte Pauwius rescripsit. Ante eum in Vict. Cant. Stanl. lectio erat metro infesta, ἀλλ' οὔτοι. 1260. οὐκ εἴπερ ἔσται γ'] Ita sensu postulante edidi pro vulg. εἰ παρέσται γ'. Abreschio videbatur interrogandi signum ponendum post οὐκ, ut sensus esset: *Non? sed quid si prope adsit? verum nunquam eveniat.* Sed veram particularum εἰ γε vim hoc modo pervertit vir doctus. 1262. τίνος πρὸς ἀνδρὸς τοῦτ' ἄγος πορσύνεται;] Ita Stanl. Vulg. τινὸς—πορσύνεται. ἄγος autem pro vulg. ἄχος ex Aurati emendatione dedimus. 1263. ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν] Stanl. conj. ἦ κάρτ' ἀρὰν—, cui equidem non assentior, etsi forte corrupta sunt ista ἦ κάρτ' ἄρ' ἄν. Si vera fuerint, ἂν cum κάρτα, non cum verbo construendum. Sin minus, legendum ἄρ' οὖν. Heathio vel ἦ κάρτ' ἄγαν, vel ἦ κάρτα γ' οὖν legendum videbatur. Abreschius ἦ κάρτα γὰρ, haud male. 1266. δυσμαθῆ δ' ὅμως;] Vulgo edebatur: καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα, δυσπαθῆ δ' ὅμως. Stanleius vel δυσπαθῆ τ' ὅμως, vel δυσμαθῆ δ' ὅμως legendum opinabatur. Ac posterius quidem unice verum. Nam δυσπαθῆ a sententia Chori et verborum perpetuitate abhorret. Pauwius δυσμαθῆ θ' ὅμως defendit ita ut θ' sit pro τε. Affert etiam aliud δυσμαθῆ θ' ὅλως, quod prorsus ineptum. 1267. δέ μοι] δέμας corr. Stanl. quod non est necessarium.

1259. ἄλλ' οὔτι—λόγῳ. Quid coërceam? *Non enim est, qui iis, quæ dico eventura esse, medelam afferat.*

1260. οὐκ—πως. *Non quidem si futura sint,* quæ dicis, *verum ne eveniant precamur.*

1261. σὺ—μέλει. *Tu quidem* illam calamitatem deprecaris; *sed illis,* Clytæmnestræ et Ægistho, *curæ est, ut occidant* regem.

1263. Quoniam Chorus quæsiverat, quonam a *viro* tale ac tantum facinus patraretur, Cassandra eum ait multum a vero oraculorum suorum sensu aberrasse.

1266. Chorus non negat Cassandram bene Græcam linguam callere; fatetur etiam eam oraculorum (hæc enim sunt πυθόκραντα) apprime peritam esse, nihilo tamen secius obscura sibi esse contendit ejus vaticinia.

1267. Novo furoris accessu tentatur Cassandra, quem *ignibus admotis* comparat.

1269. sqq. αὕτη—φόνον. *Bipes illa leæna* Clytæmnestra *cubans cum lupo*

Λύκῳ, λέοντος εὐγενοῦς ἀπουσίᾳ,
Κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὡς δὲ φάρμακον
Τεύχουσα κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ.
Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον,
Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον.
Τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλωτ' ἔχω τάδε,
Καὶ σκῆπτρα, καὶ μαντεῖα περὶ δέρῃ στέφη;
Σφὲ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.
Ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'· ἀγαθὰ δ' ἀμείψομαι·
Ἄλλην τιν' ἄτην ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε.
Ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ

1272. *κότῳ*] Stanleius vel *κἀμὲ μισθὸν ἐνθήσει πότῳ*, vel cum Jacobo, *κἀμὲ μισθὸν ἐνθήσει κύτει* legendum esse suspicatur. Nobis vero emendationis indigere hic locus non videtur. 1277. *σφὲ μὲν*] Recepi emendationem Stanl. pro vulg. *σὲ μὲν*, illud enim multo convenientius est consecutioni verborum. Quamquam si quis defendere velit vulgatam *σὲ*, hac ratione facere id possit, ut dicat, Cassandram primum sceptrum frangere et abjicere; idque his verbis alloqui: *σὲ μὲν* etc. deinde etiam coronas de capite sibi deripientem addere *ἴτ' ἐς φθόρον* etc. Minime vero probanda est Abreschii conjectura, *σεμνὰ* pro *σὲ μὲν* scriptum fuisse autumantis. 1278. *ἀγαθὰ δ' ἀμείψομαι*] Vulgo perperam *ἀγαθῷ δ' ἀμείψομαι*. Pauwius conj. *ἀγαθῶν δ' ἀμείψομαι*, q. d. *cum bonis vero vos commutabo*; quod mihi non probatur. Non magis Heathii ratio placet. *ἐγὼ δ' ἀμείψομαι*. q. d. *ego vero vobis succedam.* 1279. *ἄλλην τιν' ἄτην ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε*] Verum nobis vidisse videtur Heathius, emendans: *ἄλλην τιν' ἄτῃ γ' ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε*. Vulgata lectio, quocunque te vertas, commodam interpretationem non admittit.

Ægistho, *generosi leonis per absentiam*, i. e. quo tempore maritum Troja detinebat, *me infelicem occidet; et quasi medicamentum parans mei quoque mercedem* i. e. meæ quoque cædis fructum *imponet iræ inveteratæ;* nimirum se placari non aliter posse existimans, nisi me quoque morti dederit. *Gloriatur enim, dum in maritum gladium acuit, se ei, propterea quod me* pellicem *adduxerit, cædem retribuere.*

1275. *Quid igitur illa mei ludibria servo, sceptra ista et fatidicas circa collum corollas? Hæc potius ante obitum meum disperdam. Ite in malam rem, cadentia; bona enim,* qualia mihi attulistis scilicet, *referam; aliam jam* virginem aut mulierem *mei vice ditate*, i. e. damno afficite. Nempe hic est sensus emendatæ ab Heathio lectionis.

1280. Hic fingitur subito Apollinis impetu vestem fatidicam Canssandræ decidere. *Ecce autem adest Apollo, qui me ipse veste sacra exuit. Vidisti autem me,* ô Apollo! *in his ornamentis irrisam inter amicos, cum ab hostibus obsessi essent, quamquam haud ambiguum est, istum risum frustra fuisse,* meque indignam quæ ab iis riderer.

Χρηστηρίαν ἐσθῆτ'. Ἐπόπτευσας δέ με
Κἀν τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ
Φίλων, ὑπ' ἐχθρῶν, οὐ διχορρόπως μάτην.
Κἀλωμένη δὲ, φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια,
Πτωχὸς, τάλαινα, λιμόθνης ἠνεσχόμην.
Καὶ νῦν ὁ μάντις μάντιν ἐκπράξας ἐμὲ,
Ἀπήγαγ' ἐς τοιάσδε θανασίμους τύχας.
Βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει,
Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.
Οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.
Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
Μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός·
Φυγὰς δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος,
Κάτεισιν, ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις·

1284. κἀλωμένη δὲ] Elegantissime sic emendavit Heathius, pro eo quod adhuc edebatur, καλουμένη δέ. Simillimum librariorum errorem idem observavit in Sophocl. Œdip. Colon. v. 265. et Philoct. v. 231. 1288, 1289.] In edd. legebatur: βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντεπίξηνον μένει, in quo Auratus corruptelam bene sustulit, corrigendo ἄντ' ἐπίξηνον. Male vero Stanleius ita refingendos opinabatur versiculos:

Βωμοῦ πατρῴου δ' ἄντ', ἐπίξενος μένει
Θερμῷ κοπεῖσαν φοινίῳ προσφάγματι.

In altero si quid mutandum sit, malim θερμὸν κοπείσης φ. π. Abreschio placebat θερμῷ κοπείσῃ, ita ut μένει dativum κοπείσῃ regeret; sicut ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμός. 1294. sq. Κάτεισιν—πατρός.] Pauwius corrigit: κάτεισιν, κ' ἄτας τάσδε θρίγκουσιν

1284. sq. κἀλωμένη—ἠνεσχόμην. *Ego vero interim oberrans sicut vagabunda circulatrix paupertatem, miseriam, mortis a fame periculum sustinebam.*

1286. sqq. καὶ νῦν—προσφάγματι. *Et nunc quidem vates* Apollo *vatem me ulciscens in hunc mortiferam calamitatem me deduxit. Paternæ autem aræ loco truncus me culinarius manet,* qui *calidus* fiet *cæsæ sanguinaria cæde.* Nempe truncum illum cruore respersum iri præsagit. Expressi autem lectionem θερμὸν, quam vulgata veriorem puto.

1290. sqq. οὐ μὴν—πατρός. *Non tamen inultæ a diis moriemur. Alias enim vicissim nostræ cædis ultor veniet,* (Orestes) *filias matricida, paternæ cædis vindex; hic,* inquam, qui *nunc exsul procul ab hac terra hospes errat, accedet, hasce calamitates amicis finiturus, adducet autem eum jacentis patris resupinatio;* h. e. cæde patris audita domum properabit.

1294. θριγκώσων. "Θρίγκοι sunt domus vel muri pinnacula sive pinnæ; ita θριγκόω est coronam vel fastigium ædificio imponere. Vid. Eurip. Iph.

Ἄξει νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός.
Τί δῆτ' ἐγὼ κάτοικος ὧδ' ἀναστένω;
Ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
Πράξασαν, ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν
Οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει,
Ἰοῦσα κἀγὼ τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.
Ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας·
Ἅιδου πύλας δὲ τάσδ' ἐγὼ προσεννέπω·
Ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,
Ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων ἐνθνησίμων
Ἀποῤῥυέντων, ὄμμα συμβάλω τόδε.

Χο. Ὦ πολλὰ μὲν ταλαινά, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ
Γύναι· μακρὰν ἔτεινας. Εἰ δ' ἐτητύμως

φίλοι Ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός. Fecit probe: locum nobis multo difficiliorem reddidit, quam ante. 1295. ἄξει—πατρός.] In edd. mendose ἄξειν νιν ὑπτίασμα κειμένου πατρός. Jacobus teste Stanleio emendaverat, ἄξεινον ὑπτίασμα. Melius autem ipse Stanleius, sic ut edidimus. 1298. Pauwius conj. οἳ δ' εἶχον πόλιν οὕτως ἀπαλλάσσοντας ἐν θεῶν κρίσει. 1300. ἰοῦσα κἀγὼ] Sic e certissima Heathii correctione rescripsimus. Vulg. ἰοῦσα πράξω nullum hic sensum habet, orationis concinnitatem turbat, ortumque est ab incuria librarii, cujus sensui aut memoriæ verbum πράττειν e versu 1298. obversabatur. 1302. τάσδ' ἐγὼ] In edd. τὰς λέγω. Canterus τὰς ἐγὼ corrigendum censuit. Verius autem visum est τάσδ' ἐγώ.

in Taur. v. 74. Troad. 489. Herc. Fur. 1280. Revera enim Orestes coronidem calamitatibus Pelopidarum imposuit, facinusque ab eo patratum ultimum erat istius domus infortunium." *Heath.*

1296. κάτοικος. *Hic ante ædes*, ut supra θυραῖος v. 1064.

1301. ὀμώμοται—μέγας. Quorsum ista pertineant, vix pro certo dixerim. Referri possit ad jusjurandum deorum, se Atrei facinora etiam in filio ulturos esse. Fortasse insititius est versiculus et aliunde huc translatus. An, quia per Stygem jurare, maximum erat deorum juramentum, cum statim nominentur ᾅδου πύλαι, Grammatico in mentem venit illum adscribere? Sed nihil definio.

1302. Ἅιδου πύλας. Gravi metaphora sic appellat ædium Atridarum fores, utpote in quibus mortem obitura erat.

1303. ἐπεύχομαι. "Imitatus est Sophocl. Ajac. v. 347.

καλῶ δ' ἅμα
Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι
Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι."
Abresch.

Μόρον τὸν αὐτῆς οἶσθα, πῶς, θεηλάτου
Βοὸς δίκην, πρὸς βωμὸν εὐτόλμως πατεῖς;
Κα. Οὐκ ἔστ' ἄλυξις, ὦ ξένοι, χρόνου πλέων.
Χο. Ὁ δ' ὕστατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται.
Κα. Ἥκει τόδ' ἦμαρ· σμικρὰ κερδανῶ φυγῇ.
Χο. Ἀλλ' ἴσθι τλήμων οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου φρενός.
Κα. Ἀλλ' εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.
Χο. Οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.
Κα. Ἰὼ, πάτερ, σοῦ τῶν τε γενναίων τέκνων.
Χο. Τί δ' ἐστὶ χρῆμα, τίς σ' ἀποστρέφει φόβος;
Κα. Φεῦ, φεῦ.
Χο. Τί τοῦτ' ἔφευξας; εἴ τι μὴ φρενῶν στύγος.
Κα. Φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ.

1310. *οὐκ ἔστ' ἄλυξις, ὦ ξένοι, χρόνου πλέων.*] Sic emendavi pro vulg. *οὐκ ἔστ' ἄλυξις οὐ χρόνῳ πλέω*, in quibus neque sensus neque constructio verborum valet. cf. v. 1309, 1310. Pauwius aliud quid invenit: *οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὐ, ξένοι χρόνῳ πλέον*, idque hoc modo interpretatur: *pluris non est evitatio propter temporis moram.* Cl. le Grand conj. *οὐκ ἔστ' ἄλυξις, ὦ ξένοι, χρόνου πλέον.* Stanleius nihil mutandum duxit præter *οὐ ξένοι*, in *ὦ ξένοι*, vertitque vulgatam sic: *non est, ó hospites, quo magis mortem evitem cunctando,* quæ nec e verbis elici possunt, nec bene latinis verbis enuntiata sunt. 1311. *τοῦ χρόνου*] Forte leg. *τῷ χρόνῳ.* 1314, 1315. Recte ita transponendos esse judicavit Heathius. Antea legebatur

Κα. Οὐδεὶς—εὐδαιμόνων.
Χο. Ἀλλ' εὐκλεῶς—βροτῷ.

1315. *ἀκούει*] Male Pauwius conj. *ἀλεύει.* 1320. *φόνον*] Vulg. *φόβον*, quod rectissime, sic ut edidimus, emendandum esse vidit Stanl.

1308. sq. *θεηλάτου βοὸς δίκην.* Videtur potissimum ad buculam illam respici, quæ Cadmo viam ad locum, ubi Thebæ ab eo condendæ erant, monstraverat, ac deinde ab eo immolabatur.

1310. *οὐκ ἔστ'—πλέων.* *Non magis est auxilii ac salutis, quam temporis ad elabendum copia.*

1311. *πρεσβεύεται.* *Attamen, qui postremus est, aliquid certe a tempore lucratur. Der letzte hats in solchen Fällen immer am besten.*

1314, 1315. Cassandra: *Veruntamen gratum est mortali,* si moriendum sit, *decore mori.* Chorus: *Felicium vero nemo hæc audit*: h. e. qui beati et fortunati sunt, valde hoc decoris genus deprecantur, eoque se libenter carere fatentur.

1317. *ἀποστρέφει.* Nempe eum ista *ἰὼ—τέκνων* pronuntiaret Cassandra, gestu simul timorem exprimebat, ac se trepida huc illuc vertebat.

1319. *στύγος.* h. l. de luctus ac doloris materia.

Χο. Καὶ πῶς τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων;
Κα. Ὅμοιος ἀτμὸς, ὥσπερ ἐκ τάφου, πρέπει.
Χο. Οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα δώμασιν λέγεις.
Κα. Ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. Ἀρκείτω βίος.
Ἰὼ, ξένοι.
Οὔτοι δυσοίζω, θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ,
Ἀλλ' ὡς θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε,
Ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ
Ἀνήρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.
Ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.

1321. *καὶ πῶς—ἐφεστίων*] Pauwius hisce verbis sensum, qui tamen facillimus et optimus est, inesse negans, vel sic distinguendum *καὶ πῶς; τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων*, vel hoc modo legendum opinabatur: *καὶ πᾶν τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων*. Neutrum vero probandum. Nec melius tertium quod affert: *κ' αὐτῶν τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων*. 1327. *δυσοίζω, θάμνον ὡς ὄρνις, φόβῳ*] In Vict. Stanl. comma tantum post *ὄρνις* ponitur. Scholiastes autem alterum post *ὄρνις* agnovisse non videtur.

1321. *καὶ—ἐφεστίων*. *Et quomodo tandem talis odor afflari possit ex hostiis ad focum cæsis?* Ita rectius vertas, quam ut Heathius præcepit: *et quodam modo hoc olet victimas focarias.*

1323. *οὐ—λέγεις*. Pessimum odorem narras, haud similem unguento Syrio.

1327. *ἀλλ' ὡς—*. *Verum mihi hoc ut jam jam moriture, testamini*, me scilicet intrepide ad mortem subeundam domum hanc intrasse, *quando mulier* (Clytæmnestra) *pro* (me) *muliere mortua fuerit, et vir* (Ægisthus) *pro viro* (Agamemnone) *infaustum conjugium adepto ceciderit.* Ed iste quidem verborum sensus exsistit e vulgata lectione. Sed vide quæ mox dicentur ad v. 1330.

1330. *δυσδάμαρτος*. Sunt qui hoc pro nominativo accipiant et ad Ægisthum referant. Verius autem genitivus habetur á forma *δύσδαμαρ*, ut Agamemnonis epitheton sit.

1331. *ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη*. Hunc versum nemo adhuc explicavit. Lat. interpr. vertit: *hæc dona hospitalia vobis relinquam, ut jam moritura.* At *ἐπιξενοῦμαι* sic transitive poni non solet. *ἐπιξενοῦσθαι* est *hospitaliter accipi, hospitalibus donis honorari. ἐπιξενοῦμαι ταῦτα* igitur vertendum potius erat: *hæc dona hospitalia aufero.* Sed locus sane difficilis optime explanabitur, si v. 1328. pro *θανούσῃ* legamus *μαθούσῃ*, Cassandramque id a Choro petere statuamus, ut se futuram Clytæmnestræ Ægisthique sortem recte prævidisse sibi olim testentur. Qua quidem ratione sic procedet sententia: *Non tamen ego, tanquam avicula circa virgultum*, (in quo *scil.* aucupis insidias metuit) *timida trepido; quin potius vos me illud bene intellexisse ac prævidisse testa-*

Χο. Ὦ τλῆμον, οἰκτείρω σε θεσφάτου μόρου.
Κα. Ἅπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω
Ἐμὸν τὸν αὐτῆς. Ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι
Πρὸς ὕστατον φῶς, τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις,
Ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ,
Δούλης θανούσης εὐμαροῦς χειρώματος.
Ἰὼ βρότεια πράγματ'· εὐτυχοῦντα μὲν
Σκιά τις ἀντρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχῆ,

1335. Pauwius conj. τοῖς τ' ἐμοῖς τιμαόροις. 1336. τίνειν ὁμοῦ] Pauwius rescribendum esse somniat: τίνειν ὃ μοῦ, *solvant quod mihi debetur*; quod meram barbariem sapit. Corruptum esse hunc locum nemo negabit; quem ita fere corrigendum arbitror:

τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις
Ἐχθροὺς φονεῖς τ' ἐμοὺς δίκην τίνειν ἐμοῦ,
Δούλης etc.

Si ὁμοῦ verum est, Cassandra significat interfectores non solum Agamemnonis, sed *simul* etiam suæ cædis pœnas daturos.

mini, quando mulier pro me muliere, ad mortem meam ulciscendam, *occiderit, virque pro viro, quem uxor perdidit, occubuerit. Et hæc equidem* (hasce, quæ inimicis meis impendent, pœnas) *tanquam dona hospitalia accipio moritura;* æque mihi hæc morituræ grata sunt, ac hospiti munera, quæ ei offeruntur. Recordentur lectores dona hospitalia data fuisse hospitibus discessum parantibus; ita magis elucescet imaginis veritas. cf. v. 1290. sqq.

1334. sqq. Heathius ita construendum censet: ἐπεύχομαι δὲ ἡλίῳ πρὸς ὕστατον φῶς, τούτους, vel ἐκείνους τοὺς ἐμοὺς φονέας, τίνειν (scil. ποινὴν) τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ἐχθροῖς οὖσιν τούτοις τοῖς ἐμοῖς φονεῦσι, ὁμοῦ ποινὴν ἐμοῦ δούλης θανούσης etc. Si quis igitur sit, cui tortuosa hæc interpretandi ratio placeat, non impedio, quo minus in ea acquiescat. Erunt tamen, ut spero, qui correctionem nostram, in V. L. propositam, præferant; e qua hic sensus nascitur: *Solem autem, dum ultimam ejus lucem adspicio, supplex invoco, ut inimici mei et percussores ultoribus meis pœnas luant mei, hoc est, ancillæ facili negotio interemptæ.*

1338. sqq. ἰὼ—πολύ. *Eheu res mortalium tristem hominum conditionem* et cum dolore mirandam! *Prosperitatem enim*, si fuerit, *vel umbra quælibet everterit; sin adversæ fuerint, madida quæ injecta fuerit spongia scripturam delet;* h. e. adversitatis adeo facile oblivisci solent homines, ut ejus memoria, tanquam scriptura spongia deleta, prorsus evanescat. *Atque hæc equidem multo magis quam illa misereor;* nempe quia, altior si esset infortuniorum memoria, melius iis ad sapientiam animis informandam homines uterentur; nunc ne damnis quidem sapere discunt, quæ tam celeriter obliviscuntur. Miserabilior igitur Cassandræ videtur in hominibus cita malorum oblivio, quam bonæ fortunæ fragilitas; qua quidem sententia nihil gravius ac sublimius esse potest, nec fatidica virgine ad mortem abeunte dignius.

Βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσε γραφήν.
Καὶ ταῦτ' ἐκείνων μᾶλλον οἰκτείρω πολύ.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΟ μὲν εὖ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ
Πᾶσι βροτοῖσιν· δακτυλόδεικτον
Δ' οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων.
Μηκέτι δ' εἰσέλθῃς τάδε φωνῶν.
Καὶ τῷδε πόλιν μὲν ἑλεῖν ἔδοσαν
Μάκαρες Πριάμου·
Θεοτίμητος δ' οἴκαδ' ἱκάνει.
Νῦν δ' εἰ προτέρων αἷμ' ἀποτίσει,
Καὶ τοῖσι θανοῦσι θανὼν, ἄλλων

1340. βολαῖς] Minime concedendum est, ut, quod Stanl. existimat, reponatur μόλις. Multo minus Pauwianum λώβαις accipiendum. 1343. δακτυλόδεικτον] Ita Stanleio monente scripsimus, pro vulg. δακτυλοδεικτῶν, quod sensus veritati repugnat. Pro βροτοῖς recte ob metrum rescribendum duxit Pauwius βροτοῖσιν. 1345. Hemichoro tribuendum censet Pauw. 1350. θανοῦσι] Canter. conj. κτανοῦσι.

IN SCENAM XIV.

v. 1342.—1381.

1342. sqq. Cassandram ædes ingressam hisce verbis prosequitur Chorus, quorum quidem occasionem ex ultima ejus oratione capit. *Bene quidem vivendi nulla satietas hominibus est; ab ædibus vero, quæ* ob felicitatem *digitis* prætereuntium *monstrantur, nemo te facile repellit et arcet*, nimirum quod divites fere hospitales esse solent; *veruntamen ne intres unquam talia vociferans*; nempe de fortunæ inconstantia et rerum humanarum fragilitate, qualia Cassandra v. 1338. dixerat.

1345. μηκέτι—φωνῶν. Hæc non per enallagen generis ad Cassandram, ut nonnulli volunt, sed universe dicuntur: *attamen auctor sum, ne quisquam talia in divitum ædibus decantet.*

1346. sqq. καὶ τῷδε—ἀκούων; *Et huic quidem* Agamemnoni *immortales urbem Priami ut expugnaret, dedere; et a diis honoratus*, rebus bene gestis et laude bellica florens, *domum venit. Nunc autem si ei fatale fuerit, priorum*, eorum qui olim in hac familia cæsi sunt, *sanguinem expiare, et si mortuis mortuus aliarum cædium pœnas gravissimas pendet, quis tandem mortalium, his auditis, se ea conditione natum esse speraverit, ut vitam sine calamitate transigat?*

Ποινὰς θανάτων ἄγαν ἐπικρανεῖ,
Τίς ἂν εὔξαιτο βροτῶν ἀσινεῖ
Δαίμονι φῦναι τάδ᾽ ἀκούων;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ ἔνδον.

Ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Σίγα· τίς πληγὴν ἀϋτεῖ καιρίως οὐτασμένος;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ ἔνδον.

Ὤμοι, μάλ᾽ αὖθις δευτέραν πεπληγμένος.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Τοὔργον εἰργᾶσθαι δοκεῖ μοι βασιλέως οἰμώγματι.
Ἀλλὰ κοινωσοίμεθ᾽ ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὴν ἐμὴν γνώμην λέγω,
Πρὸς δῶμα δεῦρ᾽ ἀστοῖσι κηρύσσειν βοήν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ἐμοὶ δ᾽ ὅπως τάχιστά γ᾽ ἐμπεσεῖν δοκεῖ,
Καὶ πρᾶγμ᾽ ἐλέγχειν ξὺν νεοῤῥύτῳ ξίφει.

1351. Pauwius metro succurrere cupiens emend. Ποινὰς θανάτων ἄτᾳ ἐπικρανεῖ. Male. Non magis placet, quod Heathio in mentem venit, αὐτὸς ἐπικρανεῖ. 1352. τίς ἂν] Errabat Canterus, cum ei οὐκ post ἂν excidisse videbatur. Metri autem causa Pauwius post εὔξαιτ᾽ inserendum opinatur ἄρα. Heathius idem post βροτῶν ἄρ᾽ ἀσινεῖ. 1358. Male in edd. κοινωσώμεθ᾽.

1352. Repente auditur Agamemnonis intus vulnerati ejulatio. Prudenter Æschylus instituit, ut cædes post scenam perageretur.

1356. In sequenti Choricorum in duas partes discedentium diverbio senum quidem in regem benevolentia facile agnoscitur, at promtus ad res gerendas et strenuus animus valde desideratur. Senilis autem est ista trepidatio, garrulitasque, nec ab hujus ætatis moribus abhorret.

1357. τοὔργον. *Res ipsa,* quam Cassandra prædixerat, regis cæ des.

1360. πρὸς—βοήν. *Cla more cives evocare, ut ad regiam concurrant.*

1362. καὶ—ξίφει. *Et facinoris* auctores *convincere gladio recenti cæde cruentato.* Suidas: Νεόῤῥυτος, νεωστὶ ῥέων.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Κἀγὼ τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὢν
Ψηφίζομαί τι δρᾷν. Τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ὁρᾷν πάρεστι· φροιμιάζονται γὰρ ὡς
Τυραννίδος σημεῖα πράσσοντες πόλει.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Χρονίζομεν γάρ. Οἱ δὲ μελλούσης κλέος
Πέδον πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Οὐκ οἶδα βουλῆς ἧς τινος τυχὼν λέγω.
Τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι πέρι.

1367. κλέος] Jacob Stanleio teste emendavit χρεοῦς. Pauwius vero corr. μέλλοντος κλέους.

1364. τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή. Recte Heathius interpretatur: *Nunc vero adest id temporis punctum, quando minime cunctari licet.*

1365. sq. ὁρᾷν πάρεστι. *Imo vero tempus instat videndi;* scil. rem gestam gerendamve cognoscendi.

φροιμιάζονται—πόλει. *Ita enim præludere videntur ii, qui in eo sunt ut tyrannidis signa in civitate edant.* Nempe ὥς, ut opinor, cum acuto scribendum est, i. q. οὕτως. Vulgatam vero scripturam sic exponit Lat. intp. *exordiuntur enim quasi tyrannidis signa molientes urbi.*

1367. sq. χρονίζομεν γὰρ—χερί. Quid mirum? *Nos enim cunctamur? Illi autem qui ad futuræ* scil. tyrannidis *honorem viam affectant, non dormiunt manu,* h. e. strenue rem manibus gerunt. μελλούσης ad τυραννίδος referendum, quod interpretes parum assecuti sunt. Heathius recte quidem judicavit πέδον πατεῖν quasi pro uno vocabulo accipiendum, sed male vertit *proculcare,* i. e. *contemnere.* πέδον πατεῖν, ut apud Latinos *viam calcare,* est *in aliqua re versari ad aliquam rem accedere.* Sic Petron. 118. *Cæteri aut non viderunt viam, qua itur ad carmen, aut visam timuerunt calcare.*

1369, 1370. οὐκ—πέρι. Heathius vertit: *Ejus est, qui aliquid agere in animo habet, consilium etiam inire circa ea quæ facere debet.* Sed ne verbis quidem, ut nunc leguntur, hæc interpretatio satis convenit. Et mihi poëta sic scripsisse videtur:

τοῦ δρῶντός ἐστι καὶ τὸ βουλεῦσαι
π ά ρ α.

Παρὰ facile in περὶ mutari potuit, præsertim si librarius oculos in proxime antecedentis versiculi clausulam χερὶ conjiceret. Unde multo melior et proposito convenientior exoritur sensus: *Non video, quodnam consilium capiens loquar,* i. e. quid mihi verba ad consilium capiendum prosint; *ab agente potius etiam consilium proficiscitur;* h. e. melius profecto esset agere, quam sermocinari: sermocinando nihil proficimus;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Κἀγὼ τοιοῦτός εἰμ', ἐπεὶ δυσμηχανῶ
Λόγοισι τὸν θανόντ' ἀνιστάναι πάλιν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ἦ καὶ βίον τείνοντες ὧδ' ὑπείξομεν
Δόμων καταισχυντῆρσι τοῖσδ' ἡγουμένοις;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ.
Πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ἦ γὰρ τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων
Μαντευσόμεσθα τἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε μυθοῦσθαι πέρι.
Τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,
Τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

1373. τείνοντες] Ex emendatione Canteri. Vulg. κτείνοντες, sensu inepto. 1375. κρατεῖ] Recte ut sic scriberetur præcepit Stanl. pro vulg. κράτει.

audacter potius rem aggredientibus consilium e re nata veniret. Sic ipse sibi Chorus inertem ignavamque garrulitatem exprobrat.

1371. sq. κἀγὼ—πάλιν. *Et nos quoque eodem modo animati sumus, quandoquidem verbis mortuum resuscitare haud valemus.*

1373. sq. Ἦ—ἡγουμένοις; *Num vitam hac lege trahentes cedemus domum incestantibus hisce principibus?* Ægistho scil. Clytæmnestræ adultero.

1375. sq. ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν—τυραννίδος. *Enimvero ferendum hoc non est; sed mori potius præstat. Mors enim tyrannide mitior et mollior est.*

1377. sq. ἢ γὰρ—ὀλωλότος; *Quid autem? Num ex istis,* quos audivimus, *ejulatibus viri,* i. e. regis, *periisse eum conjiciemus?*

1379. sq. σάφ' εἰδότας—δίχα. *Hisce de rebus loqui decet, cum eas liquido cognoverimus. Aliud enim est conjicere, aliud certo scire.*

1381. sq. ταύτην—ὅπως. *Hanc sententiam ut laudem, omnia mihi animum exaugent, nimirum ut certo exploremus, quomodo se Agamemnon habeat.*

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. ΧΟΡΟΣ.

Κλ. ΠΟΛΛΩΝ πάροιθεν καιρίως εἰρημένων
Τἀναντί' εἰπεῖν οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι.
Πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις
Δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον
Φράξειεν, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος;
Ἐμοὶ δ' ἀγὼν ὅδ' οὐκ ἀφρόντιστος πάλαι
Νείκης παλαιᾶς ἦλθε, σὺν χρόνῳ γε μήν·
Ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπεσ' ἐπ' ἐξειργασμένοις.
Οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι,

1386. πημονὴν ἀρκύστατον] Verius forte fuerit auctore Stanleio πημονῆς ἀρκύστατον. 1389. νείκης] Verissima hæc est lectio, quam Heathius conjectura indagavit. Nam nec vulgatum νίκης h. l. convenit; et Pauwiana emendatio δίκης Heathianæ sine dubio postponenda. 1390. Hunc versum vitio laborare vel metri hiatus arguit. Certam tamen ei medelam allatum iri vix absque codicum meliorum subsidio sperandum. Stanl. corr. ἕστηκε δ' ἔνθ' ἔπεισ' ἐπ' ἐξειργασμένοις. Vertitque: *stetitque ubi ego suasi re perfecta.* Heathius: ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπεσεν ἐπεξειργασμένος, *steti autem ubi cecidit peremptus.* Melius vero, ut opinor, Pauwius: ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπεσεν ἐπ' ἐξειργασμένοις; etsi hæc paulo aliter interpretanda censeo, atque ille intellexit, cum vertit: *ubi Agamemnon cecidit, ibi steti ego re peracta.* cf. Comment. Minime vero omnium audiendus Abreschius, qui ἔπεσσ'

IN SCENAM XV.

v. 1383—1387.

Egreditur Clytæmnestra, et impudentissime se ob mariti cædem jactat.

1383. sqq. πολλῶν—ἐκπηδήματος; *Post multa dudum ita ut tempus postulabat dicta, jam me contraria proloqui non pudebit. Quomodo enim* aliter *quis hostibus amicos se esse simulantibus hostilia parans, calamitatis retibus eos circumsepire possit, ea quidem altitudine, ut nullo eam saltu exsuperare liceat?*

1388. sqq. ἐμοὶ—ἐξειργασμένοις. *Mihi autem hoc veteris simultatis certamen longo quidem post tempore, attamen haud improvisum obtigit; egoque super hostibus meis ubi ceciderunt, steti.* Ultimus scilicet versiculus metrum pariter ac sententiam salvam habebit, hunc in modum correctus:

Ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπεσον, ἐπ' ἐξειργασμένος.

ubi post ἐξειργασμένοις ex antecedentibus intelligendum ἐχθροῖς.

1391. sqq. οὕτω—χάριν. *Ita autem rem gessi, non enim infitiabor, ut neque effugere neque mortem propulsare posset. Inextricabile enim everriculum, tanquam quo pisces capiuntur, ei circumdo vestem, pretiosam quidem, at ei funestam. Bis autem eum gladio ferio; ac inter duplicem ejulationem solvuntur ei membra; tum ei in terram prolapso tertiam* plagam *superaddo subterranei Plutonis;* manes servantis, *exoptatum oblectamentum.*

Ὡς μήτε φεύγειν, μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.
Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,
Περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.
Παίω δέ νιν δίς· κἀν δυοῖν οἰμώγμασιν
Μεθῆκεν αὑτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
Τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς
Ἅδου νεκρῶν σωτῆρος εὐκταίαν χάριν.
Οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσὼν,
Κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν,

legendum esse sibi persuasit; præterea hunc versum loco suo motum v. 1403. postponendum esse suspicatus. 1394. περιστιχίζω] Sic recte Cant. περιστοιχίζω Vict. Stanl. 1399. Infeliciter Pauwius corrigere tentavit: οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὁρμίζει πεσὼν, *ita animam suam in stationem subducit cadens.*

1393. ἄπειρον ἀμφίβληστρον. " Eurip. Orest. 25.

ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι
ἔκτεινεν.

Indusium, quo scil. induendo occupatus Agamemnon occidebatur, rete vocat inextricabile; utpote quod foramina nulla habuerit ad exferendum caput vel brachia. Schol. Eurip. in Hecubam: Φοβουμένην ἡ Κλυταιμνήστρα αὐτὸν, μὴ τὴν πρὸς Αἰγίσθον μοιχείαν αὐτῆς καταμαθὼν αὐτὴν μετ' Αἰγίσθου τιμωρήσηται, τοιόνδε βουλεύει; ἱμάτιον κατεσκεύασε μὴ ἔχον διεξόδους μήτε κεφαλῆς μήτε χειρῶν· ἐν ᾧ περιβαλοῦσα αὐτὸν λελουμένον ἀπέκτεινε. Schol. Homer. in Iliad. i. κατὰ δὲ τοὺς τραγικοὺς αὕτη ἡ Κλυταιμνήστρα ἀνεῖλεν αὐτὸν χιτῶνι μὴ ἔχοντι ἔνδυσιν τραχήλου. Tragicos, imo nostrum, secutus Lycophron:

ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου
Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένος
Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς·
Θερμὴν δ' ὑπαὶ λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην
Τιβῆνα καὶ κύπελλον ἐγκάρῳ ῥανεῖ,
Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον εὐθήκτῳ μέσον.

Lycophr. Cassandr. v. 1099. sqq. *Stanl.*

1397. sq. τοῦ—χάριν. Poëtica descriptio est mortiferi vulneris, quo quia augetur Plutonis regnum, ideo ei optabile dicitur. Heathius vertit: *Plutonis subterranei mortuorum servatoris gratiam votivam*, i. e. ut vota persolverem, quæ ei olim nuncupaveram.

1398. νεκρῶν σωτῆρος. " Plutonem vocat mortuorum custodem, præsidem, ut in Prometheo v. 153. νεκροδέγμονα." *Stanl.*

1399. sqq. οὕτω—λοχεύμασιν. Atque ita quidem cadens animam ille efflat, et celeri cæde effusum sanguinem ebulliens atra me cruenti roris gutta respergit, haud minus ea re gaudentem, quam Jovis pluvia terram, *cum satis calycum partitudo appetit*, i. e. cum herbæ in eo sunt, ut flores aperiant. (*G. Wenn die Knospen beginnen aufzubrechen.*) Fortasse tamen Æschylus scripserat:

ἢ Διὸς νότῳ
Γᾶν εὐσπόρητον, κάλυκος ἐν λοχεύμασιν.

Βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,
Χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον, ἢ Διὸς νότῳ
Γᾶν, εἰ σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν.
Ὡς ὧδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
Χαίροιτ' ἂν, εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.
Εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,
Τάδ' ἂν δικαίως ἦν. Ὑπερδίκως μὲν οὖν
Τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
Πλήσας ἀραίων αὐτὸς ἐκπίνει μολών.
Χο. Θαυμάζομέν σου γλῶσσαν, ὡς θρασύστομος,
Ἥ τις τοιόνδ' ἐπ' ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον.
Κλ. Πειρᾶσθέ μου γυναικὸς ὡς ἀφράσμονος,

1404. ὡς ὧδ' ἐχόντων] Pauwius emend. ὧν ὧδ' ἐχόντων; sed absque causa idonea. 1406. πρεπόντων] Staul. in mentem venit πρεπόντως. Nihil autem mutandum. Non magis Jacobi conjecturam probo, ἐπισπεύδειν pro ἐπισπένδειν reponentis. Pauwius, ὥστε sibi placere negans, scribendum putat: εἰ δ' ἦν πρεπόντων πῶς, ἐπισπένδειν νεκρῷ, vel: εἰ δ' ἦν, πρεπόντως ὥς γ' ἐπισπένδειν νεκρῷ.

1404. sq. ὡς—ἐπεύχομαι. *Quæ cum ita sint, ó vos, Argivorum, qui adestis, principes, gaudete, si placet, ego vero facto glorior, s. exsulto* Stanleius notat, πρέσβος Ἀργείων τόδε posse etiam de Agamemnone exponi, hoc sensu: *valeat, si valere potest, ego quidem ut valeat opto,* coll. Pers 625. ubi Atossa πρέσβος Πέρσαις dicitur. Veruntamen hæc ab ordine verborum longius absunt.

1406. sqq. εἰ—μολών. " Verte: *Et si adesset rerum convenientium copia, adeo ut diis super mortuo libare possemus, hoc etiam juste fieret. Optimo quippe jure cum tantorum cratera in ædibus malorum exsecrandorum implesset, ipse reversus ebibit.* Ad πρεπόντων subanditur ἀφθονία, παρουσία, vel simile quiddam. Mos scilicet obtinebat apud veteres Græcos, post fusos fugatosque hostes liberationis ac victoriæ gratias effusis libationibus diis liberatoribus pendendi. Cf. Homer. Iliad. ζ. 527. sqq. Ad hunc igitur morem, cæso Agamemnone, respicit Clytæmnestra." *Heath.* τάδ' ἂν δικαίως ἦν, pro τόδ' ἂν δ. ἦν, plur. pro sing., ut hoc rescribi, quod Heathio placebat, minime necesse sit.

1407. ὑπερδίκως, si cum πλήσας junxeris, significabit, *ultra jus et fas*; si cum ἐκπίνει, notabit, *summo jure*; quod h. l. aptius videtur.

1408. sq. Κρατῆρα κακῶν ἀραίων πλήσας, vel unice ad Iphigeniæ mactationem refertur, vel simul ad priora domus Pelopidarum piacula, velut ad cœnam Thyesteam respicitur; cf. v. 1427. sqq.

1410. sq. θαυμάζομεν—λόγον. *Miramur te ob linguæ tuæ audaciam et procacitatem, ut quæ talia adversus maritum jactare haud erubescis.*

1412. sqq. πειρᾶσθε—ἔχει. *Vos me tanquam imprudentem et ignaram mulierem tentatis. Ego vero intrepido animo,*

'Εγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας
Λέγω, σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις,
Ὅμοιον. Οὗτός ἐστιν 'Αγαμέμνων, ἐμὸς
Πόσις, νεκρὸς δὲ τῆσδε δεξιᾶς χερός·
Ἔργον δικαίας τέκτονος. Τάδ' ὧδ' ἔχει.

Χο. Τί κακὸν, ὦ γύναι, χθονοτρεφὲς — στροφὴ α'.
'Εδανὸν ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυσᾶς
'Εξ ἁλὸς ὀρόμενον, τόδ' ἐπέθου θύος,
Δημοθρόους τ' ἀράς; ἀπέδικες, ἀπέταμες·
Ἄπολις δ' ἔσῃ καὶ μῖσος ὄμβριμον ἀστοῖς.

Κλ. Νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ,

1415. οὗτος] Nugatur Pauwius, optimam lectionem in οὐ σὸς mutare cupiens. 1416. Male Abreschius sublata distinctione post χερὸς, hunc genitivum cum ἔργον conjungit. 1419, 1420. Stanl. emendandum arbitratur:

ἐδανὸν ἢ ποτὸν πασαμένα, ῥυτᾶς
ἢ 'ξ ἁλὸς ὀρόμενον, τόδ' ἐπέθου θύος.

e quibus unum placet ὀρόμενον pro vulg. ὀρώμενον. Abreschio placet ὄρμενον. 1422. ἄπολος δ' ἔσῃ καὶ] καὶ Heathio monente additum, ut metrum expleretur.

vobiscum, qui me nostis, loquor. Vos seu me laudare, seu vituperare velitis, mea nihil refert. Hicce est Agamemnon, maritus meus, hac ipsa dextra occisus. Opus probæ artificis! Et ita quidem hæc se habent!

1417. ἔργον δικαίας τέκτονος. Non justitiam his verbis, sed calliditatem et sollertiam facinoris prædicat.

1418. sqq. τί—ἀστοῖς. *Ecquod tandem malum venenum, ó mulier, vel esculentum terra nutritum, vel potulentum crispo maris ex æquore ortum gustasti, ut hunc tibi furorem et populares diras contraheres.*

1419. ἐδανόν. Hesychius: 'Εδανὰ, ἐδώδιμα, βρώσιμα. 'Εδανοῖς, βρωσίμοις Αἴσχυλος.

1420. θύος vulgo interpretantur *sacrificium*, s. *hostiam*; ut ἐπέθου θύος sit i. q. *qua hostiam parasti*, vel ut Abreschius exp. *imposuisti* scil. *altari*. At vero tum activum verbi ἐπιτίθημι requireretur; et quæ antecedunt, satis produnt θύος h. l. de furore accipiendum esse.

1421. ἀπέδικες, ἀπέταμες, *prostravisti, jugulasti*, scil. maritum; metaphoris a pecudum mactatione petitis. Sic infra v. 1563. κάππεσε, κάτθανε.

1422. ἄπολις—ἀστοῖς. *Urbe igitur ejicieris, et ingens te odium civium prosequetur.*

1423 sqq. νῦν μὲν—τραχὺς εἶ. *Tu quidem mihi jam exilium ab urbe decernis, odiumque civium popularesque diras denuntias: nihil interim hunc virum accusans, qui nihili æstimans* vitam filiæ, *tanquam si de pecoris morte ageretur, cum magna in lanigeris gregibus ovium multitudo esset, suam ipsius natam, carissimum mihi partum, sacrificavit, hoc tanquam incantamento ventos Threïcios placaturus. Nonne hunc te virum ex hac terra expellere oportebat, ad expianda* et punienda ejus *piacula? Nunc postquam meum facinus audisti, severum agis judicem.*

Καὶ μῖσος ἀστῶν, δημόθρους τ' ἔχειν ἀρὰς,
Οὐδὲν τόδ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων·
Ὃς οὐ προτιμῶν, ὡσπερεὶ βοτοῦ μόρον,
Μήλων φλεόντων εὐπόκοις νομεύμασιν,
Ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
Ὠδῖν', ἐπῳδὸν Θρηκίων ἀημάτων.
Οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδ' ἔχρη σ' ἀνδρηλατεῖν
Μιασμάτων ἄποιν'; ἐπήκοος δ' ἐμῶν
Ἔργων, δικαστὴς τραχὺς εἶ. Λέγω δέ σοι
Τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης
Ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
Ἄρχειν· ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεὸς,
Γνώσῃ διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.
Χο. Μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα ἀντιστ. α'.

1424. δημόθρους] δημοθρόους mavult Pauw. 1425. οὐδὲν τόδ'] Pauwius, nisi τόδ' scriptum fuerit, pro κατὰ τόδ' legendum opinatur: οὐδέν τι γ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων. 1427. εὐπόκοις] Pauwius suspicatur legendum esse, εὐπόροις, vel εὐπόοις; quorum neutrum necessarium, hoc vero etiam inauditum. 1429. Θρηκίων ἀημάτων] Verissimam hanc lectionem Canterus ingenio reperit. Vulgo enim corrupte legebatur: θρηκίων τε λημμάτων. Pauwius inepte Θρηκίων τε λημάτων. Ceterum nihil opus est ut cum Cantero inter Θρηκίων et ἀημάτων inculcemus γ'.

1426. ὅς—μόρον. Constructio hæc est: ὅς οὐ προτιμῶν μόρον, scil. θυγατρὸς, ὡσπερεὶ βοτοῦ.

1432. sq. λέγω δέ σοι—ἄρχειν. Fortasse sic edidit Æschylus:

— — λέγω δέ σοι,
Τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης σ'
Ἐκ τῶν ὁμοίων χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
Ἄρχειν.

Certe levissima duarum litterarum distractione multo rotundior efficitur cursus verborum. *Dico autem tibi*, i. e. volo tibi persuadeas, *te talia* cum mináris sic mihi *minari, ut parata sim*, et exspectem, te si similiter manu viceris, *mihi* imperaturum; *sin autem contraria perfecerit deus*, ut vos a me vincamini, *sero tandem* damno *edoctus sapere* teque continere *disces*. Ceterum vulgatam lectionem ejusque constructionem supplendis ellipsibus ita sublevat Abreschius: λέγω δέ σοι, τοιαῦτά σε ἀπειλεῖν ἐμοὶ νικήσαντα χειρὶ ἐκ τῶν ὁμοίων. (ἐμὲ, ὡς ἐγὼ ἐνίκησα τὸν πόσιν μου), ὡς παρεσκευασμένης σε ἄρχειν ἐμοῦ. Quæ quidem ratio sane non displicet; nisi quod illa νικήσαντα—ὁμοίων multo melius post ὡς παρεσκευασμένης σε ἄρχειν ἐμοῦ collocantur.

1437. sq. μεγαλόμητις — ἔλακες. *Animo elato es*, altioris quam pro muliebri natura spiritus, *et superba locuta*.

Δ' ἔλακες. Ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ
Φρὴν ἐπιμαίνεται. Λίπος ἐπ' ὀμμάτων
Αἵματος οὐ πρέπει ἀτίετον. Ἔτι σε χρὴ
Στερομέναν φίλων τύμμα τύμματι τίσαι,
Κλ. Καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν·
Μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην,

1438. *τύχᾳ*] Canterus emend. *ψυχᾷ*. Verum hoc æque displicet, atque id quod in textu legitur. Quæro autem nomen, quo vas aut poculum denotetur, cujus sanguineo haustu quasi inebriata et ad furorem acta dicatur Clytæmnestra. Quid? si reponatur *φονολιβεῖ τεύχει*. 1439, 1440. *λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος οὐ πρέπει ἀτίετον*] Vulg. *λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος εὐπρέπειαν τίετον*, quæ quidem misere depravata esse nemo negaverit. Stanlei. emend.

λῖβος ἐπ' ὀμμάτων
αἵματος ἐμπρέπει ἀτίετον.

Heathius vero

λίπος ἐπ' ὀμμάτων
αἵματος οὐ πρέπει ἀτίετον.

Pauwius denique:

λίπος ἐπ' ὀμμάτων
Δ' αἵματος εὐπρέπει, ἄτιτον ἔτι σε χρὴ—

Nos autem divisa Stanleii et Heathii sententia ex utraque quæ veriora nobis videbantur delibavimus. 1441. *τύμμα τύμματι τίσαι*] Sic Stanleio Heathioque auctoribus metroque pariter ac sententia postulante edidi pro vulg. *τύμμα τύμμα τίσαι*. 1442. *ἀκούεις*] Haud male Stanl. conj. *ἀκούοις*, vel *ἀκούσεις*; illud autem præ altero placet.

1438. *ὥσπερ*. Hæc particula perspicue prodit in *τύχᾳ* latere vocabulum, quod metaphoram contineat. Ac mihi quidem, quo magis cogito, eo verius videtur *φονολιβεῖ τεύχει*. Nota jam olim fuit illa superstitio, ut, qui humanum sanguinem bibissent, eos furiosa quadam audacia incendi crederent. *φονολιβὲς τεῦχος* est *patera* vel *poculum sanguine redundans*. *φόνος ταύρειος* Sept. adv. Theb. v. 44. erat *taurinus sanguis*. *ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τεύχει φρὴν ἐπιμαίνεται*, Germanice sic vertas: *Du rasest nicht anders als ob du dich in einem Blutbecher berauscht hättest.*

1439. *ἐπ' ὀμμάτων* non est *in oculis*, ut Lat. intp. reddidit, sed *super oculis*, i. e. *in fronte*. Chorus, *At illa* inquit *sanguinis gutta super oculis tuis*, (qua te respersam e mariti cæde gloriabaris, cf. v. 1401.) *haud inulta manet.*

1440. sqq. *ἔτι—τίσαι.* Quin potius *te olim oportet ab amicis desertam plagam plaga*, i. e. mariti tui cædem propria cæde, *luere.*

1442. sqq. *καὶ—θράσους.* *Quin tu vicissim audis sanctissimum hocce meum juramentum: Per Justitiam, filiæ meæ vindicem, per Aten, et Furiam, quibus ego hunc virum meum mactavi, nunquam verebor, ne mihi umquam ingrediendum sit Timoris templum, quousque in foco meo ignem accenderit Ægisthus, sicut antea mihi benevolus. Hic enim fiduciæ meæ haud exiguus est clypeus.*

Ἄτην, Ἐρινύν θ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγώ,
Οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν
Ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμᾶς
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ μικρὰ θράσους.
Κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ·
Ἥ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος,
Καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε, θεσφατηλόγος
Πιστὴ ξύνευνος, ναυτίλων δὲ σελμάτων
Ἰσοτριβής. Ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην.
Ὁ μὲν γὰρ οὕτως· ἡ δέ τοι, κύκνου δίκην,
Τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον,
Κεῖται φιλήτωρ τοῦδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν
Εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

1445. φόβου] Stanleio in mentem venit φόνου. Vulgata vero h. l. præstat. 1454. ἰσοτριβὴς] Hoc pro vulg. ἱστριβὴς reponendum esse, recte quidem intellexit Pauwius, sed male interpretatus est. ναυτίλων σελμάτων ἰσοτριβὴς nihil aliud significat, quam quæ æque ac rex transtra nautica cubando trivit: estque adeo ἐπεξήγησις præcedentibus ξύνευνος. 1458. εὐνῆς] Pauwius mavult εὐνῇ. παροψώ-

1445. φόβου. Hujus lectionis veritatem præter contextum illud quoque confirmat, quod jam apud Homerum Φόβος ac Δεῖμος in Martis filiis numerantur. Ei igitur templum tribui consentaneum est. Φόβου μέλαθρον ἐμπατεῖν poëtice pro *timere*.

1449. γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος, *mulieris illius* Cassandræ scil. *corruptor*.

1450. Χρυσηΐδων μείλιγμα. Amare marito Chryseidis amores exprobrat; de quibus jam olim audiverat.

1454. ἰσοτριβὴς ita defenditur ab Heathio, ut pro nautico convicio habeatur, q. d. ἡ πρὸς τὸν ἰσὸν τριβομένη. At convicia prorsus, si quid video, ab hujus orationis dignitate abhorrent. Nihil aliud quam consuetudo cum Agamemnone Cassandræ probro datur; adeoque ναυτίλων σελμάτων ἰσοτριβὴς unice verum existimo; quod *itineris maritimi sociam* designat.

ἄτιμα—ἐπραξάτην. Bene Heathius: *Pœna vero eorum facinoribus haud defuit*; s. *impunia vero facinora haud tulerunt*.

1455. οὕτως. Scil. ἔπραξε, *ita, ut dixi, pœnas luit*.

1457. sq. κεῖται—χλιδῆς. Heathius hoc modo explicat: *Jacet hujus amasia; mihi vero superinduxit cupedias clam sibi paratas præter delicias meas*, id est, *quamquam adhuc forma integra et præstanti gaudeam*. Verum Clytæmnestra his verbis eam non amplius accusat pellicatus nomine, quod jam antea fecerat: sed potius se de pellice triumphasse,

Χο. Φεῦ, τὶς ἂν ἐν τάχει, μὴ περιώδυνος, στρ. α'.
Μηδὲ δεμνιοτήρης,
Μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν
Μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος
Φύλακος εὐμενεστάτου, καὶ
Πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί·
Πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθισεν βίον.
Ἰὼ, παράνομος Ἑλένα μία τὰς πολλὰς μονοστ.

νημα] Ita scribendum erat, non ut vulg. παροψόνημα. 1459. τὶς ἂν] Ita scribendum esse recte judicavit Stanl. Vulg. τίς ἄν. 1466. παράνομος] Canteri emendationi debetur. Vulg. παρανόμους invito sensu. Ceterum Heathius hosce versiculos, ut anapæstici sint, hoc modo constituit :

Ἰὼ
Παράνομος Ἕλενα, μία τὰς πολλὰς
Τὰς πάνυ πολλὰς
Ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ.

eamque interfecisse gloriatur. Quamobrem ἐπήγαγεν cum κεῖται continuandum censeo: *Jacet hujus amasia*, et morte sua, *lecto meo*, i. e. consuetudini cum Ægistho, *cumulum voluptatis addit.* Nisi autem velimus, παροψώνημα duplicem genitivum regere, εὐνῆς et τῆς ἐμῆς χλιδῆς, utique cum Pauwio εὐνῇ reponere præstat. Haud scio tamen, an, si εὐνῇ legamus, paulo aliter accipere Clytæmnestræ sententiam magis conveniat. Nimirum quia κεῖται de *mortua* dicitur, εὐνῇ similiter de *mortuæ conditione*, (εὐνὴν olim εὐφήμως de *sepulcro* usurpatum fuisse, testis est Eustathius ad Iliad. β'. v. 783. p. 261. ed. Bas. Eodem modo infra post κεῖσαι sequitur κοίτη v. 1505.) dici possit; hoc sensu: *Jacet hujus amasia, mihique morte sua cumulum voluptatis meæ attulit.* Sic certe minus impudenter loqueretur adultera, nec tam aperte turpia illa et impermissa gaudia, quæ cum Ægistho captabat, fateretur.

1459. sqq. φεῦ—βίον. *Utinam eheu Parca quædam celeriter, nec dolores multos afferens, nec diu nos lecto affigens, veniat æternum nobis somnum allatura, postquam accidit custos* i. e. rex *mitissimus*, qui multa bello *passus est propter mulierem* (Helenam) *et jam mulieris manu* (Clytæmnestræ) *vitam perdidit.*

1466. sqq. ἰὼ—οἰζύς. Nemo interpretum veram hujus carminis mentem perspexit. *Heu iniquam Helenam*, i. e. perfidam, adulteram, matrimonii jus violantem, *una quæ multas, admodum multas ante Trojam animas perdidisti, nunc vero jam nobilem et claram* (Agamemnonis animam) *ob inexpiabilem sanguinem* (scil. mactatæ Iphigeniæ, cujus cæde, absque te fuisset, pater omnino supersedisset,) *deflorasti* (h. e. cædi uxoris filiam ulciscentis objecisti). *Sane tum* (cum Iphigeniæ sacrificium parabatur) *Eris* (rixa inter Agamemnonem et Clytæmnestram) *in ædibus erat, domitrix viri calamitas*, (nempe quia ex ista rixa ortum est implacabile Clytæmnestræ odium, quod nunc tandem Agamemnonem vita privavit). Veritatem hujus interpretationis, ut de

Τὰς πάνυ πολλὰς ψυχὰς
'Ολέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ.
Νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον
'Απηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον.
Ἦ τις ἦν τότ' ἐν δόμοις
Ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς οἰζύς.
Κλ. Μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου
Τοῖσδε βαρυνθείς·
Μηδ' εἰς Ἑλένην κότον ἐκτρέψῃς,
Ὡς ἀνδρολέτειρ', ὡς μία πολλῶν
'Ανδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασ'
'Αξύστατον ἄλγος ἔπραξεν.
Χο. Δαῖμον, ὃς ἐμπίπτεις δώμασι καὶ διφυ- ἀντ. α'.
εῖσι Ταντανλίδαισιν,

1469. τελείαν] Sc. ψυχὴν Agamemnonis, vel lege τέλειον; τέλειοι enim dicuntur principes. *Stanl.* 1470. 'Απηνθίσω] Optime sic emend. Stanl. vulgatum ἐπηνθίσω. 1470. ἦ τις ἦν] In edd. ἥτις ἦν, quod quia non satis cohæret cum præcedentibus, Heathius corr. ἥτις ἧς. Ego vero ἦ τις verius esse puto. 1479. Ita Stanl. ob metrum distingui jubet pro vulg.

δώμασι καὶ
διφυεῖσι Ταντανλίδαισιν.

Pauwius vero post Canterum etiam ἐμπιτνεῖς præfert.

proximo verborum contextu nihil dicam, optime adstruunt illa, quæ supra in Calchantis vaticinio dicta audivimus: v. 151. sqq.

'Ιήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα
Μή τινας ἀντιπνόους
Δαναοῖς χρονίας ἐχενηΐδας
'Απλοίας τεύξῃ
Σπευδομένα θυσίαν
Ἑτέραν, ἄνομόν τιν' ἄδαιτον
Νεικέων τέκτονα σύμ-
φυτον, οὐ δεισήνορα, μίμνει
Γὰρ φοβερὰ παλίνορσος οἰκονόμος
δολία
Μνάμων μῆνις τεκνόποινος.

1473. sqq. μηδὲν—ἔπραξεν. *Noli hisce rebus afflictus mortis fatum tibi optare* (cf. v. 1459.), *neque iram in Helenam converte, acsi illa virorum perditrix, una multorum Græcorum animas perdiderit, eoque dolorem,* calamitatem, *haud superabilem effecerit.*

1478. ἀξύστατον ἄλγος, *dolorem, qui haud facile sisti potest, insanabile malum.*

1479. sq. διφυεῖσι Ταντανλίδαισιν rectius de Atreo et Thyesta, quam de Agamemnone et Menelao accipias. Semper enim Choro obversantur illorum piacula, quæ etiam in posteris puniuntur.

Κράτος ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν
Καρδίᾳ δηκτὸν ἐμοὶ κρατύνεις.
Ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν μοι
Κόρακος ἐχθροῦ σταθεὶς ἐκνόμως
Ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται.
Κλ. Νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην,
Τὸν τριπάχυιον

1481. κράτος] Pauwius inserendum censet γ', ne Penthemimeres Iambicus corruat. 1482. Metri causa Pauwius rescribi vult:

Δηκτὸν ἐμοὶ κραδίᾳ κρατύνεις.

Pro ἐμοὶ autem Stanl. malebat ἐμῇ. Abreschio arridebat καρδιόδηκτον. 1485. ἐπεύχεται] Stanl. conj. ἐπεύχεαι. Sed deest vox dissyllaba, (id quod ex antithetici metro liquet) quam absque codicum subsidio vix certe satis divinare liceat. Si ἐπεύχεαι in codd. legeretur, equidem conjicerem repetitum fuisse h. l. δαῖμον. Sin ἐπεύχεται verum est, nihil melius succurrit quam φόνῳ, quod et Pauwius commendat. Fortasse vero Æschylus scripserat v. 1484. σταθεῖσ', ita ut tota hæc ῥῆσις ad Clytæmnestram pertineret. 1487. τὸν τριπάχυιον] Metri anapæstici causa Pauwius vel τὸν τρισπάχυιον, vel τὸν τρίσπαχον legi volebat. Sed A doricum in τριπάχυιον corripi docuit Heathius.

1481. sq. κράτος—κρατύνεις. Heathius intp. *Victoria quidem mulierum opera* (Helenæ et Clytæmnestræ) *pari ambarum animo reportata, quæ cor mihi mordet, potiris.* Ego vero de sola Clytæmnestra hic loqui Chorum arbitror, ἐκ γυναικῶν posito pro ἐκ γυναικός. *Adeo tu mulieri victoriam præbes, æquam ejus ferociæ, quæ quidem victoria mihi animum mordet ac lacerat.* κράτος est felix facinorum Clytæmnestræ successus, et quod inde oriebatur muliebre imperium. καρδιόδηκτον, quod Abreschio placebat, nos quoque probamus, i. q. καρδιαλγής.

1483. ἐπὶ δὲ σώματος. Nempe Agamemnonis cadaver, cum v. 1415. pronuntiaretur, in scenam illatum erat, super quo Clytæmnestra stabat exsultans. Itaque concinnius est σταθεῖσ' legere, ut supra in V. L. diximus. *Super cadavere autem illa instar infesti corvi stans præter fas, etiam hymnum se cantaturam ob cædem, gloriatur.* Succurrit nimirum Choro illud Clytæmnestræ dictum: v. 1404. sq.

Ὡς ὧδ' ἐχόντων πρέσβος Ἀργείων τόδε
Χαίροιτ' ἄν, εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.

Egregie autem scelestissima mulier comparatur cum corvis; hi enim sæpe dum cadaveribus pascuntur, alis clangunt, et rauca voce crocitant.

1486. sqq. νῦν—ἰχώρ. *Nunc tandem correxisti oris sententiam,* rectius quam antea locutus es, *ingentem illum* et immanem hujus *gentis genium* (nempe ἀλάστορα, s. malum genium) *incusando.* Eo enim auctore fit, ut sanguinem lambendi dira libido in visceribus eorum, qui ex hac gente orti sunt, s. posterorum Tantali, alatur, ita ut *priusquam antiquus dolor cessaverit, novus cruor manet.* Pessime Heathius ἐκ τοῦ quasi de tempore, et νείρῃ de Genio dictum sumsit, hoc modo interpretatus: *Ex illo enim tempore, quo cupido sanguinem lambendi in visceribus genii illius alitur, priusquam cessarit vetus calamitas, novus denuo profunditur sanguis.*

Δαίμονα γέννας τῆσδε κικλήσκων.
Ἐκ τοῦ γὰρ ἔρως αἱματόλοιχος
Νείρῃ τρέφεται, πρὶν καταλῆξαι
Τὸ παλαιὸν ἄχος, νέος ἰχώρ.

Χο. Ἦ μέγαν οἴκοις τοῖσδε στροφὴ β'.
Δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς.
Φεῦ, φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτη-
ρᾶς τύχας ἀκορέστου·
Ἰὼ, ἰὴ, διαὶ Διὸς
Παναιτίου, πανεργέτα.
Τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;
Τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστιν;
Ἰὼ, ἰώ.
Βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
Φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;
Κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷ-
δ' ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων,
Ὤ μοί μοι κοίταν τάνδ' ἀνελεύ-
θερον, δολίῳ μόρῳ δαμεὶς

1490. νείρῃ] Ex emendatione Stanleii etiam ab Heinsio probata ad Hesychium h. v. In edd. est νείρει. Post αἱματόλοιχος colo distinguit Pauwius. Non placet. 1491. ἄχος] Stanl. mavult ἄγος.

1492. sqq. Ἦ—ἐστιν; *Sane magnum hisce ædibus genium et graviter iratum commemoras. Eheu funestam commemorationem perniciosæ et insatiabilis calamitatis, a Jove proh dolor paratæ, horum omnium auctore, omnium effectore! Quid enim mortalibus absque Jove peragitur? Quid horum accidit, quod non sit a Deo perfectum?*

1493. αἰνεῖς noli cum Heathio exponere: *esse assentiris;* nihil aliud est, quam *narras, commemoras.*

1500. sqq. ἰὼ—βελέμνῳ. *Hei hei, rex rex, quomodo te defleam? Quid tandem amico ex animo dicam? Jaces in isto araneæ texto,* a nefanda muliere sic veste captus, quemadmodum aranea bestiolam cassibus suis irretire solet, *impia cæde animam exspirans. Heu quam ignobiliter jaces, insidiosa clade peremtus, manus ancipiti telo!* Magnum est hujus apostrophes pondus; magna quoque cum gravitate paulo post repetitur.

1505. κοίταν ex antecedente κεῖσαι explicandum est, non de *vase balneatoria,* ut Heathius opinatur, intelligendum.

Ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.
Κλ. Αὐχεῖς εἶναι τόδε τοὔργον ἐμόν.
Μὴ δ' ἐπιλεχθῇς
Ἀγαμεμνονίαν εἶναί μ' ἄλοχον.
Φανταζόμενος δὲ γυναικὶ νεκροῦ
Τοῦδ' ὁ παλαιὸς δριμὺς ἀλάστωρ
Ἀτρέως χαλεποῦ θοινατῆρος
Τόνδ' ἀπέτισεν,
Τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας.
Χο. Ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ σὺ ἀντις. β'.
Τοῦδε φόνου, τίς ὁ μαρτυρήσων;
Πῶ, πῶ; πατρόθεν δὲ συλλή-
πτωρ γένοιτ' ἂν ἀλάστωρ.
Βιάζεται δ' ὁμοσπόροις
Ἐπιῤῥοαῖσιν αἱμάτων
Μέλας Ἄρης· ὅποι δὲ καὶ προβαίνων
Πάχναν κουροβόρῳ παρέξει.

1515. *νεαροῖς*] Stanleius, forte *νεκροῖς*, inquit, sed nihil muto. Recte autem correctione abstinuit, vulgato optimum sane sensum præbente. 1516. *εἶ σὺ*] In edd. abest *σὺ*, quod addidimus, ut metrum expleretur, et majorem sententia vim haberet. 1522. *ὅποι δὲ καὶ*] Heath. mavult *ὅτοι γε καί*. 1523. *πάχναν κουροβόρῳ παρέξει*] In edd. legitur *πάχνα κουροβόρῳ παρέξει*, e quibus cum sensus elici nequeat, Stanl. emend. *πάχναν κουροβόρον παρέξει*, hac interpretatione usus:

1508. sqq. *αὐχεῖς—ἐπιθύσας*. *Recte tu quidem hoc meum opus esse dicis. Noli vero addere, me Agamemnonis conjugem esse. Sed mortui hujus uxori assimilatus vetus ille acerbusque Alastor Atrei, qui diro convivio fratrem exceperat, hunc punivit, adultumque virum adolescentulis illis* Thyestæ filiis ab Atreo mactatis *immolavit.*

1516. sqq. *ὡς—παρέξει*. *Te quidem ab hujus cædis culpa immunem esse quis affirmare ausit? Ubi, ubi;* scil. reperiatur, qui talia dicere audeat? *Fieri tamen potuit, ut dæmon aliquis paternorum scelerum vindex te adjuverit. Mutuis autem consanguineorum cruentis cædibus ater* i. e. horribilis *Mars adigitur* ad cædem cæde ulciscendam; *donec eo processerit, ut vel illi puerorum voratori Atreo terroris frigus incutiat.*

κουρόβορος Thyestes non magis dici poterat quam Atreus, qui, fratris filiorum carnes ei comedendas cum præbuisset, ipse quoque eas gustaverat. Ceterum recte Heathius intellexit in verbis *ὅποι καὶ προβαίνων* Chorum quasi vatem Orestis matricidium præsagire.

Ἰὼ, ἰώ.
Βασιλεῦ, βασιλεῦ, πῶς σε δακρύσω;
Φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;
Κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷ-
δ' ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων,
Ὤ μοί μοι κοίταν τάνδ' ἀνελεύ-
θερον, δολίῳ μόρῳ δαμεὶς
Ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

Κλ. Οὐκ ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
Τῷδε γενέσθαι.
Οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν ἄτην
Οἴκοισιν ἔθηκ'; ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦ-
δ' ἔρνος ἀερθὲν, τὴν πολύκλαυτον
Ἰφιγένειαν, ἀνάξια δράσας,
Ἄξια πάσχων, μηδὲν ἐν ᾅδου
Μεγαλαυχείτω, ξιφοδηλήτῳ
Θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν.

Χο. Ἀμηχανῶ, φροντίδων στερηθεὶς, στροφὴ γ'.

ubi etiam progressus, saniem nativoram præbebit. Melius vero Heathius, quem secuti sumus, πάχναν κουροβόρῳ παρέξει, etsi ille perperam κουροβόρῳ de Thyeste accipiat, quod verius de Atreo intelligitur. cf. v. 1513. 1532. οὐκ] Vulg. οὔτ'. 1534. οὐδὲ] Stanl. corrigendum putat ὧδε. Nempe quia ei negandi particula molesta erat, cum sensus ac veritas aientem sententiam postulet. Verum hoc incommodum tutius evitatur, interrogationis nota post ἔθηκ' posita. 1537. Ἰφιγένειαν] Vulg. τ' Ἰφιγένειαν. Sed copulam h. l. prorsus otiosam jam Stanl. tollendam censuit. Pauwius vero γ' Ἰφιγένειαν malebat.

1532. sqq. οὐκ—ἦρξεν. *Haud indignam huic mortem censeo contigisse. Nonne enim ille ipse insidiosam Aten ædibus induxit,* Iphigenia per fraudem mihi erepta et ad mortem detrusa? *Enim vero cum ille progeniem meam ex eo susceptam multum defletam Iphigeniam, indignis modis affecerit, digna perpessus profecto non habet quod apud inferos glorietur,* h. e. magna se injuria affectum queratur, *cum potius ferro necatus hoc mortis genere pœnas facinorum luerit, quæ prior perpetraverat.*

1534. δολίαν ἄτην h. l. potius proprium Ates, quam appellativum nomen esse videtur. Sensus quidem, utrumvis eligas, idem est; sed si proprium nomen sit, elegantiorem habet e translatione elocutionem.

Εὐπάλαμνον μέριμναν
Ὅπα τράπωμαι, πίτνοντος οἴκου.
Δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
Τὸν αἱματηρόν· ψεκὰς δὲ λήγει.
Δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θήγει βλάβης
Πρὸς ἄλλαις θηγάναις μοῖρα.
Ἰὼ, γᾶ, γᾶ, μονος.
Εἴθ' ἐμ' ἐδέξω, πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν
Ἀργυροτοίχου
Δροίτας νῦν κατέχοντα χαμεύναν.
Τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων;
Ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι

1542. *μέριμναν*] Comma h. l. positum, sensu exigente, de Stanleii sententia delevimus. 1546. *δίκην*] Ita Stanl. cum Aurato pro vulg. *δίκη* leg. sublato puncto post *βλάβης*. Pauwius vero hunc versum metri sublevandi causa sic refingere audet: *Δίκη δ' ἐπ' ἄλλα πράγματ' ἄγει βλάβης*; Heathius vero sic: *Δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα βλάβης θήγει.* 1547. *θηγάναις*] Abreschius l. *θηγαναῖσι.*

1542. *εὐπάλαμνος μέριμνα*, *agilis cura*, h. e. *intentissima*. Hoc nimirum innuunt senes, se frustra, quamvis omnem curam cogitationemque intendant, præsidium quærere, quo intereuntis Atridarum domus ruina fulciri possit.

1544. sq. *δέδοικα—λήγει.* *Ac jam vereor imbris cruenti domum evertentis sonitum; guttatim enim* sanguine *pluere desiit.* *ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ τὸν αἱματηρὸν*, pro *ὄμβρου κτύπον δομοσφαλοῦς τοῦ αἱματηροῦ.* Cædium in hac familia multitudinem in dies augescentem cum sanguinis pluvia comparat, quæ primum guttatim labitur, deinde in imbrem versa quasi continuum sanguinis torrentem maximo cum sonitu effundit.

1546. sq. Pulcherrima, si rite intelligatur, allegoria: *Fatum s. Parca vindictam jam adversus aliud crimen aliis cotibus acuit.* h. e. nova Clytæmnestræ facinori novus jam ultor paratur. *Δίκη* cum ferro, quod acuitur, Orestes autem cum cote, qua ferrum acutum redditur, comparatur; quia *μοῖρα* eum tanquam vindictæ instrumentum abhibitura erat.

1548. sqq. *ἰὼ—πονήσει*; *Utinam ὁ terra me* in sinum tuum *recepisses, antequam istum argentei hujus alvei cubile occupantem viderem? Quis eum sepeliet? quis lesso prosequetur! An tu, quæ tuum ipsius maritum occidisti, hoc facere sustinebis, ut animum ejus lugeas, adeoque pro ingenti scelere ingratam ei gratiam, quod minime fas est, retribuas? Quis denique divo huic viro sepulcrale elogium cum lacrymis pronuntians sincero animo panget?*

δροίτη, non loculus, sed alveus balneatorius, super quo mactatus erat Agamemnon, et in quo cadaver ejus jacebat. Hoc aptius est, quam si de *loculo* exponatur.

Γλήση, κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὐτῆς,
Ἀποκωκύσαι ψυχὴν, ἄχαριν
Χάριν ἀντ' ἔργων
Μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι;
Τίς δ' ἐπιτύμβιον
Αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ
Ξὺν δάκρυσιν ἰάπτων
Ἀληθείᾳ φρενῶν πονήσει;

Κλ. Οὔ σε προσήκει τὸ μέλημα λέγειν
Τοῦτο· πρὸς ἡμῶν κάππεσε, κάτθανε,
Καὶ καταθάψομεν
Οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων,
Ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως
Θυγάτηρ, ὡς χρὴ,
Πατέρ' ἀντιάσασα πρὸς ὠκύπορον
Πόρθμευμ' ἀχέων

1556. ἀντ' ἔργων μεγάλων] Non displicet Pauwii conjectura: ἀντ' ἔργων μεγάλως ἀδίκων. Certe non intelligo, cur Heathius adverbium μεγάλως idoneum h. l. sensum admittere neget. μεγάλως ἄδικα sunt *valde injusta.* 1558. ἐπιτύμβιον αἶνον] Sic optime emend. Stanl. vulg. ἐπιτύμβιος αἶνος. 1565. τῶν ἐξ οἴκων] Stanl. mavult τῶν ἐξοίκων. Sed sana est codd. lectio. 1566. ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως] Vulg. corrupte ἀλλ' Ἰφιγένεια ἀσπασίως. Stanl. in notis veriorem lectionem conjectura assecutus est, quæ se sponte facile cuilibet obtulerit.

1555. sq. ἄχαριν χάριν. cf. Choëph. v. 40. sqq.

1565. κλαυθμὸς τῶν ἐξ οἴκων i. q. κλαυθμοὶ οἰκείων, *domesticorum* s. *familiæ fletus.*

1566. ἀλλ' Ἰφιγένεια. Acerbissimus in maritum sarcasmus.

1568. sq. ὠκύπορον πόρθμευμ' ἀχέων, descriptio Acherontis, habita simul nominis ratione, quod significare volunt. i. q. ὁ τὰ ἀχέα ῥέων, cf. Etym. M. h. v. et Eust. ad Iliad. p. 157. Apollodor. in fragm. ap. Stob. (p. 1047. edit. Heynii) ἐκ τῶν γὰρ τοιούτων ὁρμώμενοι πιθανῶν καὶ τοὺς ἐν ᾅδου νομιζομένους ποταμοὺς κατωνομάκασιν· Ἀχέροντα μὲν διὰ τὰ ἄχη, ὡς καὶ Μελανιππίδης ἐν Περσεφόνῃ·
καλεῖται δ' ἐν κόλποισι γαίας
ἀχέεσσι προρρέων (Sic optime Heynius em. vulg. προχέων) Ἀχέρων.
Ἔτι καὶ Λικύμνιός φησι·
μυρίαις παγαῖς δακρύων
ἀχέων τε βρύει.
Καὶ πάλιν·
Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει
βροτοῖσιν.

Περὶ χεῖρα βαλοῦσα φιλήσει.

Χο. Ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους. ἀντις. γ'.

Δύσμαχα δ' ἔστι κρῖναι.

Φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.

Μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς,

Παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Θέσμιον γάρ·

Τίς ἂν γονὰν ἀραῖον ἐκβάλοι δόμων;

Κεκόλληται γένος πρὸς ἄψαι.

Κλ. Ἐς τόνδ' ἐνέβη ξὺν ἀληθείᾳ

Χρησμός. Ἐγὼ δ' οὖν

1570. φιλήσει] Recte sic scribendum vidit Abreschius. Vulg. φιλάση forte alicui debetur, qui v. 1566. corrupti ἵν' rationem habebat. 1574. ἐν χρόνῳ] Forte leg. ἐν θρόνῳ. 1577. προσάψαι] προσάψαν emend. Stanl. 1579. χρησμὸς] Dubium non est, quin ita legendum sit. In edd. erat χρησμόν.

1570. περὶ χεῖρα βαλοῦσα. Tmesi pro περιβαλοῦσα χεῖρα.

1571. sqq. ὄνειδος—ἔρξαντα. *Probrum hoc succedit probro;* i. e. multis aliis improbe factis ac dictis novum illud additur, acerbum scil. in maritum dicterium. v. 1564. sqq. *Difficilia vero sunt judicatu,* quorsum evasura sint. *Auferentem* (Iphigeniæ interfectorem, Agamemnonem) *aufert* (Clytæmnestra et Ægisthus), *pœnam vero luit idem, qui interfecerat,* scil. regem. *Semper autem, dum Jovis imperium manebit, lex quoque illa manebit, ut qui fecit patiatur,* h. e. ut per quod quis peccavit eodem et puniatur.

1575. sq. Θέσμιον—δόμων; Hoc de Oreste, quem Clytæmnestra quasi relegaverat, intelligi volunt senes, sed ambigue tamen loquuntur, ut etiam ad Iphigeniam quodammodo trahi possit. Atque sic regina videtur verba accipere.

1577. κεκόλληται γένος προσάψαι. Heathius intp. *Animis nostris fixum et ratum sedet, quasi glutine junctum Atridarum stirpi adhærere;* quæ sententia magnopere vereor ne hic prorsus aliena sit. Levi correctione opus esse nobis videtur:

κεκόλληται γένο υ ς προσάψε ι.

Quis legitimam, inquit Chorus, sobolem domo exturbet? *Agglutinatur enim communi generis* vel sanguinis *vinculo!*

1578. sq. ἐς—χρησμός. *In hunc maritum meum vere cecidit oraculum.* Calchantis nimirum illud supra memoratum v. 155. sqq. Si lectionem χρησμὸν servandam putas, necessario ἐ ν έ β η ς legendum est, hoc sensu: *In hanc vere incidisti sententiam.* Sed illa explicatio multo convenientior, quia Clytæmnestra, quæ Chorus proxime dixerat, non de Oreste patris cædem exacturo, sed de Agamemnone ob Iphigeniæ cædem punito intelligebat.

1579. sqq. ἐγὼ—αὐθένταισιν. *Ego vero jam, genio Plisthenidarum juramento pollicita, hæc ferre volo, quamvis difficilia toleratu sint, modo is jam discedat ex his ædibus et aliam potius familiam mutuis propinquorum cædibus atterat.* τάδε μὲν στέργειν referendum ad Chori

Ἐθέλω δαίμονι τῷ Πλεισθενιδᾶν
Ὅρκους θεμένα, τάδε μὲν στέργειν,
Δύστλητά περ ὄνθ', ὃ δὲ λοιπὸν ἰόν-
τ' ἐκ τῶνδε δόμων, ἄλλην γενεὰν
Τρίβειν θανάτοις αὐθένταισιν.
Κτεάνων τε μέρος βαιὸν ἐχούσῃ
Πᾶν ἀπόχρη μοί γ' ἀλληλοφόνους

1582. ὃ δὲ λοιπὸν] In edd. est ὁ δὲ λοιπόν. Stanl. vel ὃ δὲ λοιπὸν, vel τὸ δὲ λοιπὸν reponendum judicabat. Prius unice verum. Nam τὸ δὲ metrum non patitur. 1586. μοί γ'] Vulg. μοὶ δ' ἀλληλοφόνους, cum autem particulæ δὲ nullus hic locus sit, Canterus μοί κ' ἀλλ. corrigendum censuit. Pauwii autem ratio præferenda, quam in textu secuti sumus.

contumelias et convicia, quæ in reginam licentiosissime conjecerat. Hæc se negat ulturam, sed patienter potius laturam esse, ne plus etiam forte sanguinis profundatur. Quam verborum interpretationem liquido confirmant ea, quæ infra dicuntur a Clytæmnestra v. 1665. sqq. Sed in alia omnia Heathius abit; qui primum ἐνέδης—χρησμὸν legendum censet, deinde hanc affert interpretationem. "Injecta scilicet, inquit, a Choro successionis mentione, quæ ad Orestem jure pertinebat, hanc statim arripit occasionem Clytæmnestra, conditionem proponendi, qua rata habita omnia denuo conciliari, et sibi Ægisthoque facinoris peracti impunitatem præstari posse sperabat. Profitetur igitur, juramento etiam interposito, se in hac decisione Chori de regni successione, quamquam non admodum, ut fatetur, grata, acquieturam, et propriis facultatibus quamquam oppido modicis fore contentam, modo Genius ille sinister Plisthenidarum familiæ infensus ædibus tandem exturbetur, neque in posterum superstites mutuis inter se cædibus committere permittatur; id est, ea lege, ut sceleris, quo se modo contaminaverat, concedatur impunitas, et omnia præterita sub oblivione perpetua sepeliantur." Verum hæc explicatio prorsus discrepat ab iis, quæ in fine hujus fabulæ ab ipsa Clytæmnestra dicuntur; quæ tantum abest ut Oresti regnum concedere velit, ut potius secum Ægistho Argivis imperaturam denuntiet v. ult. Neque vero, quod Heathius fingit, vel verbo sibi impunitatem sceleris paciscitur; utpote quæ sibi jure Agamemnonem occidisse videbatur, adeoque pœnas ne metuebat quidem.

1585. sqq. κτεάνων—ἀφελούσῃ. *Bonorum vero etiamsi vel parvam portionem possideam, omnia mihi tamen sufficient, quantacunque sint, modo mihi contigerit insanias mutuarum cædium ædibus expellere.* In his Clytæmnestra nihil aliud profitetur, nisi seriam animi voluntatem, qua ut in posterum Pelopidarum domus tranquilla sit, et ab ejusmodi calamitatibus immunis, precatur. Quam quidem tranquillitatem se vel cum aliqua bonorum jactura redimere velle ostendit. Non autem ideo se Oresti imperium cedere velle pollicetur, quod frustra Heathius ex hac sermonis clausula elicere conatur. Quod reliquum est, haud scio an pro κτεάνων τε melius legatur: κτεάνων δ' ἐ.

Μανίας μελάθρων ἀφελούσῃ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ. ΧΟΡΟΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ὦ ΦΕΓΓΟΣ εὔφρον ἡμέρας δικηφόρου.
Φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους
Θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη,
Ἰδὼν ὑφαντοῖς ἐν πέπλοις Ἐριννύων
Τὸν ἄνδρα τόνδε κείμενον φίλως ἐμοί,
Χερὸς πατρῴας ἐκτινόντα μηχανάς.
Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατήρ,
Πατέρα Θυέστην τὸν ἐμόν, ὡς τορῶς φράσαι,
Αὑτοῦ τ' ἀδελφόν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει,
Ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.

1590. ἄγη] Ita ut scribatur, non ut vulg. ἄχη, sensus requirit, id quod jam ab Aurato animadversum est. 1593. ἐκτινόντα] Aoristum Stanleio monente prætulimus vulg. ἐκτίνοντα.

IN SCENAM ULTIMAM.

v. 1588—*ult.*

Venit Ægisthus, super Agamemnonis cæde exsultans, et piacula, quarum ille ultionem expertus sit, enarrans.

1590. γῆς ἄχη esset *terræ calamitates*. Sed Ægisthi animo obversabantur *Atrei piacula*, ἄγη, quæ nunc jam a diis respici dicit.

1591. ὑφαντοῖς πέπλοις Ἐριννύων, veste illa qua irretitus erat Agamemnon. cf. v. 1393. 1123.

1593. χερὸς πατρῴας ἐκτινόντα μηχανάς, *cum pœnas dederit pro* scelestissimo *patris* Atrei *facinore*, qui fratri Thyestæ liberos comedendos præbuerat, ut ipse mox narraturus est.

1596. ἀμφίλεκτος ὢν κράτει. Aliter atque alii poëta Thyestis Atreique fabulam informat. Fingit enim dissensum inter utrumque fratrem de imperio, quemadmodum inter Eteoclem et Polynicem, fuisse, deinde Thyestem, ab Atreo in exilium actum, paulo post rediisse et salutis causa ad aram confugisse. Tum Atreum eum horrendis illis et sceleratis epulis excepisse. Verum serior fabula, quam Seneca quoque in Thyeste sequitur, Atreum ac Thyestem alternis annis regnandi vices pepigisse tradit. Thyestem vero ab Aërope fratris uxore, quam in adulterium pellexerit, adjutam, aurei velleris arietem, cujus possessori regnum fatis destinatum erat, abstulisse, tum in exilium abiise, paulo post ab Atreo per speciem reconciliatæ voluntatis revocatum.

Καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν
Τλήμων Θυέστης, μοῖραν εὗρετ' ἀσφαλῆ,
Τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον
Αὐτοῦ. Ξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ
'Ατρεὺς, προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως, πατρὶ
Τῷ 'μῷ, κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν
Δοκῶν, παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν.
Τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
Ἔκρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις.

1604. παιδείων] Sic ut supra scribendum duxi pro vulg. παιδίων. 1606. ἔκρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις] Vulgatam lectionem aperte corruptam ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος, ita emendabat Stanl. ἔκρυπτ' ἄνω θεὶς ἀνδρακὰς καθημένοις, in quo primum et ultimum verissime restitutum; sed ἄνωθεν servari potest, cum id reliquis hunc in modum sanatis optimum sensum præbeat.

1598. καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν. Nempe Thyestes, ex Æschyli quidem narratione, sponte redire ausus, ad aram supplex confugit, idque ei saluti fuit. Nisi enim hoc modo sibi prospexisset, sanguine suo paternum solum cruentasset, a fratre scil. occisus. Itaque προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν non tantum significat *supplex ad domum rediens*, sed ita domum reversus, ut statim supplex ad aram domesticam confugeret; et in his quidem verbis, προστρόπαιος ἑστίας, causa latet, cur μοῖραν εὗρετ' ἀσφαλῆ.

1600. sqq. Vereor, ne hos versiculos interpretis cujusdam manus additamentis auxerit, quibus optime carebamus. Multo sane pressius atque concinnius sic procedent:

Καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν
Τλήμων Θυέστης, μοῖραν εὗρετ' ἀσφαλῆ,
Τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον.
Ξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ, πατρὶ
Τῷ 'μῷ κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν
Δοκῶν, παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν.

Nonne πατρῷον πέδον v. 1600. satis insignitum erat, nisi v. 1601. adderet αὐτοῦ? Sed glossemati hoc simillimum est. Quis esset Agamemnonis pater, jam paulo ante dictum erat v. 1594. Cur hic iterum post τοῦδε δύσθεος πατὴρ putide repeteretur nomen 'Ατρεύς? Nempe scholiastæ diligentiam agnoscimus. προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως Æschylus h. l. dixerit? cum statim de mactatis Thyestæ liberis mentio injiciatur! Mihi potius, hæc ex glossa vocabuli εὐθύμως irrepsisse videntur. Hoc scholiastes aliquis exponere aggressus adscripserat: προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως. Sensus autem ejectis illis plenissimus: *Impius vero hujusce pater patri meo, simulans se diem festum visceratione hilariter celebraturum, xeniorum s. donorum hospitalium loco carnes filiorum ejus ei comedendas apposuit.*

1605. χερῶν ἄκρους κτένας periphrasis est manuum. Manus enim et pedes puerorum, quibus humanæ carnes agnosci potuissent, Atreus iis, qui superiori mensæ lateri viritim assidebant, h. e. Thyestæ ejusque comitibus, tantisper abscondebat, donec se carnibus ingurgitassent. cf. Herod. i. 119.

Ἄσημα δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν,
Ἔσθει βορὰν ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς, γένει.
Κἄπειτ', ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον,
Ὤμωξεν· ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐμῶν,
Μόρον δ' ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται,
Λάκτισμα δείπνου ξυνδίκως τιθεὶς ἀρᾷ.
Οὕτως ὀλέσθη πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.

1610. *ᾤμωξεν· ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐμῶν*] Vulgo corrupte: *ᾤμωξεν ἂν, πίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς ἐρῶν*, in quibus et *ἂν* particulam et participium *ἐρῶν* a sensu prorsus aliena esse nemo non viderit. Canterus igitur emendabat: *ᾤμωξεν· ἀμπίπτει δ', ὑποσφαγῆς ἐρῶν*. Stanleius vero verius conjecit *ἐμῶν*, *vomens*, ab *ἐμέω*, rescribendum esse. Ex utriusque igitur conjecturis meliora decerpsimus, quæ Heathio quoque placuerunt. Pauwii autem conjectura *ἀπὸ σφαγῆς ἔραν*, ut *ἔραν* pro *ἔραζε* dictum sit, facessat. Abreschio videbatur legendum *ᾤμωξεν, ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγῆς, ἐρῶν*, ut esset i. q. *σφαγαῖς ἀπερῶν*. 1613. *οὕτως ὀλέσθη*] Injuria Heathius postulat ut legatur *οὕτως ὀλέσθω*, quasi his verbis ipsa imprecationis Thyesteæ formula contineatur, quod propter verborum nexum fieri non potest.

1607. *ἄσημα δ' αὐτῶν*, carnium partes, quæ internosci haud facile poterant, cujus generis essent, in quibus certe humanas esse nulla suboriri poterat suspicio.

1608. *ἔσθει βορὰν—γένει.* *Atque sic devoravit* Thyestes filiorum carnes, *cibum* Atrei *generi ut vides exitialem.* Sed confer, si placet, Senecam, Thyest. v. 971—1069. Senties, quantum intersit inter Æschylum et Senecam, h. e. inter sobrium sapientemque poëtam et inter tumidum ac *φορτικόν*.

1609. *κἄπειτ' — καταίσιον.* *Deinde vero, postquam immane fratris ac scelestissimum facinus cognovit.* Proferebat enim Atreus puerorum capita et extremos artus. Sic Thyestes apud Senecam: v. 1037. sqq.

quas miser voces dabo
Questusque quos? quæ verba sufficient mihi?
Abscissa cerno capita, et avulsas manus,
Et rupta fractis cruribus vestigia.

1610. Incredibile est, quam paucis verbis hic quam multa dicantur: *suspiravit, recidit*, carnes quas comederat *evomuit.* Tribus verbis pinguntur atrocissimus dolor, terror exanimans pæne, nausea, qualis ex cognito humanarum carnium esu consequi debebat. Equidem uno hoc versiculo multo magis afficior, quam tota illa Senecæ, quam supra memoravi, scena.

1611. *Πελοπίδαις.* Excessum intelligis doloris, quo permotus Thyestes non Atridas solum, sed universum Pelopis domum, adeoque se ipsum quoque suamque progeniem, exsecratur.

1612. *λάκτισμα δείπνου* pertinet ad contemtam et violatam immani crimine convivii sanctitatem. Sic Lycophron de Paride jus hospitii violante v. 137.

Ἔτλης θεῶν ἀλοιτὸς ἐκβῆναι δίκην
λάξας τράπεζαν.

1613. *οὕτως—γένος.* Hunc versiculum a Grammatico quodam consarcinatum esse puto. Parum enim hæc Ægistho conveniunt. Et nondum totum Plisthenis genus perierat. De-

'Εκ τῶνδέ σοι πεσόντα τόνδ' ἰδεῖν πάρα.
Κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς.
Τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ πατρὶ
Ξυνεξελαύνει τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.
Τραφέντα δ' αὖθις ἡ δίκη κατήγαγεν.
Καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὤν,
Πᾶσαν ξυνάψας μηχανὴν δυσβουλίας.
Οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ
'Ιδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν.
Χο. Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.
Σὺ δ' ἄνδρα τόνδ' ἔφης ἑκὼν κατακτανεῖν,
Μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
Οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα
Δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.
Αἴ. Σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος
Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;

1621, 1622. Vere judicavit Heathius Pauwium nodum in scirpo quæsivisse, cum aut ἐμὶ aut ἰδόντι hic scribendum esse contenderet. 1623. ἐν κακοῖσιν] Abresch. conj. ἐν θανοῦσιν.

nique ejecto hoc versiculo v. 1612. longe aptius cum v. 1614. connectitur. Heathii vero correctionem οὕτως ὀλίσθω aliis quibusdam incommodis premi, jam supra monuimus.

1616. sq. τρίτον—σπαργάνοις. Quia Atreus perpetrato illo scelere decimum tertium Thyestæ filium, infantem adhuc, una cum misero patre expulerit, ideo se jure hanc Atrei filio cædem machinatum esse declarat.

1619. sq. καὶ—δυσβουλίας. Et quamvis extra domum essem, tamen in perimendo Agamemnone haud otiosa fuit opera mea, quippe qui omnem perniciosi consilii rationem a me inventam Clytæmnestræ subdiderim.

1622. δίκης ἐν ἕρκεσιν. Iterum tangi videtur vestis illa regi perniciosa. cf. v. 1591.

1627. Lapidationis pœna denuntiatur Ægistho a populi concilio ei infligenda.

1629. *Miror*, inquit Ægisthus, *te, qui inferiori remo assideas, talia* tam licentiose *adversus eos vociferari, qui in transtro sedentes rerum potiuntur.* Metaphoram sumsit a triplici remigum ordine. Vilioris ordinis homines, plebeios, cum θαλαμίταις, qui infimi remigabunt, ἐν θαλάμαις; optimates autem s. principes cum ζυγίταις, qui illis quidem superiores in medio ordine s. ἐν ζυγοῖς remigabant, comparat. κρατούντων δορός, vel qui *hasta*, h. e. potestate bellica, armis, potiuntur, vel qui

Γνώσῃ, γέρων ὢν, ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ
Τῷ τηλικούτῳ, σωφρονεῖν εἰρημένον.
Δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες
Δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
Ἰατρομάντεις. Οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;
Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῇς.
Χο. Γύναι, σὺ τοῦδ' ἥκοντος ἐκ μάχης νέον
Οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα
Ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;
Αἰ. Καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.
Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις.
Ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,
Σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν
Ἄξῃ, κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανῇ.

1636. τοῦδ' ἥκοντος] In edd. vitiose τοὺς ἥκοντας. Stanl. recte sic ut edidimus emendavit. Paulo post idem comma post αἰσχύνουσ' ponendum, et ἅμα cum iis quæ sequuntur jungendum existimavit. Non assentior. 1642. νηπίοις] Sic auctore Cl. le Grand rescripsimus pro vulg. ἠπίοις, quod alienum est a sensu. Pauwius ἠπίους correxerat.

navem regunt, ita ut δορὸς pro *nave* dictum sit, quod Stanleio placet. Prius tamen nobis magis probatur.

1630. sq. γνώσῃ—εἰρημένον. Latinus interpres vertit: *Scies senex cum sis, quod admoneri grave adultæ ætatis viro, cum, ut modeste te geras, ante dictum sit.* Parum apte, si quid video. Sensus potius hic est: *Profecto vos ut senes sentietis, quam vere dicatur homini ejus ætatis, difficillimum esse sapere discere*, nisi scilicet juvenis didicerit.

1632. sqq. *Attamen vel senectutem alias parum docilem vincula et fames optime docere possint, verissimæ mentis medicæ.* καὶ τὸ γῆρας accusativus est, non, ut lat. interpres accepit, nominativus. Constructionem recte explicavit Abreschius: δεσμὸς δὲ αἵ τε νήστιδες δύαι ἰατρομάντεις φρενῶν ἐξοχώταταί εἰσι καὶ τὸ γῆρας διδάσκειν, φρενῶν ἰατρομάντεις.

1634. *Hæc cum videas, nonne vides?* scil. quid tibi prosit.

1636. sqq. γύναι—μόρον; *O mulier, tune hujus ex bello modo redeuntis conjux domum servans, polluto interim viri toro, viro inquam inperatori ausa es hanc cædem decernere?*

1639. sqq. καὶ ταῦτα—φανῇ. *Hæc quoque verba tibi causæ malorum erunt. Lingua autem tua prorsus ab Orphei lingua discrepat. Ille enim cantu suo propter suavitatem omnia secum traxisse fertur; tu vero irritans* nos *stultis latratibus* ad vincula *traheris; cohibitus vero* vinculis *mansuetior fies.*

Χο. Ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσῃ,
Ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
Δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως;
Αἴ. Τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς·
Ἐγὼ δ' ὕποπτος, ἐχθρὸς ᾗ παλαιγενής.
Ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
Ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
Ζεύξω βαρείαις μὴ σειραφόρον τε καὶ
Κριθιῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλεῖ σκότῳ
Λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται.
Χο. Τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
Οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες; ἀλλά νιν γυνὴ,

1647. *σαφῶς*] Stanl. mavult *σοφῆς*, non male; sed defendi tamen potest codd. lectio. Heathius emendabat *σαφές*. 1648. *ἐγὼ δ' ὕποπτος, ἐχθρὸς ᾗ παλαιγενής.*] In edd. erat *ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἢ παλαιγενὴς*, commate tantum post *παλαιγενὴς* posito. Pro ἢ Stanl. corrigebat ἦν, sed præstat ᾗ, *quatenus, quippe.* 1649. *ἐκ τῶν δὲ τοῦδε*] Sic recte in notis Stanl. correxit. Falso edebatur *ἐκ τῶνδε τοῦδε*—. 1651. *ζεύξω βαρείαις, μὴ σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον*] Vulgo edebatur: *Ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειρασφόρον κριθῶντα πῶλον.* Pollux autem Onomast. vii. 24. *Αἰσχύλος μὲν γὰρ*, inquit, *εἴρηκε*, *Σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον*; ubi dubium non est, quin h. l. respexerit. Inde autem Stanleius pariter ac Hemsterhusius *κριθιῶντα* adsciscendum statuerunt. Stanleius autem pro *οὔτι* legendum putabat *ὥστε*. Quod sane placeret, nisi eo carere possemus, ita scribendo prout est apud Pollucem: *μὴ σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον.* 1652. *δυσφιλεῖ σκότῳ*] Verissimam hanc lectionem ingenii sagacitate eruit Stanleius e vulgata sine dubio corrupta *δυσφιλὴς κότῳ.* 1655. *ἀλλά νιν*] Vulgo *ἀλλὰ σύν.* Canter.

1647. Ignaviam Chorus Ægistho exprobraverat, quod non suapte manu, sed Clytæmnestræ ministerio Agamemnonem occidisset. Respondet ille: *Nam doli quidem partes aperte mulieri conveniebant,* melius quam mihi. *Ego vero ut antiquus hostis suspectus eram.*

1649. sqq. Pulcherrimus et a morum adumbratione et ab elocutione locus. *Ego vero hujus opibus usus, regere cives aggrediar; immorigerum vero et refractarium tanquam equum frenis asperum et pabulo nimio ferocientem, catenis vinciam; tum vero fames invisarum tenebrarum socia,* inediæ pœna in carcere tenebricoso, *mansuetum eum videbit;* h. e. ut mansuescat efficiet.

1654. Iterum Chorus Ægistho imbellis animi levitatem exprobrat, quod Agamemnonem ne sua quidem ipsius manu occidere ausus fuerit, ac deinde indignationis fervore eo procedit, ut disertis verbis Orestis reditum exoptet, cujus manu adulter cum adultera trucidetur.

Χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων,
Ἔκτειν'. Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος;
Ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
Ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς.
Αἴ. Ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσῃ τάχα.
Χο. Εἶα δὴ φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε,
Εἶα δὴ, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω.
Αἴ. Ἀλλὰ κᾀγὼ μὴν πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
Χο. Δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' ἐρούμεθα.
Κλ. Μηδαμῶς, ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἄλλα δράσωμεν κακά.
Ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος.

emend. ἀλλά σφε, Pauwius ἀλλὰ νῦν. Neutrum Heathianæ emendationi, quam recepimus, præferendum. 1666. ἀλλὰ—δύστηνον θέρος] Sic veram nobis Æschyli manum restituisse nobis videmur. Adhuc edebatur: ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον ὁ ἔρως. Stanleius emendabat δυστήνων ἔρως, vertens: *verum et hæc multa infortunia egerere cupido est.* In quo, ut alia incommoda taceam, novam prorsus et inauditam verbo ἐξαμᾶν notionem tribuit, quod non est *egere*, sed *metere.* Pauwius Heathio probante δύστην' ὄντ' ἔρως, quod eadem difficultate premitur. Ex emendatione autem nostra pulcherrimus efficitur sensus: *Sed jam hæc* (mala) *messuisse valde infausta messis est.*

1660. Assentior fere Stanleio personarum nomina in sequentibus hoc modo permutanda esse censenti:

Αἴγισθος.
Ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσῃ τάχα.
Εἶα δὴ, φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε,
Εἶα δὴ, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω.
Χορός.
Ἀλλὰ κᾀγὼ μὴν πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
Αἴγισθος.
Δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' ἐρούμεθα.

Sic rotundius fit colloquium, et ob sequentem Clytæmnestræ sermonem aptius; quam Ægisthi potius quum Chori orationem interpellasse credibile est. Ac fortasse vulgata personarum distributio librario debetur, qui non intelligebat, quomodo Chorus κᾀγὼ singulariter, Ægisthus vero δεχομένοις pluraliter de se dicere posset. Vulgata tamen ratio hoc maxime argumento confirmari videtur, quod Ægisthus, cum v. 1674. ait, senes licentiose loqui, δαίμονος πειρωμένους, respicere videtur ad illa verba τὴν τύχην δ' ἐρούμεθα, quæ idcirco saltem rectius Choro tribuuntur.

1663. πρόκωπος i. q. πρόκωπον ξίφος ἔχων.

1664. δεχομένοις λέγεις. *Accipimus omen, quod dicis te moriturum.*

τὴν τύχην ἐρούμεθα, *fortunam interrogemus*, h. e. *periculum faciamus;* nec enim opus est ut Cantero auctore reponamus αἱρούμεθα.

1666. τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος. Emendationis nostræ veritas

Ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος.
Πημονῆς δ' ἅλις γ' ὕπαρχε· μηδὲν αἱματώμεθα.
Ἀλλὰ στείχετ', οἱ γέροντες, πρὸς δόμους πεπρωμένους
Πρὶν παθεῖν. Εἴξαντε καιρῷ χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.
Εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο, τοῦδ' ἅλις γ' ἔχοιμεν ἄν,
Δαίμονος χηλῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι.
Ὧδ' ἔχει λόγος γυναικὸς, εἴ τις ἀξιοῖ μαθεῖν.
Αἴ. Ἀλλὰ τούσδε μοι ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι
Κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονος πειρωμένους,

1667. μηδὲν] μηκέθ' conj. Stanlei. haud male quidem, attamen an ita scripserit Æschylus, vix satis certum. αἱματώμεθα] Sic monentibus Stanleio Heathioque scribendum erat, pro vulg. ἡματώμεθα. 1668. Ἀλλὰ στείχετ' οἱ γέροντες—πεπρωμένους] Vulgo Στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε. In quibus primum in στείχετε δ' metri trochaici leges violantur; deinde τούσδε ad metrum pariter ac sententiam supervacuum est. Et hoc quidem delendum esse jam Stanl. observarat. Heathius vero præterea corrigi sic volebat:

Στείχετ' ἐνθένδ', ὦ γέροντες, πρὸς δόμους, πεπρωμένους
Πρὶν παθεῖν.

Verum πεπρωμένους genuinum esse videtur; et pro στείχετε δὲ visum est rescribere ἀλλὰ στείχετε, quoniam in tali orationis forma, ubi quidam secedere jubentur, solennis est particulæ ἀλλὰ usus. v. c. Prometh. 1066. 1669. εἴξαντε καιρῷ χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν] Adoptavi certissimam Cl. le Grand emendationem. In edd. legitur ἔρξαντα καιρὸν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν. Stanl. suspicabatur legendum esse ἔρξαντα κραίνειν. Heathius conj. στέρξαντας αἰνεῖν χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν, q. d. *acquiescere vos oportebat, hæc ita fieri tolerantes, prout ea perfecimus.* 1670. εἰ δέ τοι] Melius forsan εἴ τι τοι, *si quid igitur,* nisi cum Abreschio velis ad ellipsin τοῦ ΤΙ confugere. 1674. δαίμονος πειρωμένους] Ita edidi pro vulg. δαίμονας πειρωμένους; ubi Stanleio quoque visum; nisi quod ille perperam accepit pro *a deo incitatos;* cum sit potius *fortunam tentantes,* cf. v. 1664. 1675. δ' ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα] In edd. corrupte δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα. Stanl. corrigit τ' ἁμαρτεῖν τὸν κρατοῦντα δύσφορον interpretatus: *moderata a sententia depellere imperantem, non est ferendum.* Verum ἁμαρτεῖν non *depellere,* sed *aberrare* significat. Itaque malim: σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν τῷ κρατοῦντι δύσφορον.

asseritur loco simili Pers. 824. ὅθεν ἐξαμᾷ πάγκλαυτον θέρος.

1668. δόμους πεπρωμένους, *ad proprias domos.*

1669. εἴξαντε—ἐπρ. *Tempori cedentes* nos *hæc* ita facere *oportebat ut fecimus.*

1673. ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι. Quemadmodum vocabula ἄνθος et ἀνθεῖν, sæpe de multitudine dicuntur, ita etiam audacter et contumeliose dicta in procacium hominum linguis quasi ἀνθεῖν, *efflorescere,* videri possunt; ut igitur, qui talia temere effutiunt, recte dicantur γλῶσσαν ἀπανθίζειν, *linguæ florem decerpere.*

Σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν, τὸν κρατοῦντα * * *
Χο. Οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν.
Αἰ. Ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι.
Χο. Οὐκ, ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν.
Αἰ. Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.
Χο. Πράσσε, πιαίνου, μιαίνων τὴν δίκην· ἐπεὶ πάρα.
Αἰ. Ἴσθι μοι δώσων ἄποινα τῆσδε μωρίας χάριν.
Χο. Κόμπασον θαῤῥῶν, ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας.
Κλ. Μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων, ἐγὼ
Καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων καλῶς.

1682. ὥστε] Vulg. ὥσπερ, invito metro. Illud itaque, Pauwio suasore, substituimus. 1683, 1684. Ultimæ voces ἐγὼ et καλῶς in edd. exciderant, quæ e Scholiaste suppleri facillimum erat. Male autem Heathius, veram, quæ hic obtinet, verbi προτιμᾶν significationem haud assecutus, in animum induxit corrigere με προτιμήσῃς.

1679. Exsules spe pasci, (numquam non scilicet se in patriam aliquando redituros esse sperantes,) pæne in proverbium abierat. Hoc ergo utitur Ægisthus, ut Chorum Orestis reditum expectantem irrideat.

1680. ἐπεὶ πάρα, *quoniam licet;* nempe ut nunc sunt tempora.

1682. Acerbissimum Chori sarcasmum quivis etiam non admonitus facile sentiet. Vanam enim Ægistho jactantiam pariter ac mulierositatem objicit.

1683. μὴ προτιμήσῃς, *ne cures, sed nihili potius æstimes, vanos hosce latratus.*

1684. post θήσομεν intelligendum πάντα vel e sequentibus anticipandum δώματα.

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

AD AGAMEMNONEM

EXCURSUS I.

DE HUJUS TRAGŒDIÆ CONSILIO ET ADORNATIONE.

Aptissimum ad metus, terroris, misericordiæ sensus excitandos hujus tragœdiæ argumentum esse, nemo ibit inficias. Rex victoriæ gloria bellicisque virtutibus clarus feliciter domum redux a perfida uxore, adulterii rea, per insidias trucidatur. Quo quid potest esse miserabilius? Quid vero magis hominum animos terrere poterat, quam tantam regis fortunam atque potentiam uno aut altero mulierculæ ictu repente concidisse? Itaque tota tragœdia pericula potentium, humanæ fortunæ fragilitatem, divinam in exigendis facinorum pœnis prædicat.

Chorum poëta in hac tragœdia sic adornavit, ut probabilius inveniri ex hoc genere nihil possit. Primum enim, quod senibus ἐν Ἄργει præsidio relictis has partes demandavit, id cum per se aptum et appositum erat argumento fabulæ, tum præsertim hanc ob causam huic loco et tempori valde accommodatum, quod, cum hi senes per vices excubias in urbe agerent, nocturna eorum apparatio neminem spectatorum offendere posset; eos potius, ut ante portas urbis, sic circa regiam noctu præsto futuros exspectandum erat. Atque adeo chorum Æschylus non mori magis tragœdorum, quam artis necessitati dedit. Quamquam Græculus ille, qui argumentum tragœdiæ conscripsit, significat, Chorum senum a Clytæmnestra, nuntio de face audito, advocatum esse: αὐτὴ (Κλυταιμνήστρα) τὸν τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα. At si Æschylus rem ita instituisset, vacuum intervallum inter prologi extremum sermonem et Chori εἴσβασιν reliquisset, quod et vitiosum est, et ab Æschyli more plane alienum. Sed nihil in tragœdia usquam apparet, quo illud scholiastæ commentum aliquo modo comprobetur. Neque Chorus se arcessitum esse dicit, quod certe, si hoc poëta voluisset, v. 82. sqq. ubi

primum Clytæmnestram alloquitur, facere debuisset; neque regina significat se illos ad regiam adesse jussisse; lectori potius, illa Græculi opinione nondum occupato, nihil clarius est, (quod spectatoribus magis etiam in scena intelligi necesse erat) quam illis senibus in via stantibus, tempusque seniliter confabulando fallentibus præter opinionem accidere spectaculum ignium ex omnibus aris repente collucentium, reginæque sacrificia per totam urbem obeuntis. Id porro admirabile est, quomodo Æschylus in Chori partibus elaborandis, non solum, quæ ab eo dicenda essent, ad argumentum fabulæ diligenter accommodaverit, (in quo interdum lapsum esse scimus Euripidem, ut qui ea sæpe Chorum decantare jusserit, quæ ab interlocutorum sermone alienissima essent;) sed etiam quomodo eum sensum et affectum, quo senum illorum chorus hoc tempore maxime impletus esset, metum scilicet et curam de Agamemnonis, quæ in posterum futura esset, fortuna, callide per totam fabulam, h. e. per omnes Chori partes, (quod post, ubi ad eas devenerimus, copiosius illustrabitur,) ita attemperavit, ut is metus initio levis et incertus, deinde paullatim vires sumeret, tum, auditis Græcorum revertentium naufragio ceterisque calamitatibus, confirmaretur, post Agamemnone viso, in ancipitem animi suspensionem abiret; donec tandem Cassandræ vaticiniis auditis horror in timoris locum succedat, paulloque post ipsa cædes Agamemnonis in ædibus perpetrata in stuporem eos ac desperationem adducat. In Clytæmnestræ, in Talthybii præconis, in Agamemnonis partibus nihil facile quod supervacuum sit, aut præter rem arcessitum invenias; Cassandræ autem oratio jam olim habita est callidissimum artis tragicæ et perfectissimum opus. Neque vero in exitu fabulæ Æschylum peccasse, jure aliquis dixerit; haud dubie enim ad summam fabulæ pertinebat, ut spectatores, quid de Clytæmnestræ et Ægistho futurum esset, scirent, cum Chorus intellecta regis cæde ad seditionem spectare videretur. In hanc tamen reprehensionem tragœdiæ nostræ *οἰκονομία* incurrit, quod postridie ejus noctis, qua Troja capta fuerat, Agamemnon ad Argos redire fingitur, eamque ob causam jam olim Æschylum a quibusdam criticis notatum fuisse discimus e schol. ad v. 513[a]. Atque minus ea res offensionis haberet, si veteris tragœdiæ ea fuisset constitutio, quæ apud nostros invaluit, ut finito quolibet actu intervallum quoddam temporis relinquatur, quod sublato aulæo quamvis magnum sibi fingere spectator possit. Nunc quum chorus in Agamemnone pariter ac in reliquis Græcorum tragœdiis de scena non recedat, unaque sit actionis perpetuitas, ita ut ubi desierint interlocutores, continuo chorus partes eorum suscipiat, fieri non potest, quin omnibus ineptum absurdumque videatur, eventus plurium non dicam dierum, sed mensium intervallo sejunctos, unius ejusdemque diei spatio concludi. Neque vero technam aliquam excogitavit Æschylus, qua illud vitium tegeret,

[a] *Τινὲς μέμφονται τῷ ποιητῇ, ὅτι αὐθήμερον ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας ἥκοντας.*

aut animadversioni spectatorum subduceret; sed ita potius omnia instituit, ut apertius etiam esset, nec quamquam e populo vel mediocriter tantum spectaculo intentum subterfugere posset. Eadem nocte qua Troja capta est, speculator id ex signo facum ab excubiatoribus per montium intervalla dispositis accensarum comperit, reginæque nuntiat. Id repetit Clytæmnestra v. 287; hac nocte, inquit, capta est Troja, quæ hunc diem peperit; suspicatur etiam hoc ipso die magnum in urbe tumultum fore (v. 329.), quin imo milites Græcorum secure tandem in ædibus Trojanorum dormituros esse dicit. (v. 345). Chorus in extrema parte cantus Clytæmnestræ verbi subjecti, in dubitationem incidit, an recenti huic signo fidendum sit, metuitque ne regina mulierum ritu nimis forte credula fuerit. Hunc scrupulum senibus eximit regina præconem Achivorum a littore appropinquantem conspicata; qui appulisse regem cum suis, ipsumque brevi adfuturum nuntiat; nec tamen diffitetur illos procellis vexatos, ac tempestate disjectos fuisse. Atque adeo, quæ in rerum natura aliquot mensium spatio vix absolvi poterant, ea Æschylus in scena unius diei spatio fieri jussit. Ceterum si Æschyli Agamemnonem cum tragœdia cognomine, quæ sub Senecæ nomine fertur, comparaveris, hujus inanem fastum cum illius sublimitate, hujus frigida acumina cum veris illius magnificisque sententiis nec unquam nisi suo loco positis, hujus affectatum dicendi genus cum decora illius elocutione, hujus partes inter se et cum Choricis male cohærentes cum apta illius dispositione; si deinque falsas doloris apud Senecam voculas cum veris naturæ vocibus, quæ in Æschyli fabula audiuntur, contenderis, facile quantum inter poëtam summis ingenii viribus animatum, ac declamatorem aliquem invita Minerva musicas artes tractantem, intersit intelliges.

EXCURSUS II.

AD V. 291. SQQ.

Faces istas in speculis per intervalla montium dispositas, quibus Clytæmnestræ Trojæ expugnatio nuntiata fuisse dicitur, Æschyli potius ingenio, quam rerum gestarum memoriæ tribuendas esse censeo. Idem vero Vossio [b] concedo, etiamsi fabulosæ sint, veras tamen esse potuisse, cum faces in Ida accensæ facile potuerint videri ab iis, qui in summo Athone versarentur, ac quivis nuntius similiter per faces traduces ex uno monte in alium propagari potuerit. Qua quidem in re poëtæ artem ac diligentiam merito agnoscimus. Sed ipsam speculatorum dispositionem, quod ad situm locorum attinet, jam breviter cognoscemus.

[b] Obs. ad Melam p. 112.

Prima igitur statio est in Ida, secunda in Hermæo insulæ Lemni promontorio, tertia in Athone. Verba enim ὕπερθ' Ἕλλης γε πόντον de primis ignibus in Ida accensis capienda; *ita ut desuper vis progredientis flammæ Hellespontum lumine suo tegeret et collustraret.* Rarior vocabuli νωτίζειν usus, ut *terga tegendi, s.* simpliciter *tegendi* vim obtineat. Idem tamen occurrit apud Eurip. Phœniss. p. 667. quem ad locum pertinere videtur glossa Hesychii Ἐνώτισεν· τὰ νῶτα περιεσκέπασεν. Macisti specula vero in monte Athone erat. Ille igitur ignibus ibi accensis lumen longe propagavit usque ad Euripum, ubi quarta erat vigilum statio in monte Messapio. Pausan. lib. ix. c. 22. Τῆς δὲ Βοιωτίας τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Εὐρίπου Μεσσάπιον ὄρος καλούμενον. cf. Strab. lib. ix. p. 405. ed. Casaub.

Inde flammæ splendor transmissus fuit ad quintam speculam in monte *Cithærone* constitutam. Ibi denuo custodes accenderunt ignes, quorum splendor superato lacu Gorgopi usque ad *Ægiplanctum,* qui mons erat in Megaricis, propagaretur. Hesychius: Γοργῶπις· Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. Λίμνην φασὶ εἶναι ἐν Κορίνθῳ. Εἰληφέναι δὲ τοὔνομα διὰ τὸ Γόργην (f. Γόργω) ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν.

Ab Ægiplancto sexta statione signum ignibus datum ad Arachnæum collem Argis vicinum, in quo septima erat excubiarum statio, cujus accensas faces observabat speculator in arce regia constitutus v. 1. sqq.

Ignis autem in Ægiplancto accensus dicitur etiam *Saronicum sinum,* ejusque longe conspicuum promontorium collustrasse. Recte enim Heathius adversus Isaacum Vossium monuit, Σαρωνίκου πόρθμου nomine designari non posse, quod ille opinabatur, portum Trœzeniorum; nec πρῶνα esse montem Hermionæ vicinum, sed potius montem, cujus in vertice Hermione sita erat. Ac fortasse Æschylus κάτωπον πρῶνα Sunium promontorium intellexit. Arachnæus mons in Argolide memorantur Pausan. ii. 25.

Fuerunt autem, qui *Macisti* nomen v. 302. non speculatoris, sed montis esse putarent; in his Francogallus interpres, qui montem *Macistum* in insula Lesbo a Plinio lib. v. nominatum significari existimat; quod tamen, ut nunc verborum contextus legitur, fieri non potest. Nam illa v. 303. verba ὁ δ' οὔτι μέλλων clare produnt, Macistum speculatoris nomen esse. Nobis vero vel in verbis πρὸς ἡδονὴν, vel in vocabulo Πεύκη nomen proprium loci latere videtur, in quo statio posita esset inter Atho montem et Messapium intermedia. Nimis enim longum, si cum ceteris compares, inter hunc et illum distantiæ intervallum esse videtur. Verum in his absque codicum auctoritate certe nihil definiri potest.

IN

ÆSCHYLI CHOEPHORAS.

IN

ÆSCHYLI CHOEPHORAS.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Agamemnone cæso filius ejus Orestes una cum Pylade Argos reversus unum comæ cincinnum Inacho fluvio, gratias pro nutritione relaturus, alterum in patris tumulo luctus et honoris causa sacrificat. Eundem ad tumulum convenit Electra cum ancillis, quibus Clytæmnestra, infausto somnio exterrita, hoc negotii dederat, ut sepulcrum regis manes ejus placaturæ inferiis honorarent. Quæ, secedentibus interim Oreste et Pylade, male Clytæmnestræ Ægisthoque precantur; quibus precibus inferiisque absolutis Electra e cincinni in tumulo depositi vestigiorumque forma Orestem hic affuisse auguratur. Accedit igitur frater, magnoque cum gaudio cognitus una cum sorore et choro diram Agamemnonis necem deplorat, ejusque ulciscendæ consilium exponit. Sumto nimirum viatoris e Phocide Dauliensis habitu, accedit ad regiam, narratque sibi a Strophio Phocensi mandatum esse, ut Orestis mortem parentibus nuntiaret. Jam a Clytæmnestra benigne acceptus in ædesque intromissus, primum Ægisthum (quem Clytæmnestra arcessi jusserat) in ædibus, deinde ipsam quoque Clytæmnestram, frustra ejus pietatem ac misericordiam implorantem, necat. Ac primum quidem hoc facinore lætus ac ferox, paullo post maternis furiis agitatus, ac de statu mentis dejectus, Delphos profugit, in Apollinis tutelam se traditurus, ab eoque parricidii crimine ac pœna se liberatum iri sperans.

FABULÆ CHOEPHORARUM PERSONÆ, LOCUS, TEMPUS, ORNATUS SCENICUS.

Orestes convenienter iis, quæ Clytæmnestra dixerat, Agam. v. 890. fingitur a Strophio Phocensi redire, cui in fidem ac tutelam

traditus erat. cf. v. 675. sqq. Comitem habet Pyladem, qui tamen in hac fabula paucissima loquitur.

Orestis soror Electra comitante choro ad Agamemnonis tumulum accedit, manes ejus, Clytæmnestræ jussu ac nomine, inferiis expiatura.

Chorus constat ancillis bello captis cf. v. 72. fortasse Troadibus; non autem, quod Cauterus putabat, ex virginibus indigenis.

Præterea Clytæmnestra et Ægisthus in scenam veniunt, illa quidem læto de Orestæ morte nuntio exsultans, hic dubitans, ac veritati rumoris nonnihil diffidens.

Secundarias in fabula partes agunt, janitor v. 649. et *Gilissa*, Orestes nutrix, v. 730. sqq. Quod autem vulgo in indice personarum nuntium (ἄγγελον) numerant, id sine causa idonea faciunt. Is enim nuntius nemo alius est atque Orestes ipse, qui ut aditum ad interficiendos paternæ cædis auctores, matrem Ægisthumque, sibi faceret, callide nuntii a Strophio admissi personam induebat. Præter chorum igitur septem personis fabula conficitur.

Agebatur autem ante Agamemnonis regiam; ita ut ab altera scenæ parte conspicuus esset regis tumulus. Actio mane incipit, paucisque horis absolvitur, nullibi tamen diei partibus diserte notatis.

Scenæ autem dramatis sic procedunt. Prima Orestem cum Pylade sistit patris tumulum abscissis comæ cincinnis honorantem. 1—19. In secunda accedunt Electra ancillæque inferiarum portatrices, quibus Chorus efficitur, Oreste et Pylade primum, ne statim conspiciantur, recedentibus. Inferiis autem absolutis cum se Orestes ab Electra nimium quantum desiderari audivisset, e secessu prodit, suique copiam sorori facit. Tum communi sorte deplorata, conjunctis precibus patris manes ad auxilium vocant, ac de ulciscenda ejus cæde deliberant. v. 20—580. Tertia scena Chori cantico expletur, Electra quidem ædes ex composito ingressa, Oreste autem et Pylade aliorsum digressis, ut habitum consilio convenientem induerent. v. 579—648. In quarta Orestes et Pylades ad regiam Agamemnonis accedunt, evocatoque janitore, dari sibi ab hero herave copiam exponendi mandata, quibuscum venerint, postulant, v. 649—663. Quinta exit ipse Clytæmnestra, comite Electra; nuntioque de Orestæ cæde audito ægre lætitiam dissimulat; nec Electræ miserabili luctu quidquam commota hospites introduci, et liberaliter excipi jubet v. 664—714. Acclamat scena sexta Chorus, Orestæque consilium faustis ominibus persequitur. v. 715—725. Septima colloquium habet janitorem inter Gilissam, Orestæ nutricem, ad Ægisthum arcessendum a Clytæmnestra missam, cui Chorus subobscure nondum esse de Orestæ rebus desperandum significat. v. 726—778. Tum scena octava Chorus ad Jovis ceterorumque deorum invocationem redit. v. 779—834. Nona Ægisthum sistit cum Gilissa domum properantem. v. 835—851. Decima Chorum rebus intus agendis intentum, clamoresque Ægisthi ab Oreste interfecti ex ædibus audientem. v. 852

—871. Undecima perterritus ostenditur servulus, cæde perpetrata, reginam evocaturus. v. 872—881. Tum trepida accurrit regina et ex ambiguo servuli dicto, tamen quid acciderit, intelligit; telumque sibi dari jubet, quo vim propulsare possit. v. 882—888. Sed scena xiii. Orestes ei occurrit, cum Pylade, eamque precibus et minis constanter spretis interficit. v. 889—931. Oreste interim in ædes redeunte Chorus facinoris justitiam prædicat sc. xiv. v. 932—969. Scena xv. Orestes redit, Ægisthi cadavere ex ædibus elato, ex juxta Clytæmnestræ corpus spectatorum oculis exposito. Sensim deinde animum furiarum stimulis exagitari sentiens aufugit v. 970—1061. Scena ultima Chorus regiæ domus calamitates deplorat, et quid porro futurum sit, anxium se hærere significat v. 1062—1073.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓῼΔΙΑ.

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ, *ἐκ παρθενῶν χοήφορων.*

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΧΟΗΦΟΡΟΙ.

ΟΡΕΣΤΗΣ. ΠΥΛΑΔΗΣ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΕΡΜΗ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη,

1—7. absunt Cod. Guelf. edd. Ald. Rob. Turn. Vict. Cant. Stanleius supplevit ex Aristophanis Ranis.

IN SCENAM I.

v. 1—19.

1—5. Hos versiculos primus in textum reduxit Stanleius, et recte quidem, ex Aristophanis Ranis depromtos. Ibi enim Æschyli prologi facete cum Euripidis prologis componuntur. Sed totum locum, quod simili consilio Stanleius fecit, huc transscribemus, ut facilius, quo jure hi versiculi in principio tragœdiæ positi sint, intelligatur.

Aristoph. Ran. v. 1119. sqq. ex edit. *Brunck.*

Εὐ. Καὶ μὴν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς προλόγους σοι τρέψομαι,
"Οπως τὸ πρῶτον τῆς τραγῳδίας μέρος
Πρώτιστον αὐτοῦ βασανιῶ τοῦ δεξιοῦ.
'Ασαφὴς γὰρ ἦν ἐν τῇ φράσει τῶν πραγμάτων.

Διο. Καὶ ποῖον αὐτοῦ βασανεῖς;
Εὐ. Πολλοὺς πάνυ.
Πρῶτον δ' ἐμοὶ τὸν ἐκ τῆς 'Ορεστείας λέγε.
Διο. "Αγε δὴ σιώπα πᾶς ἀνήρ. λέγ' Αἰσχύλε.
Αἰ. " 'Ερμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη,
Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ·
"Ηκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι."
Διο. Τούτων ἔχεις ψέγειν τι;
Εὐ. Πλεῖν ἢ δώδεκα.
Διο. 'Αλλ' οὐδὲ πάντα ταῦτά γ' ἔστ' ἀλλ' ἢ τρία.
Εὐ. "Εχει δ' ἕκαστον εἴκοσίν γ' ἁμαρτίας.
Διο. Αἰσχύλε, παραινῶ σοι σιωπᾶν· εἰ δὲ μή,
Πρὸς τρισὶν ἰαμβείοισι προσοφείλων φανεῖ.

Σωτὴρ γενοῦ μοι ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ·

Αἰ. Ἐγὼ σιωπῶ τῷδ';
Διο. Ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί.
Εὐ. Εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιόν γ' ὅσον.
Ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς.
Διο. Ἀλλ' ὀλίγον γ' ἐμοὶ μέλει.
Αἰ. Πῶς φῂς μ' ἁμαρτεῖν;
Εὐ. Αὖθις ἐξ ἀρχῆς λέγε.
Αἰ. Ἑρμῆ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη.
Εὐ. Οὔκουν Ὀρέστης ταῦτ' ἐπὶ τῷ τύμβῳ λέγει
Τῷ τοῦ πατρὸς τεθνεῶτος;
Αἰ. Οὐκ ἄλλως λέγω.
Εὐ. Πότερ' οὖν τὸν Ἑρμῆν, ὡς ὁ πατὴρ ἀπώλετο
Αὐτοῦ βιαίως ἐκ γυναικείας χερὸς
Δόλοις λαθραίοις, ταῦτ' ἐποπτεύειν ἔφη;
Αἰ. Οὐ δῆτ' ἐκεῖνον, ἀλλὰ τὸν Ἐριούνιον
Ἑρμῆν χθόνιον προσεῖπε, κἀδήλου λέγων
Ὅτιὴ πατρῷον τοῦτο κέκτηται γέρας.
Εὐ. Ἔτι μεῖζον ἐξήμαρτες, ἢ 'γὼ 'βουλόμην.
Εἰ γὰρ πατρῷον τὸ χθόνιον ἔχει κράτος...
Διο. Οὕτω γ' ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχως.
Αἰ. Διόνυσε, πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν.
Διο. Λέγ' ἕτερον αὐτῷ· σὺ δ' ἐπιτήρει τὸ βλάβος.
Αἰ. "Σωτὴρ γενοῦ μοι, ξύμμαχός τ' αἰτουμένῳ·
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι."
Εὐ. Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
Διο. Πῶς δίς;
Εὐ. Σκόπει τὸ ῥῆμ'· ἐγὼ δέ σοι φράσω.
Ἥκω γὰρ ἐς γῆν, φησί, καὶ κατέρχομαι.
Ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
Διο. Νὴ τὸν Δί', ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον.
Αἰ. Οὐ δῆτα τοῦτό γ', ὦ κατεστωμυλμένε
Ἄνθρωπε, ταῦτ' ἔστ', ἀλλ' ἄριστ' ἐπῶν ἔχον.
Διο. Πῶς δή; Δίδαξον γάρ με καθ' ὅ τι δὴ λέγεις.
Αἰ. Ἐλθεῖν μὲν ἐς γῆν ἔσθ', ὅτῳ μετῇ πάτρας·
Χωρὶς γὰρ ἄλλης ξυμφορᾶς ἐλήλυθε.
Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε καὶ κατέρχεται.
Διο. Εὖ, νὴ τὸν Ἀπόλλω· Τί σὺ λέγεις, Εὐριπίδη;
Εὐ. Οὐ φημὶ τὸν Ὀρέστην κατελθεῖν οἴκαδε·
Λάθρα γὰρ ἦλθεν, οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους.
Διο. Εὖ, νὴ τὸν Ἑρμῆν· ὅ τι λέγεις δ' οὐ μανθάνω.
Εὐ. Πέραινε τοίνυν ἕτερον.
Διο. Ἴθι πέραινε σὺ
Αἰσχύλ', ἀνύσας· σὺ δ' ἐς τὸ κακὸν ἀπόβλεπε.
Αἰ. Τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τάδε γεκηρύσσω πατρί,
Κλύειν, ἀκοῦσαι.
Εὐ. Τοῦθ' ἕτερον αὖθις λέγει,
Κλύειν, ἀκοῦσαι, ταυτὸν ὂν σαφέστατα.
Διο. Τεθνηκόσιν γὰρ ἔλεγεν, ὦ μόχθηρε σύ,
Οἷς οὐδὲ τρὶς λέγοντες ἐξικνούμεθα.

Ex hoc igitur loco perspicitur, primum hos versiculos ex prologo *Orestiadis*, h. e. Choëphorarum esse; deinde eos initium facere tragœdiæ; nam etiam ab Euripide postea initia prologorum in medium afferuntur; denique eos uno tenore deinceps positos fuisse.

Ἑρμῆ χθόνιε. "Orestes Ἑρμῆ χθόνιον vocat, et postea Electra v. 121, utpote cui mortui curæ erant. Sophocles Ajac.

Καλῶ δ' ἅμα

Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι.
Τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ τάδε γε κηρύσσω πατρὶ
Κλύειν ἀκοῦσαι * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,

4. πατρὶ] Quot versiculi inter quartum et quintum, et inter sextum ac septimum interierint, conjectura definiri non potest.

Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι.

Horatius:

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus.

Unde eidem *Satelles Orci* dictus Od. 2. 18."—*Stanl.*

πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη. Dupliciter hoc accipi posse notat Scholiastes ad Aristoph. Ran. v. 1140. τὸ πατρῷα κεκίνηκε τὴν ἀμφιβολίαν. Ἤτοι γὰρ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς Ὀρέστης φησὶν, ἢ τὰ καθ' ᾅδου λέγει πατρῷα κράτη τοῦ Ἑρμοῦ· καθ' ὃ καὶ χθόνιος ὁ Ἑρμῆς ὁ ἐκ πατρὸς ἔχων τὰς ἐν τῷ κόσμῳ βασιλείας ἐπιτηρεῖν. Δέον δὲ εἰπεῖν πατρόθεν, πατρῷα εἶπε πρὸς τὸ κράτη. Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πατρῷον τοῦτο κέκτηται γέρας. Sed πατρῷα κράτη designat *paternum* (scil. Agamemnonis) *imperium*. Sic infra v. 124. dii dicuntur πατρῴων δωμάτων ἐπίσκοποι.

2. σωτὴρ γενοῦ μοι. Nempe *salutis* auctor erat Mercurius, si exitum daret Orestæ consiliis patris cædem ulciscendi. Schol. Aristoph. Ran. v. 1128. Ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνος, ὃν ἀγωνίζομαι, θέλων τιμωρῆσαι τῷ πατρί. Similiter Chorus v. 262. Agamemnonis liberos σωτῆρος ἑστίας πατρὸς appellat.

σύμμαχός τ' αἰτουμένῳ] Cf. v. 477. 783.

3. ἥκω γὰρ—καὶ κατέρχομαι. Ταυτολογίας notam optime apud Aristophanem l. l. Æschylus ipse abstergit. Nempe κατέρχομαι proprie dicebatur de exsulibus postliminio redeuntibus.

"Utrumque versum 2. et 3. citat Thomas Magister; illum v. Αἰτοῦμαι, alterum in ἥκω et κατέρχομαι, prius explicans per ἔρχομαι, alterum κατέρχομαι per εἰς τὴν πόλιν, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, ἐπανέρχομαι. Et recte. Sic quippe sæpenumero videas usurpatum. Vid. Agam. 1638. Similiter κάτειμι Agam. 1294. κατάγειν ib. 1618.—" *Abresch.*

κλύειν ἀκοῦσαι. Versiculo in his verbis apud Aristophanem abrupto dici non potest, annon ἀκοῦσαι forte ad sequentia pertinuerit, ut ne hoc quidem loco bis idem dixisse Æschylum jure Euripides Aristophaneus contenderit.

6, 7. πλόκαμον—πενθητήριον. "E Pindari scholiaste supplevimus, qui ad illud Poëtæ Pyth. 4.

οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοὶ,

neque cæsariei capilli tonsi abierunt pulchri, οὐδὲ, inquit, τὴν πρώτην κόμην εἰς ἀπαρχὴν τοῖς θεοῖς ἐκείρατο, ἀλλ' ὡς Ἀχιλλεὺς νέος ἦν πρωτοκόμης. Ὅμηρος,

Σπερχεῖ' ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς·

καὶ παρ' Αἰσχύλῳ·

- - - πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,
τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον·

Ὀρέστης φησὶ τῷ Ἀγαμέμνονι. Quo fit ut plura intercidisse suspicemur, quam Cantero visum est, qui principium tragœdiæ fere totum ab Aristophane conservatum censet. Tribus enim partibus constabat hic Prologus: Orestes tumulum accedens Mercurium primo invocat; dein cæsariem detondens, ac

Τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον.
* * * * * * * * * * * *
Τί χρῆμα λεύσσω; τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις
Στείχει γυναικῶν φάρεσιν μελαγχίμοις
Πρέπουσα; ποίᾳ ξυμφορᾷ προσεικάσω;
Πότερα δόμοισι πτῶμα προσκυρεῖ νέον;
Ἦ πατρὶ τῷ 'μῷ τάσδ' ἐπεικάσας τύχω
Χοὰς φερούσας νερτέροις μειλίγματα;

9. φάρεσιν] βάρεσι Turn. 10. ποίᾳ] τοίᾳ Rob. 11. πτῶμα] πῆμα Guelf. Rob. προσκυρεῖ] προσκυνεῖ Ald. Turn. 13. μειλίγματα] e conjectura Stanleii. Edd. omnes μειλίγμασιν.

tumulo imponens, Agamemnonem; ingredientibus demum Choro et Electra retrocedit et Pyladem alloquitur." *Stanl.*

7. τὸν δεύτερον δέ. "Duo tonsuræ tempora fuisse apud Achivos, πένθους et ἀκμῆς, monet Eustathius in Iliad. β'. Λέγονται δὲ τὸν μὲν ἄλλον πάντα χρόνον κομᾷν οἱ Ἕλληνες· ἐν δὲ πένθους καιρῷ κείρεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν καιρῷ ἀκμῆς, ἤτοι τελείας ἡλικίας· τηνικαῦτα γὰρ πλόκαμον κείραντες, ἀνετίθουν Ἀπόλλωνι κουροτρόφῳ καὶ ποταμοῖς, καθάπερ ὁ Ὅμηρος ἱστορήσει ἐν τοῖς ἑξῆς. Καὶ ἦν οὗτος μὲν ὁ πλόκαμος θρεπτήριος κατὰ τὸν Αἰσχύλον, πενθητήριος δὲ ὁ ἕτερος. (Hunc ipsum locum proculdubio respexit.) λέγεται δὲ τῆς τομῆς τοῦ θρεπτηρίου πλοκάμου κατάρξαι Θησεύς· κειράμενος γάρ φασι τὴν ἐμπροσθίαν κόμην, εἰς Δῆλον ἀνέθετο τῷ Ἀπόλλωνι. Idem in Iliad. υ'. Ὅρα δὲ, ὡς εἰ καὶ ταυτὸν ἀκερσικόμην εἰπεῖν ϗ καρηκομόωντα, ὅμως οὐκ ἠθέλησε τὸν Ἀπόλλωνα καρηκομόωντα εἰπεῖν, ὡς ἀνθρώποις ἀπονείμας ἐκεῖνο, οἱ τρέφοντες ἐκείροντό ποτε αὐτήν· καὶ οὐ μόνον ἐπὶ πένθει, ὅπερ ἐπὶ Πατρόκλῳ γένεται, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἐπὶ ἀνατροφῇ· πλόκαμος γὰρ κούριμος ὁ μέν τις ἦν κατὰ τὸν εἰπόντα θρεπτήριος, ὁ δὲ θρηνητήριος.—" *Stanl.*

9. φάρεσιν μελαγχίμοις. "Eustath. in Iliad. χ'. hunc locum respiciens, ὧν τινα, (paragogicorum quæ termi- .... nantur in ιμος) καὶ διὰ τοῦ χιμος κοινότερον παράγονται. Οὕτω Αἰσχύλος πέπλους μελαγχίμους φησίν." *Stanl.* Ceterum aut in hoc vocabulo memoria lapsus est Eustathius, et φάρεσιν μελαγχίμοις voluit scribere, aut ex deperdita quadam Æschyli tragœdia hæc verba depromsit, aut Euripidem cum Æschylo permutavit. Apud illum enim Phœniss. 375. occurrit πέπλους μελαγχίμους.

10. πρέπουσα. "Schol. πρέπουσα, κοσμηθεῖσα, non recte. Est enim vocabulum μέσον hic; ut et v. 16. et 22. et Agam. v. 441. nec aliter apud Euripidem Helena de Menelao pannorum fragmina ejectitiorum induto. v. 1220.

Ἄπολλον ὡς ἐσθῆτι δυσμόρφῳ πρέπει;

nec audiendus Brodæus, qui aliter interpretatur. Et in Alcest. v. 512.

Τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις;—" *Stanl.*

Nempe πρέπειν omnino notat *insignem aut conspicuum esse aliqua re.*

11. προσκυρεῖ. Hesych. προσεγγίζει. *An novum funus ædibus nostris accidit?*

13. μειλίγματα. Vulg. lectio μει-

Οὐδέν ποτ᾽ ἄλλο· καὶ γὰρ Ἠλέκτραν δοκῶ
Στείχειν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν πένθει λυγρῷ
Πρέπουσαν. Ὦ Ζεῦ, δός με τίσασθαι μόρον
Πατρὸς, γενοῦ δὲ σύμμαχος θέλων ἐμοί.
Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκ ποδῶν, ὡς ἂν σαφῶς
Μάθω γυναικῶν ἥτις ἥδε προστροπή.

ΗΛΕΚΤΡΑ. ΧΟΡΟΣ. ΟΡΕΣΤΗΣ καὶ ΠΥΛΑΔΗΣ πόῤῥωθεν.

ΧΟΡΟΣ.

ΙΑΛΤΟΣ ἐκ δόμων ἔβην στροφὴ α΄.
Χοᾶς προπομπὸς ὀξύχειρι σὺν κόπῳ.
Πρέπει παρηῒς φοινίοις ἀμυγμοῖς

15. στείχειν] ὁρᾶν Turn. λυγρῷ omissum Rob. 18. ἐκ ποδῶν] ἐκποδὼν emend. Stanlei. 20. ἔβην] ἔβη Ald. 21. χοᾶς] χοὰς Guelf. Ald. Rob. Turn. χοᾶν conj. Stanl. σὺν κόπῳ] σὺν κόπτῳ Ald. Rob. Stanl. συγκύπτῳ Turn. σὺν κύπτῳ Vict. σὺν κτύπῳ conj. Arnald. σὺν κόπῳ Pauw. 22. φοινίοις ἀμυγμοῖς] φοίνισσα γωγμοῖς. Ita Guelf. corrupte. φοίνισσά γ᾽ ὠγμοῖς Turn. φοίνισσα μυγμοῖς Victor. Cant. etc. φοίνισσ᾽ ἀμυγμοῖς conj. Sophian. Stanleius vero suasit illam, quam edidimus lectionem, probante Heathio, ut metro convenientem.

λίγμασιν nullo modo admitti potest, quamvis Hesychii glossam: Μειλίγμασιν· κολακείαις, ἰδίσμασιν, huc aliquis trahendam putet. Inferiæ fiebant aqua, lacte, sanguine. Has igitur Clytæmnestra deportandas curabat *νερτέρων μειλίγματα, ad Agamemnonis manes placandos.*

15. στείχειν. Haud mala est lectio ed. Turn. et haud scio an vera, ὁρᾶν, *videor mihi videre sororem.*

19. προστροπή. Hesych. προστροπὴ, ἱκετεία. Nempe est *pompa supplicum virorum aut mulierum.*

IN SCENAM II.

v. 20. sqq.

21. ὀξύχειρι ξὺν κόπῳ. *Ita ut caput pectusque vehementibus manuum plagis feriamus; (sacro concutere pectora planctu* dixit Claudian. de Get. bello v. 273.) κόπῳ significare posse *planctu, pulsatione*, vel Hesychius docet κόπος interpretans per κοπανισμός. Soph. Aj. 631. χερόπληκτοι ἐν στέρνοισι δοῦποι.

22. φοινίοις ἀμυγμοῖς. Sic Hermione Eurip. Andromach. v. 828. σπάραγμα κόμας, ὀνύχων τε δάϊ᾽ ἀμύγματα θήσομαι.

Ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ·
Δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖς βόσκεται κέαρ.
Λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων
Λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι
Πρόστερνοι στολμοὶ
Πέπλων ἀγελάστοις
Ξυμφοραῖς πεπληγμένων.
Τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ φόβος ἀντ. α'.
Δόμων ὀνειρόμαντις, ἐξ ὕπνου κότον

24. δ' ἰυγμοῖς] διοιγμοῖσι Guelf. Cant. Vict. δ' ὠγμοῖσι Turn. δ' ἰυγμοῖσι conj. Cant. quod placet Stanleio et Heathio, qui tamen abjiciendum esse vidit iota paragogicum, ut metro consulatur. αἰαγμοῖσι mavult Abresch. 30. γὰρ ὀρθόθριξ φόβος] γὰρ φοῖβος ὀρθόθριξ Guelf. Ald. Rob. γὰρ φόβος ὀρθόθριξ Turn. Vict. φόβος γὰρ ὀρθόθριξ Arn. Quod edidimus Heathio auctore, metro versus antithetici respondet. 31. ἐξ ὕπνȣ κότον πνέων] Fortasse verius ἐξ ὕπνȣ κόπον πνέων.

23. ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ. Sic Ceres apud Claudian. de raptu Proserp. v. 425.

> Accipe, quas merui pœnas ; en ora fatiscunt
> Vulneribus, grandesque rubent in pectore s u l c i.
> Immemor en uterus crebro contunditur ictu.

Simplicius extulit Eurip. Electr. 147. κατὰ φίλαν ὄνυχι τεμνομένα δέραν.

24. δι' αἰῶνος δ' ἰϋγμοῖς βόσκεται κέαρ. Bene comparavit Abreschius simillimam phrasin Psalm. lxi. 3. ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος ἡμέρας καὶ νυκτός. Citra translationem Eurip. Electr. 145. ἐννέπω γόους, οἷς ἀεὶ τὸ κατ' ἦμαρ διέπομαι.

25. λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι. Dupliciter accipi potest λακὶς, vel de *scissura*, ut Pers. 122. βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακὶς, quo sensu bene quidem convenit epitheton λινοφθόροι, sed hiulca est appositio sequentium verborum πρόστερνοι στόλμοι; vel de *lacinia rupta*, s. *panno scisso* (eodem sensu, quo τραχηρὰ πέπλων λακίσματα dicuntur Eur. Trach. 497.). Quod si admiseris, optime componuntur ὑφασμάτων λακίδες et πρόστερνοι στόλμοι. Sed quomodo λακίδες, ipsæ vestium laciniæ disscissæ, dici recte possint λινοφθόροι, haud intelligo. Quare lenissima, ni fallor, correctione sic locum sublevare licebit :

> Λινοφθόροις δ' ὑφασμάτων
> λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσι.

Sub doloribus lintea perdentibus vestium laciniæ scissæ sunt, pectoralia velamina peplorum tristibus calamitatibus percussorum. Quia nimirum in magnis animi doloribus fieri solebat, ut vestes rumperentur, aptum erat ἄλγεα λινόφθορα dici. In verbis ὑφασμάτων λακίδες et πρόστερνοι στόλμοι πέπλων notio universe expressa, ut sæpe fit, per definitiorem partis notationem declaratur.

ἔφλαδον. " Schol. ἐῤῥάγησαν, ut Etymolog. M. in v. ἔφλαδον hoc ipso loco ibi adducto." *Abresch.*

28. πέπλων ἀγελάστοις ξυμφοραῖς πεπληγμένων. Hac imagine illustratur veritas emendationis nostræ λινοφθό-

Πνέων, ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα
Μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ,
Γυναικείοισιν ἐν δώμασι βαρὺ πιτνῶν.
Κριταὶ δὲ τῶνδ' ὀνειράτων
Θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι
Μέμφεσθαι τοὺς γᾶς
Νέρθεν περιθύμως,
Τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.
Τοιῶνδε χάριν ἄχαριν στρ. β'.

33. ἔλακε] ἔλαχε Guelf. περὶ φόβῳ] περίφοβον vel περιφόβως conj. Pauw. Neutrum necessarium. Fortasse Æschylus scripsit περὶ τάρβει, et φόβῳ ex glossemate ortum. 34. δώμασι] Vulg. δώμασιν. Quod recepimus, metro aptius est, Heathio bene monente. 35. δὲ] Particulam quæ abest ab edd. inserendam hic esse sensus et metri causa vidit Arnaldus. 36. ἔλακον] ἔλαχον Guelf. 40. τοιῶνδε] Sic edidimus pro vulg. τοιάνδε. Nempe concinnior ad sensum est structura verborum τοιῶνδε κακῶν ἀπότροπον μωμένα etc.

ροις ὑπ' ἄλγεσι. Tristibus scilicet rerum eventibus percussæ dicuntur virginum tunicæ, quia dolor, ut est apud Statium, *pariter vestes et pectora rumpit.*

30—33. τορὸς γὰρ—περὶ φόβῳ. Τορὸς est *penetrabilis*, sicut Prometh. v. 181. διάτορος.

ὀρθόθριξ, *comas* vel vehementia vel subita impulsione *arrigens*, ut est apud Sophoclem:

ὥστε πάντας ὀρθίας
Στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.

δόμων ὀνειρόμαντις, *in ædibus mala per somnia præsagiens*; sic ipsa Clytæmnestra v. 929. ἦ κάρτα μάντις οὑξ ὀνειράτων φόβος.

ἐξ ὕπνου κότον πνέων, *iram spirans* h. e. vehementiam exserens *in somno*. Notum est enim terrores, metus, angores multo sæpe vehementius somniantium animum afficere, quam vigilantium. Nihil igitur opus est conjectura, quam in V. L. proposui. Eodem modo infra v. 1022. timori κότος tribuitur.

ἀωρόνυκτον—ἔλακε, *intempestivum media nocte clamorem in reginæ cubiculis excitavit.* Regina nimirum viso nocturno eum in modum perterrita erat, ut repente expergefacta clamorem tolleret, et famulas convocaret. cf. v. 520. 531. sqq.

περὶ φόβῳ inanem tautologiam involvit, et universæ imaginis conformationem misere corrumpit. Neque vero, vel Stanleii emendatione, περίφοβον, vel περιφόβως, vel nostra, quæ olim in mentem venerat, περὶ τάρβει huic malo subvenitur. Jam igitur certissime persuasus sum Æschylum scripsisse

περὶ φόνῳ,

propter cædem Agamemnonis; sicut postea v. 39. dicitur τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.

35. κριταὶ—ὀνειράτων, *somniorum interpretes*; ut Pers. 226.

36. θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι. Stanl. vertit: *divinitus propalarunt obtestantes*; imo potius: *divinitus vaticinati sunt, vera se loqui sponsione quasi addita* s. interposita jurisjurandi fide *testificantes.*

40. Inferiæ a Clytæmnestra missæ

Ἀπότροπον κακῶν,
Ἰὼ γαῖα, γαῖα,
Μωμένα μ' ἰάλλει
Δύσθεος γυνά: Φοβοῦ-
μαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβάλλειν.
Τί γάρ; λυγρὸν, πεσόντος αἵματος πέδῳ.
Ἰὼ πανοΐζυς ἑστία,
Ἰὼ κατασκαφαὶ δόμων.
Ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς

42. γαῖα γαῖα] γαῖα μαῖα Guelf. Ald. 43. μ' ἰάλλει] μιλλεῖ vitiose Guelf. Ald. Rob. Vict. μυλλεῖ Turn. μ' ἰάλλει e verissima Stanleii emendatione. 45. τόδ'] Abest Turn. τόδε Vict. Cant. ἐκβάλλειν] Metri causa Stanl. et Pauw. emendandum censebat ἐκβαλεῖν. Necessarium esse recte negavit Heathius, cum ante duplex λ syllabæ breves alias quoque corripiantur. 46. λυγρὸν] λύτρον conj. Cant. Verum id penultimam producit, quam hic brevem esse oportere monuit Heathius.

dicuntur χάρις ἄχαρις, ut Prometh. 547. et infra v. 514. δειλαία χάρις. Sic Agam. 1552. sqq. Chorus quærebat, an Clytæmnestra ausura sit marito, quem interfecerat, justa facere.

Ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι
Τλήσῃ, κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὐτῆς,
Ἀποκωκύσαι ψυχὴν, ἄ χ α ρ ι ν
Χάριν ἀντ' ἔργων
Μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι;

42. ἰὼ γαῖα γαῖα. Lectionem ἰὼ γαῖα μαῖα, *ô alma tellus*, agnoscit etiam Scholiastes. Sic ὦ γαῖα μῆτερ Eurip. Hippol. 601. Sane inclinat animus ut eam cum Abreschio vulgatæ præferam.

43. μ' ἰάλλει δύσθεος γυνά. Sic infra v. 521. χοὰς ἔπεμψε τάσδε δύσθεος γυνή. "δύσθεος hic i. q. ἄθεος, quod jam monuit Spanh. ad Comici Plut. v. 492." *Abresch.*

45. φοβοῦμαι — ἐκβάλλειν. Male quidem hoc ita acceperunt, quasi ad convicium δύσθεος γυνὰ pertineret. Nam, quod optime jam Heathius monuit, τόδε ἔπος intelligendum est *de precibus*, quas pro salute Clytæmnestræ in ipso inferiarum ritu fundere jussæ erant ancillæ; ab his igitur abhorrebat animus Choëphorarum; idque uberius declaratur ab Electra v. 81. sqq.

46. τί γάρ; λυγρόν. Sine dubio ita erat interpungendum. *Quin enim? Triste hoc est* (inferiarum beneficium) *sanguine semel in terram effuso.* Vera vis vocabuli λυγρὸν exponitur infra disertius v. 515. sqq.

Θανοῦντι δ', οὐ φρονοῦντι, δειλαία χάρις
Ἐπέμπετ'· οὐκ ἔχοιμ' ἂν εἰκάσαι τάδε
Τὰ δῶρα, μείω δ' ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας.

Itaque minime opus est Heathii conjectura: τί γὰρ λύοι γε π. α. π. *quid enim hoc juvaret sanguine in terram effuso.* Ceterum cf. Eumenid. v. 262.

47. sqq. Ingentem, quæ Agamemnonis cæde familiam ejus oppresserat, calamitatem *tenebrarum* imagine Tragicus illustrat, et epitheta ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς respicere videntur ad Orci tenebras, mortalibus maxime invisas. Orcus enim sæpe dicitur ἀνάλιος, cf. Sept. adv. Theb. 862.

δεσποτῶν θανάτοισι, pro δεσπότου θανάτῳ, ut sæpe apud nostrum. Sic infra ματαίοισι δεσποτᾶν τύχαις.

Δνόφοι καλύπτουσι δόμους
Δεσποτῶν θανάτοισι.
Σέβας δ' ἄμαχον ἀδάμαν- ἀντ. β'.
τον ἀπόλεμον τοπρὶν
Δι' ὤτων φρενός τε
Δαμίας περαῖνον
Νῦν ἀφίσταται. Φοβεῖ-
ται δέ τις· τὸ δ' εὐτυχεῖν
Τόδ' ἐν βροτοῖς θεός τε καὶ θεοῦ πλέον.
Ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκας
Ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει,
Τοῖς δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου

50. δόμους] τοὺς δόμους Stanl. commendat, ut metrum antithetico versui respondeat. 54. φρενός τε] φρένας τε Rob. φρενῶν τε Turn. 58. καὶ θεοῦ] καὶ abest Ald. Turn. 59. δίκας] δίκαν Vict. 60. τοὺς μὲν] Vulg. τοῖς μὲν, præter Turn. in qua legitur τοὺς, quod nos quoque constructionis causa prætulimus. 61, 62. Vulgo sic legebantur (nisi quod in Turn. est εὐχῇ pro ἄχη):

Τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου
Μένει, χρονίζοντ' ἄχη βρύει

et μένει quidem plerique verbi μένειν tertiam pers. pl. interpretabantur, χρονίζοντα vero cum ἄχη compulabant. Nos vero μένει χρονίζοντι, *tarda ira* s. *vindicta* intelligimus, et ἄχη βρύει cum dativum personæ requireret, τοῖς δὲ rescripsimus pro τὰ δὲ, quod h. l. ineptum est.

52. σέβας non est, ut Scholiastes opinabatur, reverentia erga Agamemnonem, sed ipsa Agamemnonis majestas. Sic enim sæpe σέβας, ut βία Ἀλκινόου apud Homerum. *Majestas illa regis nuper inexpugnabilis, indomita, invicta, in omnium civium auribus animisque versata, nunc recessit.* δι' ὤτων pertinet ad celebritatem, *vivus volitabat per ora virûm*, ut Ennii dicto utamur, adeoque ejus fama civium aures implebat. διὰ φρενῶν accipio de *amore populi.*

56. φοβεῖται δέ τις. Scholiastes hoc vertit: ἕκαστος φοβεῖ φθέγξασθαι. Verum hoc alienissimum est ab ea quæ sequitur sententia. Cum interrogandi potius nota scribendum est:

φοβεῖται δὲ τίς;

Quis autem est qui timeat? Nempe fortunam homines deam sibi faciunt, plusque quam deum venerantur; prorsus ut illud Horatianum:

sed te
Nos facimus fortuna deam, cœloque
locamus.

59—63. Hi versiculi pulcherrimam habent allegoriam ab interpretibus adhuc parum intellectam, qua divinam vindictam tarditatem pœnæ gravitate compensare declaratur. Tria nimirum tempora, *meridies, crepusculum, media nox,* totidem intervalla pœnarum divi-

Μένει χρονίζοντ' ἄχη βρύει,
Τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.
Δι' αἷμα δ' ἐκποθὲν ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ   ἐπῳδ.

64. αἷμα δ'] Edd. αἷμά τ'. Sed nexus adversativam particulam postulat. Ceterum recte judicavit Pauwius versus 64—80. Epodon constituere. Vulgo enim, sed perperam, antistrophici existimabantur.

narum crescentesque pro morarum tarditate suppliciorum acerbitates designant.

ῥοπὴ δίκας ipse *impetus ultionis divinæ*. ἐπισκοπεῖ h. l. de intento ad percutiendum animo, sumta, ut arbitror, translatione ab homine in insidiis aliquem opperiente, quem clava aliove telo prætereuntem feriat. Sic ῥόπτρον δίκης est apud Euripidem Hippol. 1172. ubi vid. Valckenarii notam. ταχεῖα proxime cum τοὺς μὲν ἐν φάει copulandum. *Ictus* divinæ vindictæ ferit, alios quidem celeriter et quasi circa meridiem. ἐν φάει minime significat, quod Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 53. putabat, *aperte;* sed notat pœnarum tempus celeriter facinora consecutum.

62. μένει χρονίζοντ' ἄχη βρύει. Si metrum hujus versiculi antithetico responderet, acquiescerem sane in explicatione ad V. L. proposita. Sed cum versus strophicus 50.

⏑ – ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –
Δνοφοὶ καλύπτουσι δόμους

sit choriambicus dimeter acatal., metrum antistrophici haud aliter constabit, quam si legas,

Μένει χρονίζουσα βρύει,

Ictus justitiæ vindicis aliis quidem celeriter et quasi circa meridiem intentatur, aliis autem crepusculi tempore, retardato quidem impetu, at vi et robore auctus incumbit.

63. ἄκραντος νὺξ scholiastes de *æterna morte*, eodemque fere modo Stanleius de *æterna nocte* acceperunt. Sed hoc cœptam allegoriæ telam turbat. Ἄκραντος νὺξ nihil aliud quam *mediam noctem* significare potest, ita ut longissima vindictæ divinæ mora, summa pœnæ gravitate compensata designetur. Hoc sensu ἄκραντος νὺξ sic dicitur, ut Latinis *intempesta nox* i. e. Servio interprete *inactuosa.* Seu ut est ap. Macrob. Saturn. i. 3. *quæ non habet tempus idoneum rebus gerendis.* Haud scio tamen, an Æschylus scripserit

τοὺς δ' ἄ κ ρ α τ ο ς ἔχει νύξ.

Sic enim ἄκρατος νὺξ bene opponeretur τῷ μεταιχμίῳ σκότου.

64. δι' αἷμα—διαῤῥυδᾶν. Hæc e populari quadam superstitione intelligenda sunt, ad nostram etiam ætatem propagata, qua maculam ex sanguine hominis injuste cæsi in terram effuso, semper manere, nec elui posse fingebant. Itaque φόνος h. l. non est *cædes*, sed *cruor*. *Ex sanguine* Agamemnonis *ab alma tellure hausto congelatus remansit cruor ultionem provocans, haud amplius diffluens*, i. e. *haud evanescens*, quemadmodum aqua congelata solidi corporis formam induit. Heathius vocabulum φόνος de cæde accipiens misere se torquet in interpretando: *Cædes ita depacta est, ut vindictam certissime sit accersitura, non ita ut diffluere et aboleri possit.*

64. δι' αἷμα δ' ἐκποθὲν ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ.

Heathius facit antispasticum trimetr. catal. ex diiambo antispasto pentasyllabo et epitrito secundo catal. Cum tamen is qui sequitur versiculus senarius iambicus sit, adducor fere, ut poëtam sic scripsisse suspicer:

Τίτας φόνος πέπηγεν, οὐ διαῤῥυδᾶν.
Διαλγὴς ἄτη διαφέρει τὸν αἴτιον
Παναρκέτας νόσου βρύειν.
Οἴγοντι δ' οὔτι νυμφικῶν ἑδωλίων
Ἄκος· πόροι τε πάντες ἐκ μιᾶς ὁδοῦ

66. διαφέρει τὸν αἴτιον] διασπαράσσει sine τὸν αἴτιον Ald. Turn. 67. παναρκέτας] παναλκιτὰς Ald. Heath. emend. γ' ἀνηκέστοις νόσοις βρύειν. Post hunc versum in edd. repetitur

Τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.

Prorsus absurde. Clarum est glossatori deberi, qui h. l. conferri jusserat versiculum 63. ideoque margini forte adscripserat. Itaque eum e textu sustulimus. 68. οἴγοντι] Steph. conj. θίγοντι. Heathius autem ῥιγῶντι, quod minime admittendum. 69. πόροι τε] Sic Rob. Reliquæ edd. πόροι δέ.

δι' αἵματ' ἐκποθέντ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ,

sic enim efficeretur distichon iambicum trimetrum, et sensus elegantius decurreret. Αἵματα de cædibus pluraliter sæpe dicitur, et h. l. de cædibus Agamemnonis et Cassandræ aptissime.

66. διαλγὴς ἄτη διαφέρει τὸν αἴτιον. "Bene Schol. expl. διασπαρέσσει frustra obnitente Heathio) et opportune monuit in notis Henr. Stephanus sic Horatium usum esse τῷ *differre*, quod ad animum retulit Plaut. in Cistell. ii. 1. 5. *Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita nubilam mentem animi habeo.*"—*Abresch.*

67. παναρκέτας νόσου βρύειν. Fortasse verius:

παναρκέτᾳ νόσῳ βρύειν.

Πανάρκετος de morbo positum significare potest, ad omnes corporis partes pertinens, omnes quasi ægroti vires exhauriens, ut nihil opus sit cum Heathio lectionem sollicitare.

68. sqq. *Sicut expugnatori virginalium thalamorum nullum datur remedium, quo læsam semel pudicitiam reparare possit, sic si omnes ex uno loco fontes confluerent, ad abluendum qui manus occisoris polluit sanguinem, frustra irent.* Bene scholiastes hujus loci sensum cepit, comparationisque vim (etsi suppressis a poëta comparandi particulis) intellexit, ut profecto mirum sit Heathium in tam clara luce cæcutiisse. Inepta est ejus conjectura ῥιγῶντι, ineptior explicatio: *externato vero nullum a thalamo conjugiali est solatium.* Ut h. l. νυμφικὰ ἑδώλια de παρθενῶσι usurpatur, sic eadem Sept. adv. Theb. v. 456. dicebantur πωλικὰ ἑδώλια, et ut ibi ἐσθορεῖν, sic h. l. οἴγειν. Nempe quoniam ex more Græcorum nemini masculo virginum conclavia inire licebat, sic nullum erat dubium, si quis vi aut clanculum irrupisset, quin id expugnandi virginum decoris causa fecisset. Itaque οἴγειν νυμφικὰ ἑδώλια est antecedens pro consequente positum. Qui autem, ut Schol. et post eum Stanl. in versione fecit, νυμφικὰ ἑδώλια de γυναικείῳ αἰδοίῳ s. *locis muliebribus* accipiunt, ii prorsus absurdam verborum obscenitatem Æschylo obtrudunt, a summaque ejus in verbis deligendis castitate ac verecundia nimium quantum abhorrent. Ceterum constructio verborum unice vera hæc est: οὔτι ἐστιν ἄκος νυμφικῶν ἑδωλίων οἴγοντι scil. αὐτά.

Βαίνοντες τὸν χειρομυσῆ
Φόνον καθαρῶντες εἶεν ἂν μάτην.
Ἐμοὶ δ᾽ (ἀνάγκαν γὰρ ἀμφίπτολιν
Θεοὶ προσήνεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων
Πατρῴων δούλιον ἐσᾶγον αἶσαν)
Δίκαια καὶ μὴ δίκαια,
Πρέπον τύχαις βίου,
Βίᾳ φερομένων αἰνέσαι, πικρὸν φρενῶν
Στύγος κρατούσῃ· δακρύω δ᾽ ὑφ᾽ εἱμάτων

70. χειρομυσῆ] χειρομισῆ Turn. Cett. χαιρομυσῆ. 71. Vulg. leg. φόνον καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην. Scaliger et Canter conj. κ. λοῦσαν μάτην. Stanleius vero: φ. καθαιρίοντες ἴλλυσαν μάτην. Heathius denique φ. κ. ῥέουσι μάταν. In loco pæne desperato nobis quoque ut ingenio obsequeremur, licere putavimus. 72. γὰρ ἀμφίπτολιν] ἀμφὶ πτόλιν Turn. Heathius corr. γ᾽ ἀρ. ἀμφιπόλῳ. 76. τύχαις βίου] Edd. omnes πρέποντ᾽ ἀρχαῖς βίου, nisi quod in Turn. est ἀρχαί. Sed veram esse lectionem τύχαις conjectura a nobis repertam, in Commentario ad h. l. demonstravimus. 77. πικρὸν] πικρῶν Turn.

70. χειρομυσῆ. Hoc vocabulum jam Pauwius e corrupta Turnebi lectione χειρομισῆ revocandum censuit; idque ut aptissimum h. l. recepimus. Cæde enim *manus* potissimum *hominis pollui* credebantur; et χειρομυσὴς eodem modo formatum, ut χειροβαρής. Utrum vero h. l. φόνον *cruorem* an *cædem* interpreteris, parum interest. Ceterum lectionem ἰοῦσαν ἄτην corruptam esse, et in ultimo vocabulo μάτην latere, locus ad sensum et verba simillimus docet Choëph. v. 517.

Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας ἀνθ᾽ αἵματος
Ἑνὸς, ΜΑΤΗΝ ὁ μόχθος·—

72. ἐμοὶ δ᾽ (ἀνάγκαν—. Post ἐμοὶ revocandum est ἀνάγκα ex iis quæ statim sequuntur. *Nobis vero necesse est;* —*hanc enim necessitatem* servitii scil. *urbi meæ* expugnatæ *communem dii nobis imposuerunt, cum nos ex ædibus paternis in servilem conditionem abripi paterentur;* nobis igitur necesse est, *prout vitæ nostræ fortunæ convenit, eorum qui vi et imperio grassantur* (Clytæmnestræ et Ægisthi) *facinora, sive justa sive injusta sint, laudare, acerbam animi indignationem* silentio prementibus, et ne erumpat, *coercentibus.* Lectio vulgata πρέποντ᾽ ἀρχαῖς βίου seorsim spectata, hactenus quidem explicari possit, *quomodo convenit vitæ meæ dominis.* At enim ea notio primum hic otiosa est, utpote sequentibus jam verbis βίᾳ φερομένων expressa. Deinde multo concinnior e lectione πρέπον τύχαις βίου sensus oritur. Sæpissime enim apud Tragicos notatur servitutis fortuna, quod παῤῥησίαν non habeat. Denique metrum in πρέποντ᾽ ἀρχαῖς βίου nullum est. Stanleius πρέποντ᾽ ἀρχαῖς βίου interpretatur: *convenienter origini meæ;* quod sane se tueretur, si Choëphoræ natæ fuissent ancillæ; nunc autem cum ex pristina libertate in servitium captivitate demum se detrusas esse, ipsæ jam declaraverint, hæc ratio, ut universo sententiæ consilio prorsus contraria, nullo modo potest admitti.

78. δακρύω δ᾽ ὑφ᾽ εἱμάτων. Non solum ex more quo plorantes capita ve-

Ματαίοισι δεσποτᾶν
Τύχαις, κρυφαίοις πένθεσι παχνουμένη.
Ἠλ. Δμωαὶ γυναῖκες, δωμάτων εὐθήμονες,
Ἐπεὶ πάρεστε τῆσδε προστροπῆς ἐμοὶ
Πομποὶ, γένεσθε τῶνδε σύμβουλοι πέρι·
Τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοὰς
Πῶς εὔφρον' εἴπω; πῶς κατεύξωμαι πατρί;
Πότερα λέγουσα παρὰ φίλης φίλῳ φέρειν
Γυναικὸς ἀνδρὶ, τῆς ἐμῆς μητρὸς πάρα;
Τῶν δ' οὐ πάρεστι θάρσος, οὐδ' ἔχω τί φῶ,
Χέουσα τόνδε πέλανον ἐν τύμβῳ πατρός.
Ἢ τοῦτο φάσκω τοὖπος, ὡς νόμος βροτοῖς
Ἔστ', ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσιν τάδε
Στέφη, δόσιν τε τῶν κακῶν ἐπαξίαν;
Ἢ σῖγ' ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπώλετο

79. δεσποτᾶν] δεσπόται Turn. Cant. 82. προστροπῆς] προτροπῆς Ald. 84. τύμβῳ] Add. δὲ Ald. Rob.

labant, sed magis etiam consilio, ne prodendo dolorem, quem ex Agamemnonis cæde capiebant, in Clytæmnestræ et Ægisthi odium incurrerent.

84. τύμβῳ χέουσα τάσδε κηδείους χοάς. Comparat Abreschius Sophoclem Electr. v. 419.

πατρὶ τυμβεῦσαι χοάς.

85. εὔφρονα sunt, quæ patris animo grata esse possint.

88. τῶν δ' οὐ πάρεστι θάρσος. cf. v. 45.

90. ὡς νόμος βροτοῖς ἐστ'. Pertinet ad *jus* talionis inter homines receptum; non, ut Stanleius putabat, ad *morem* inter effundendam libationem manes defuncti alloquendi.

91. ἀντιδοῦναι absolute positum declaratur per sequentia δόσιν τε (scil. δοῦναι) τῶν κακῶν ἐπαξίαν.

92. στέφη, *coronæ*, quibus sepulcrum ornabatur; quarum diserte mentionem facit Chrysothemis apud Sophoclem Electr. 899. sqq.

ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους
πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ
πάντων ὅσ' ἐστιν ἀνθέων θήκην πατρός.

Potest tamen etiam, quod Abreschio placebat, στέφη omnino de *inferiis* intelligi. Sic Sophocl. Electr. v. 52. πατρὸς τύμβον λοιβαῖσι καὶ καρατόμοις χλιδαῖς στέφειν, et Antig. v. 437. χοαῖς τὸν νέκυν στέφει.

93. ὥσπερ οὖν ἀπώλετο. "Interpres *quandoquidem*; debebat *quemadmodum*. Infra v. 885. Δόλοις ὀλούμεθ' ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν. Agam. v. 1180. Τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν. And. v. 1436. vacante fere in talibus particula οὖν.—" *Abresch.* Recte hactenus, nisi

Πατὴρ, τάδ' ἐκχέουσα, γάποτον χύσιν,
Στείχω, καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας πάλιν
Δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασιν;
Τῆς δ' ἐστὲ βουλῆς, ὦ φίλαι, μεταίτιαι.
Κοινὸν γὰρ ἔχθος ἐν δόμοις νομίζομεν.
Μὴ κεύθετ' ἔνδον καρδίας, φόβῳ τινός.
Τὸ μόρσιμον γὰρ τόν τ' ἐλεύθερον μένει,
Καὶ τὸν πρὸς ἄλλης δεσποτούμενον χερός.
Λέγοις ἂν, εἴ τι τῶνδ' ἔχοις ὑπέρτερον.

94. χύσιν] λύσιν Ald. 95. καθάρμαθ' ὥστις] κάθαρμά θ' ὅστις Ald. κάθαρμά θ' ὥς τις Rob.

quod particulam οὖν abundare, falso sibi persuasit Abreschius. Vertendum enim est οὖν *scilicet*, et nexum causalem inter duo comparata significat.

94. τάδ' ἐκχέουσα. Δεικτικῶς pronuntiatum; plenius antea v. 84. τάσδε κηδείους χοάς.

γάποτον χύσιν. Ut γαπότους χοὰς v. 161.

95, 96. στείχω—ὄμμασιν. " *Ad eam, veluti quis effundens purgamenta, retro abjiciens vas irretortis oculis.* Malim πάλιν participio δικοῦσα jungi, quam ut Scholiastes τῷ στείχω. Idem enim hic Æschylus, quod Virgilius Ecloga ix.

Fer cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti
Transque caput jace, ne respexeris,

quæ ex Theocrito sumsit in Hercule:

Ἠρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας εἰς πέτρας ὑπὲρ οὔριον· ἂψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος· — —" *Stanl.*

Verum hic ipse locus docere poterat Stanleium, πάλιν cum στείχω connectendum esse. Nam quod apud Theocritum est ἂψ νέεσθαι ἄστρεπτος, id apud nostrum dicitur στείχω πάλιν—ἀστρόφοισιν ὄμμασιν.

102. λέγοις ἂν—ὑπέρτερον. " Quanquam chorum ministrarum alloquitur hera junior, tamen abstinere voluit τῷ βάρει τοῦ προστάττειν; vid. Schol. Sophocl. ad Electr. v. 641. et multis Potter ad Lycophr. v. 9. ὑπέρτερον valet πλέον, κρεῖττον *melius, potius.* Soph. Antig. v. 16. οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον, et v. 642. τάχ' εἰσόμεθ' — μαντέων ὑπέρτερον. Add. Eurip. Electr. v. 584. Suidas: ὑπέρτερον, κρεῖττον.—" *Abresch.* Sed me male habet ὑπέρτερον, quod Electra nondum quidquam attulerat, quibus Chorus aliquid *melius* posset dicere, sed tantum quæstionem proposuerat. Itaque haud scio, an Æschylus scripserit

Λέγοις ἄν, εἴτι τῶνδ' ἔχοις ὕπερ, τορόν;
(vel τορῶς).

Dicas igitur clare, absque circumlocutione aut dissimulatione, *si quid habes quod super istis dicas.* Et huic quidem orationis clausulæ bene responderet Chorus v. 104. λέξω—τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.

Χο. Αἰδουμένη σοὶ, βωμὸν ὣς, τύμβον πατρὸς
Λέξω, κελεύεις γὰρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον.
Ἠλ. Λέγοις ἂν, ὥσπερ ᾐδέσω τάφον πατρός.
Χο. Φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν.
Ἠλ. Τίνας δὲ τούτους τῶν φίλων προσεννέπω;
Χο. Πρῶτον μὲν αὑτὴν, χ᾽ ὅστις Αἴγισθον στυγεῖ.
Ἠλ. Ἐμοί τε καὶ σοί γ᾽ ἆρ᾽ ἐπεύξομαι τάδε;
Χο. Αὐτὴ σὺ ταῦτα μανθάνουσ᾽ ἤδη φράσαι.
Ἠλ. Τίν᾽ οὖν ἔτ᾽ ἄλλον τῇδε προστιθῶ στάσει;
Χο. Μέμνησ᾽ Ὀρέστου κεἰ θυραῖός ἐσθ᾽ ὅμως.
Ἠλ. Εὖ τοῦτο, κἀφρένωσας οὐχ ἥκιστά με.
Χο. Τοῖς αἰτίοις νῦν, τοῦ φόνου μεμνημένη. . . .
Ἠλ. Τί φῶ; δίδασκ᾽ ἄπειρον ἐξηγουμένη.

108. αὐτὴν] αὑτὴν Ald. 109. σοί γ᾽] σοί τ᾽ Ald. 112. κεἰ] Sic recte legitur in Ald. Rob. Turn. Male postea invectum καί. 114. μεμνημένη] Minime audiendus est Stanleius, qui hunc versum quoque Electræ tribuendum censet.

106. φθέγγου—σεμνά. *Bene precare benevolentibus.* Nempe amicis fausta, inimicis autem, h. e. Agamemnonis occisoribus v. 114. mala precari Electram jubent.

107. τούτους h. l. nimis otiosum esse videtur. Fortasse Æschylus ita scripserat:

τίνας δὲ τούτοις τῶν φίλων προσεννέπω;
Ecquos autem amicorum hisce scil. faustis verbis *prosequar?*

Scholiastes ad h. l. τούτῳ legisse videtur. Interpretatur enim: τίνας τοὺς εὖ φρονοῦντας αὐτῷ ὀνομάσω; Si vulgatam tenemus, vertendum est. *Quinam vero sunt hi amici, quos me, precibus Agamemnonem invocando, nominare jubes?*

110. αὐτὴ σὺ—φράσαι. *Satis tu quidem pro te ipsa sapis, ut ad isthæc respondeas.* Verecundiæ nimirum Chori tribuendum est, quod diserte se ipsas in amicis Agamemnonis numerandas esse profiteri nolunt. Abreschii conjectura λανθάνουσ᾽, *clam, tecum tacite,* pro μανθάνουσ᾽, prorsus aliena est. Idem φράσαι intp. *consideres, perpendas, statuas;* sed facilius ad sensum est: *dicas, respondeas.*

111. στάσει. Hesych. Στάσις, θέσις, χορὸς, συνέδρα. cf. v. 455. et Eumen. 306.

113. κἀφρένωσας. Hesych. Φρενοῦν· φρονεῖν, διδάσκειν, νουθετεῖν. cf. Agam. v. 1192. Eurip. Ion. v. 526. Bacch. 791. Sophocl. Antig. v. 765.

114. τοῖς αἰτίοις νῦν. Parum ad sensum interest, utrum post νῦν, an, quod Heathio placebat, post φόνου distinguas, an prorsus nullo distinctionis signo utaris. Nempe αἴτιοι sunt *cædis auctores,* etiamsi τοῦ φόνου ad participium μεμνημένη trahatur.

115. ἐξηγουμένη. Suidas: "Ἐξηγήσασθαι, ἅμα λέγειν τι περὶ ὧν ἀγνοοῦσιν

Χο. Ἐλθεῖν τιν' αὐτοῖς δίαμον' ἢ βροτῶν τινά . . .
Ἠλ. Πότερα δικαστὴν, ἢ δικηφόρον λέγεις;
Χο. Ἁπλῶς τι φράζουσ', ὅστις ἀνταποκτενεῖ.
Ἠλ. Καὶ ταῦτα μοῦ 'στιν εὐσεβῆ θεῶν πάρα;
Χο. Πῶς δ' οὔ; τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.
Ἠλ. * * * Ἑρμῆ χθόνιε, κηρύξας ἐμοὶ
Τοὺς γῆς ἔνερθε δαίμονας κλύειν ἐμὰς
Εὐχὰς, πατρῴων δωμάτων ἐπισκόπους,
Καὶ γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται,
Θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει.
Κἀγὼ χέουσα τάσδε χέρνιβας βροτοῖς
Λέγω, καλοῦσα πατέρ', ἐποίκτειρόν τ' ἐμὲ
Φίλον τ' Ὀρέστην, ὡς ἀνάξομεν δόμοις.
Πεπραγμένοι γὰρ νῦν γέ πως ἀλώμεθα

123. δωμάτων] Sensu requirente et auctore Stanleio sic emendavimus. δ' ὀμμάτων πατρῴων Ald. πατρῴων ὀμμάτων Turn. π. δ' ὀμμ. in reliquis edd. 124. ᾗ τὰ πάντα] ᾗ τ. π. Ald. κατὰ πάντα Rob. 126. κἀγὼ] Recte Stanleius dissuasit Desiderii Heraldi correctionem :

Κἀγὼ χέουσα τάσδε χέρνιβας, χοὰς
Λέγω, καλῶ σε, πάτερ ἐποίκτειρόν τ' ἐμέ.

128. ὡς] Sic edidimus pro vulg. πῶς, quod sensus respuit. 129. πεπραγμένοι] Stanl. conjicit πεπρασμένοι. Haud male.

οἱ ἀκούοντες, καὶ διδάσκειν αὐτοὺς περὶ ὧν πυνθάνονται. Add. Eumen. v. 606.—" *Abresch.*

119. θεῶν πάρα. Quam hic Abreschius antiptosin quærit, pro παρὰ θεοῖς, ea prorsus nulla est; nam inter εὐσεβῆ et θεῶν πάρα intelligendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum ἐξαιτεῖν vel simile quidquam.

121. Ἑρμῆ χθόνιε. Quod verbum ante Ἑρμῆ exciderit, conjectando vix definiri potest. Nec satis constat, annon ante hunc versiculum unus vel plures librariorum culpa perierint. Si nihil præter caput hujus versiculi desit, vox desideratur trisyllaba, ut ἄκουσον, vel aliud ejusmodi.

126. χέρνιβας. "Χέρνιψ proprie est τὸ ἐπιχεόμενον χερσὶν ὕδωρ. Inde in re funebri, aqua lustralis, cujus vas plenum pro foribus statuebant, ut ea, qui ad exequias venerant, se adspergerent. Eurip. Alcest. v. 98.

πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ
πηγαῖον, ὡς νομίζεται
γε, χέρνιβ', ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.

Hic vero aquam illam denotat, cujus in parentalibus sacrificiis usus erat, alias χθόνια λουτρά." *Stanl.*

129. πεπραγμένοι. Quamquam hoc significare potest, *deleti*, vel ut Schol. exponit, νενικημένοι, κατηγωνισμένοι,

Πρὸς τῆς τεκούσης, ἄνδρα δ' ἀντηλλάξατο
Αἴγισθον, ὅσπερ σοῦ φόνου μεταίτιος.
Κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος· ἐκ δὲ χρημάτων
Φεύγων Ὀρέστης ἐστὶν, οἱ δ' ὑπερκόπως
Ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα.
Ἐλθεῖν δ' Ὀρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ
Κατεύχομαί σοι. Καὶ σὺ κλῦθί μου, πάτερ,
Αὐτῇ τε μοὶ δὸς εὐφρονεστέραν πολὺ
Μητρὸς γενέσθαι, χεῖρά τ' εὐσεβεστέραν.
Ἡμῖν μὲν εὐχὰς τάσδε· τοῖς δ' ἐναντίοις
Λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον,
Καὶ τοὺς κτανόντας ἀντικατακτανεῖν δίκην.

134. μέγα] μέτα Ald. 136. καὶ σὺ] καὶ νὺ Ald. 140. σου] σ' ὦ Cant. 141. ἀντικατακτανεῖν] Hanc lectionem a Schol. memoratam, utpote concinniorem prætulimus vulg. ἀντικατθανεῖν.

multo tamen aptior et elegantior est lectio, quam Stanleius divinavit, πεπρασμένοι, *venditi*. Huc enim respicit ἀντηλλάξατο Αἴγισθον, injusta enim mater liberos quasi vendiderat, ut sibi posset adulterum redimere; quæ quidem imago v. 912. sqq. recurrit, ubi Orestes, cum dixisset: Διχῶς ἐπράθην, ὢν ἐλευθέρου πατρός· respondet Clytæmnestra: τοῦ δῆθ' ὁ τιμὸς ὅντιν' ἀντεδεξάμην; Orestes autem se pudore prohiberi ait, quo minus id diserte eloquatur; cum interim dubium non sit, quin Ægisthum significet. Et hoc quidem loco, cum se ipsam Electra ἀντίδουλον, Orestem autem ἐκ χρημάτων φεύγοντα dicit, id optime respondet τῷ πεπρασμένοι.

137. αὐτῇ τε μοί. "Tmesis est pro ἐμαυτῇ. In Agam. v. 1332. θρῆνον ἐμὸν τὸν αὐτοῦ, sed cujus paulo alia ratio. Infra v. 273. αὐτόν με. Geminum est Herodot. lib. i. c. 109. αὐτῷ μοι συγγενής ἐστι ὁ παῖς. Et sic αὐτοῦ σοῦ pro σεαυτοῦ in Sept. adv. Theb. v. 638. —" *Abresch.*

140. σοῦ, πάτερ, τιμάορον. "*Tui, pater, ultorem.* Qui σὲ legunt (ut Scholiastes) versus nullam rationem habent; qui ὦ addunt, ut Canterus, cautius faciunt, sed sine ulla necessitate. Imo potius optat adventum paterni vindicis Orestis, quam patris. Euripides apud Stobæum Serm. 75. prolem masculam præferendam esse dicit,

Γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
Οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.
Τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
Θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.—"
Stanl.

141. ἀντικατακτανεῖν. Hanc lectionem, quam constructionis quoque facilitas commendat, Stanleius insuper simili loco Sept. adv. Theb. v. 963. firmavit.

δίκην Abreschius interpr. ὁμοίως, quod

Ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς καλῆς ἀρᾶς,
Κείνοις λέγουσα τήνδε τὴν κακὴν ἀράν.
Ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω
Ξὺν θεοῖσι καὶ γῇ καὶ δίκῃ νικηφόρῳ.
Τοιαῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς τάσδ' ἐπισπένδω χοάς.
Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος
Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.
Χο. Ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον
Ὀλομένῳ δεσπότᾳ
Πρὸς ἔρυμα τόδε κεδνῶν, κακῶν

142. καλῆς] Plane, ut sic rescriberemus, pro vulg. κακῆς, sententia postulabat.
151. κεδνῶν κακῶν] Vulg. κακῶν, κεδνῶν. Verum transpositionem aperte sensus postulat. Stanleius conj. ἐπεύχετον.

ferri potest, si ἀντικατθανεῖν legatur; sed lectioni ἀντικατακτανεῖν aptius est δίκην interpretari δικαίως.

142. καλῆς ἀρᾶς. In principio nimirum sibi et fratri reliquisque patris amicis *bona* precata erat Electra; atque jam finem faciens redit ad bonas preces, postquam in medio malas quasdam imprecationes in hostes conjecerat. Nihil igitur certius est, quam legendum esse, ut edidimus, ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς καλῆς ἀρᾶς.

144. ἄνω. Stanleius intp. *nobis qui supra terram sumus*, ut ἄνω ad ἡμῖν referatur. Rectius cum πόμπος ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω conjungitur. *Tu autem, quæsumus, bona nobis sursum mitte.*

148. παιᾶνα τοῦ θανόντος. "*Pæana* conjungit cum lamentis, κωκυτοῖς, ut Sophocles cum gemitibus, apud quem in principio Œdip. Tyranni, cum Thebarum urbem pestis sævissima vastaret, et populus preces jam Apollini ad mitigandum morbum effunderet, Œdipus ad populum egressus, quærit, quid sibi velint illa θυμιάματα, παιᾶνες et στεναγματα.

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτω γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Porro mortuorum hymnos Pæanas etiam dici, ex Athenæo discimus lib. xv.—" *Stanl.*

"Nempe de quovis hymno, παιὰν, etiam, qui Diis inferis accinebatur, ut notat Schol. ex Eurip. Alcest. v. 424.

ἐκφορᾶν γὰρ οὐδὲ θήσομα νεκροῦ
Πάρεστε, καὶ μένοντες ἀτυχήσατε
Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.

Id. Troad. v. 126. αὐλῶν παιᾶνι στυγνῷ, μὴ θρηνητικῷ ὕμνῳ, Hesychio interprete; et v. 578. τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις.—" *Abresch.*

149. δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον interpretor *lacrymas inter singultus et lugubres querelas effusas.*

151. πρὸς ἔρυμα τόδε. Nescio quid interpretibus in mentem venerit, ut ἔρυμα *tumulum* significare putarent. Ἔρυμα est *præsidium, firmamentum*, adeoque chorus dicit: *ad confirmanda nobis bona, et averruncanda mala.*

ἀπεύχετον passive sumtum, notat se hisce lacrymis earumque piaculo libentius caruisse; quibus scilicet opus

Τ' ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον,
Κεχυμένων χοᾶν. Κλῦε δέ μοι, κλῦε,
Σέβας ὦ δέσποτα, 'ξ ἀμαυρᾶς φρενός.
'Οτοτοτοτοτοτοτοῖ· ἰὼ
Τὶς δορυσθενὴς ἀνὴρ,
'Αναλυτὴρ δόμων
Σκύθης, τά τ' ἐν χεροῖν παλίντον' ἐν ἔργῳ
Βέλη 'πιπάλλων Ἄρης,
Σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν βέλη;
* * * * * * *

'Ηλ. Ἔχει μὲν ἤδη γαπότους χοὰς πατὴρ,
Κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω.
Νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε.
Χο. Λέγοις ἄν· ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.
'Ηλ. 'Ορῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.

152. ἄγος] Vitiose Ald. Rob. Turn. ἄλγος. 154. 'ξ ἀμαυρᾶς] Sic metro aptius, quam vulg. ἐξ ἀμαυρᾶς Heath. 158. ἐν ἔργῳ] ἔνεργα Turn. 160. βέλη] Suspicor Æschylum hic scripsisse ξίφη vel simile quid. Post hunc versum, quod nemo adhuc observavit, intercidisse aliquot versiculos necesse est. 162. μέγιστε] μεγίστη Turn. Cant. Post hunc versum lacunam signat Robort. 164. λέγοις· ἀνορχεῖται Ald. Rob.

non fuisset Agamemnone vivo. Fortasse tamen ἀπεύχετον active sumitur, ut sit idem fere quod ἀπότροπον, q. d. *mala deprecans, wegbetend.*

154. ἐξ ἀμαυρᾶς φρενὸς, *audi preces, quas ex corde tot malis obnubilato fundimus.* Notum est enim, tristitiam sæpe cum tenebris comparari; ut nos dicimus *die umwölkte Stirn.*

156—160. His versiculis nihil aliud enuntiatur, quam hoc: *Eheu quis heros domum nostram liberabit;* cetera ad colorem poëticum pertinent; et verbis τά τ' ἐν χεροῖν παλίντον' ἐν ἔργῳ βέλη 'πιπάλλων Ἄρης designatur jaculator eminus feriens, reliquis autem, σχέδια ———, vir fortis cominus gladio pugnans. ἐν ἔργῳ est *in pugna.* Nimirum Chorus optat ut exoriatur aliquis Agamemnonis ultor, qui sive eminus sive cominus Ægisthum trucidet.

162. μέγιστε. "Ceteræ editiones μεγίστη. Unde asteriscos ad finem versus apponunt, quasi aliquid deesset. Ingeniosissime vero Jacob legit μέγιστε, et nihil plane deest. Suspendit enim orationem Electræ πάθος inopinato cincinnum in tumulo videntis." *Stanl.*

165. Sequitur locus nobilissimus, quo Electra, cincinno in patris tumulo viso, sensim eo deducitur, ut animo inter spem et metum attento cum ab

Χο. Τίνος ποτ' ἀνδρός, ἢ βαθυζώνου κόρης;
Ἠλ. Εὐξύμβολον τόδ' ἐστὶ παντὶ δοξάσαι.
Χο. Πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω;
Ἠλ. Οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν.
Χο. Ἐχθροὶ γὰρ οἷς προσῆκε πενθῆσαι τριχί.

170. ἐχθροὶ] ἐχθροῖς Turn.

Oreste vel missum vel collocatum suspicetur. Et Aristoteles quidem in arte poëtica, ubi varia ἀναγνωρισέων genera recenset, hunc agnitionis modum, quo Æschylus usus est, in quarto genere ponit, quod fiat ex ratiocinatione. Τετάρτη δὲ ἐκ συλλογισμοῦ, οἷον ἐν Χοηφόροις, ὅτι ὅμοιός τις ἐλήλυθεν, ὅμοιος δὲ οὐδεὶς, ἀλλ' ἢ Ὀρέστης. Sed non omnino recte accepit philosophus Electræ Æschyleæ argumentationem. Non enim sic colligit: Venit aliquis mihi similis; similis autem est nemo præter Orestem. Sed potius hæc est series argumentorum. 1. Video cincinnum in tumulo patris positum. 2. Eum nemo præter me donare potuit, 3. et profecto crines meis similes sunt colore. 4. Neque tamen ejus rei sum mihi ipsa testis, hunc cincinnum de capite meo abscidi. 5. Quid? si Orestis donum sit ille cincinnus? 6. Sane color crinium haud repugnat; bene enim memini fratris mei crines meis ad colorem similes esse. 7. Et fortasse nuntium aliquem misit, qui cincinnum hunc patris tumulo consecraret; nam ipsum quidem huc venisse vix audeo sperare. Et sic exposita hujus agnitionis parte, quæ ex cincinno in tumulo patris conspecto ducitur, nihil est quod quemquam offendere possit. Nec erat profecto, quod eam Euripides exagitaret, (si modo id ei consilium fuit, quod vulgo ei tribuitur a viris doctis,) in Electra sua hisce versiculis Æschylum tangens v. 527.

Ἔπειτα χαίτης πῶς συνοίσεται πλόκος;
Ὁ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφείς,
Ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς. Ἀλλ' ἀμήχανον.
Πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους
Καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταυτοῦ, γέρον.

Ceterum ad h. l respexit quoque Aristophanes in Nubibus, minime tamen, ut putabat Stanleius, Æschyli irridendi causa; sed imaginem potius hujus rei callide in rem suam transferebat.

Νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἥδ' ἡ κωμῳδία
Ζητοῦσ' ἦλθεν, ἤν που 'πιτύχῃ θεαταῖς οὕτω σοφοῖς,
Γνώσεται γάρ, ἤνπερ ἴδῃ, τἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον.

167. εὐξύμβολον. "i. e. εὐεπίγνωστον, ξυμβάλλειν εὐχερές. Contrarium δυσξύμβολος, pro quo δυσξύμβλητος. Eurip. Dan. v. 10." *Abresch.*

168. πῶς—μάθω; Comparat Stanl. Suppl. v. 373. σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων ὤν.— "παλαιὰ, *grandæva*, ut Sept. adv. Theb. v. 333." *Abresch.*

169. οὐκ ἔστιν. *Nemo est præter me, qui sibi hunc cincinnum potuerit detondere;* hic autem supplendum est, quod facile intelligebatur, *neque tamen meus est cincinnus.*

170. Parum recte de elegantia dialogi, et vi particulæ γὰρ in respondendo, judicabat Abreschius, cum hunc versiculum Electræ tribuendum esse censebat.

Ἠλ. Καὶ μὴν ὅδ' ἐστὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος.
Χο. Ποίαις ἐθείραις; τοῦτο γὰρ θέλω μαθεῖν.
Ἠλ. Αὐταῖσιν ἡμῶν κάρτα προσφερὴς ἰδεῖν.
Χο. Μῶν οὖν Ὀρέστου κρύβδα δῶρον ᾖ τόδε;
Ἠλ. Μάλιστ' ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται.
Χο. Καὶ πῶς ἐκεῖνος δεῦρ' ἐτόλμησεν μολεῖν;
Ἠλ. Ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρί.
Χο. Οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτά μοι λέγεις τάδε,
Εἰ τῆσδε χώρας μήποτε ψαύσει ποδί.
Ἠλ. Κἀμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον

173. αὐταῖσιν ἡμῶν] αὐτοῖσιν ἡμῖν Ald. Rob. 177. ἔπεμψε χαίτην] ἔπεμψεν καὶ τὴν Ald. Rob. ἔπεμψε καὶ τὴν Turn.

171. καὶ μὴν non est *etiam*, ut Stanl. vertit, quod sensum prorsus obscurat; sed *enimvero: und gleichwohl hat diese Locke eine sehr ähnliche Farbe.*

171. ὁμόπτερος. Hesych. ὁμόπτεροι, ὅμοιοι, ὁμότριχοι.

174. Callide instituit poëta, ut cogitatio de Oreste a Choro Electræ suggeri videatur, quam illa jam tacita conceperat. Ceterum imitatus est Æschylum in hoc agnitionis modo Sophocles, Electr. v. 900. sqq., qui locus omnino comparandus est.

177. ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρί. " Χαίτη κουρίμη, *capilli detonsi.* Accipit enim vocem κούριμος passive, quam usurpant fere alii active, ut Euripides in Oreste v. 963:

Ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπεία
Σίδαρον ἐπὶ κρᾶτα τιθεῖσα
Κούριμον.

i. q. κουρευτικὸν s. κουρᾶς ποιητικὸν, ut Schol. interpretatur; et rursus in Electra v. 148:

χέρα τε κρᾶτ' ἀποκούριμον
τιθεμένα.

At alii passive cum nostro accepere; ut Agatho in Tergeste apud Athenæum l. 12.

Κόμας ἐκειράμεσθα μάρτυρας τρυφῆς,
Ἦ που ποθεινὸν χρῆμα παιζούσῃ φρενί.
Ἐπώνυμον γοῦν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος
Κούρητες εἶναι κουρίμου χάριν τριχός.

Θρὶξ itaque κούριμος est coma tonsilis vel detonsa, ut supra (ad v. 7.) ex Eustathio πλόκαμος κούριμος. Et rursus apud eundem p. 1293. Κουροτρόφους δέ φαμεν τοὺς τὴν νεότητα τρέφοντας· εἰ δὲ καὶ κούριμος θρὶξ παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ, καί τις εἰπεῖν τολμήσει τὴν λέξιν καὶ ἀπὸ ταύτης, ἔστωσαν καὶ οὕτω κουροτρόφοι κατὰ θρασύτητα λέξεως. Imo ipse Euripides sic loquitur in Electra:

Σκέψαι δὲ χαίτην προσεῖνθεῖσα σῇ κόμῃ
Εἰ χρώματ' αὐτῆς κουρίμης ἔσται τριχός."

Hactenus *Stanleius.*

178. οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτα. " I. e. ἄγαν δάκρυτα, s. πολυδάκρυτα, augente haud raro vocula εὖ in compositis. Ælian. de Anim. l. i. c. 54. μισεῖν ἄξιον τὸ ζῶον τῆς εὐκληρίας τῆς εἰς τὸ κακόν. Sic εὔσημος in Agam. v. 827." *Abresch.*

180. κἀμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον χολῆς. Recte, ut opinor, Abreschius καρδίᾳ legendum esse judicavit.

Χολῆς, ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει·
Ἐξ ὀμμάτων δὲ διψίων πίπτουσί μοι
Σταγόνες ἄφραστοι δυσχίμου πλημμυρίδος,
Πλόκαμον ἰδούσῃ τόνδε· πῶς γὰρ ἐλπίσω
Ἀστῶν τιν' ἄλλον τῆσδε δεσπόζειν φόβης;
Ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο,
Ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον
Φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη.
Ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἄντικρυς τάδ' αἰνέσω,
Εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμά μοι τοῦ φιλτάτου
Βροτῶν Ὀρέστου· σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος.
Φεῦ.
Εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον', ἀγγέλου δίκην,

181. ἐπαίσθην] ἐπώσθην Schol. Turn. ἐπαίθην Ald. Rob. 182. διψίων] Sic emendavimus ipsi. Vulg. enim δίψιοι sensum prorsus pervertit. 183. ἄφρα στοι] ἀφράκτοι Ald. Rob. δυσχίμου] δυσχύμου Turn. 192. εὔφρον'] Forte ἔμφρον' Stanl.

Bilis autem *effusio* h. l. de gravi animi perturbatione, qua inter spem et metum fluctuat, accipienda. ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει, *percussa sum*, inopinato hoc viso, *tanquam penetrabili telo.* Scholiastæ lectio ἐπώσθεν *impulsa sum*, minus ad rem, quæ designatur, apposita.

182. ἐξ ὀμμάτων δὲ διψίων. *Ex oculis autem* diu præ doloris magnitudine *siccis repente prorumpunt lacrymarum guttæ, rivi per hiemem exundantis instar.* Sic Agam. 816. sq. Clytæmnestra oculos suos describit præ nimio fletu adeo siccos, ut ne gutta quidem lacrymarum insit. Non merum gaudium hic describitur, ut Stanleius putabat, sed sensus ex lætitia et angore mistus, qui maxime solet lacrymas provocare. Jam Spanhemius ad Callim. hymn. in Del. v. 263. comparavit Euripideum illud Alcest. v. 182. ὀφθαλμῷ τέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι.

ἄφραστοι, non est, ut vulgo intp., *ineffabilis*, sed quod Heathius monuit, *inopinatæ, improvisæ.*

187. οὐδαμῶς ἐπώνυμον. *Animum nequaquam* materno *nomine dignum.*

190. ἀγλάϊσμα. Imitatus est h. l. Sophocles, Chrysothemin sic loquentem inducens Electr. v. 913.

Καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι
Μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.

191. σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος. Pulcherrime affectum Electræ hac oratione expressit Æschylus. Cupiditate enim Orestis videndi adeo flagrabat, ut levissima, quæ ostenderetur, spe abriperetur; nec tamen prohibere posset, quo minus incertitudo signi, e quo fratrem advenisse suspicabatur, identidem animum turbaret.

192. εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον'. Assen-

Ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην.
Ἀλλ' εὖ σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον,
Εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος,
Ἢ ξυγγενὴς ὢν εἶχε συμπενθεῖν ἐμοὶ,
Ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴ πατρός.
Ἀλλ' εἰδότας μὲν τοὺς θεοὺς καλούμεθα
Οἵοισιν ἐν χειμῶσι, ναυτίλων δίκην,
Στροβούμεθ'· εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας,
Σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν.
Καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,

193. 'κινυσσόμην] κηνυσσόμην Ald. Rob. Reliquæ κινυσσόμην. 194. εὖ σαφηνῆ] Forte leg. ἀλλ' ἦ σαφὴς ἦν μοι. ἀποπτύσαι] ἀπέπτυσα Ald. ἀποπτύξαι Rob. quod placet Heathio. Sed verum est ἀποπτύσαι. 197. τιμὴ] Sic rescripsimus constructionis pariter ac sensus causa. Vulg. τιμήν.

tior Stanleio ἔμφρον' præferenti. Nempe non *lætam* h. l. vocem, sed claram et intelligibilem hic desiderabat: *Ach dass diese Locke gleich einem Boten in verständlicher Sprache zu mir reden könnte!*

193. ὅπως δίφροντις. *Ne anceps inter spem et metum fluctuarem.*

194. ἀλλ' εὖ σαφηνῆ. In hac lectione, quoquo te vertas, debilis est et manca verborum structura. Sic igitur legendum esse nobis persuasimus:

ἀλλ' ἦ σάφ' ἦν μοι τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον etc.

sed ut aperte mihi liceret, hunc cincinnum aversari, siquidem ab inimico capite fuerit rescissus, aut si cognatus mihi esset, mecum lugere posset, tanquam paterni sepulcri ornamentum ac decus. Notum autem est, veteres abominandi causa despuere solitos esse. Sic apud Sophocl. Antig. v. 668. ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ, ubi tamen legendum esse arbitror ὡς εἰς τὰ δυσμενῆ. Itaque h. l. verum est ἀποπτύσαι, nec erat quod Heathius Robortelli lectionem ἀποπτύξαι, revocandam putaret, quam ille sic explicabat, quasi diceretur εἴθ' ἀποπτύξαι, εἰ ὅδε πλόκος ἦν τετμημένος.

196. ἢ ξυγγενὴς ὤν. Eleganter dictum pro ξυγγενοῦς ὤν.

202—207. καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον. Hæc agnitionis ratio nullo pacto defendi aut excusari potest, et si quidem ab Æschylo profecta sit, nihil aliud superest, quam ut eum hic aliquando dormitasse indignemur. Primum enim nemini potest persuaderi, Electram Orestis videndi cupiditate adeo in transversum abreptam esse, ut ex æqualitate et similitudine vestigiorum colligeret, fratrem fuisse, qui ea impresserit. Deinde ipsa verborum collocatio laborat. Ut enim nihil dicam de pleonasmo satis inficeto, στίβοι ποδῶν ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς; quorsum quæso pertinet illud καὶ γάρ? quod facit ut exspectemus causam, cur hæc pedum similitudo δεύτερον τεκμήριον sit. Qui hodie ferret ita loquentem: *Uud nun, ein zweytes Zeichen, auch die Fussstapfen sind ähnlich und den meinigen anpassend; denn es sind zweyerley Ab-*

Ποδῶν ὅμοιοι, τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.
Καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
Αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ ξενεμπόρου τινός.
Πτέρναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι

drücke von Füssen, der eine von ihm, der andre von einem Begleiter—? Et quomodo in mentem venire poterat Electræ, illa altera vestigia ad Orestis comitem pertinere? Nonne multi homines ad sepulcrum Agamemnonis accedere poterant? Incommode etiam de vestigiis in arena impressis dicitur πτέρναι, omninoque versus 206, 207. inanem habent eorum, quæ v. 201, 202. dicta erant, repetitionem. Quare parum mihi tempero a suspicione v. 202—207. a sciolo quodam confectos, et una cum versiculo 224.

Ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς

Æschylo obtrusos esse. Et legat mihi aliquis omissis hisce versiculis 202—207. versus 198—201. et 208—210. continuos, et videat, an non omnia jam aptius inter se cohæreant. Nempe illa εὔχου τὰ λοιπὰ, quibus verbis Orestes infit, statim finitis Electræ precibus v. 198—201. pronuntiari debebant. Ut nunc est, inepta argutatione de indicio ex vestigiorum similitudine capiendo nimis distrahuntur. Quicquid fit, si ab Æschylo reperta fuerit hæc ἀναγνώρισις, ingenue fateor me ejus invento minime delectari, et facile patior eum ab Euripide hisce versibus perstrictum, Electr. v. 532. sqq.

Πρεσβύς.
Σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν
Εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον.
Ἠλέκτρα.
Πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν, ἐν κραταιλέῳ πέδῳ
Γαίας ποδῶν ἔκμακτρον; εἰ δ' ἔστιν τόδε
Δυεῖν ἀδελφοῖν ποὺς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος,
Ἀνδρός τε ϰ̓ γυναικὸς, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ.

206. τενόντων. Inepta utique hic τενόντων commemoratio. Pauwius igitur emendabat:

Πτέρναι κτενῶν θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι

quoniam a pedum digitis ad πτέρνας mensura sumta recte definiatur pedum longitudo. Hactenus bene; nisi quod reliqua hujus loci scabrities hoc modo non tollitur. Neque tamen necessaria est Pauwii emendatio. Recte enim Spanhemius ad Callim. Hymn. in Del. "Quum multiplex sit, inquit, τενόντων apud medicorum filios non solum, sed poëtas etiam veteres significatio, de majoribus nempe cervicis aut brachiorum vel manus aut poplitis etiam, ac a poplite ad calcem nervis, hic (apud Callim. l. l. v. 117.) postremo sensu vox eadem sumitur, ubi de Latona, fœtus nempe, quem in utero et jam parturiens ferebat, onere, ac longa insuper erratione fessa, agitur. Unde apud Æschylum τένοντες dicti, non solum ut ap. Homerum Il. χ'. 396. *tendines* s. *nervi*, ut ibidem ait, a *calcaneo* ad *talum*; ποδῶν τένοντε ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, sed ipsa etiam pedum in longitudinem extensio s. mensura, uti de solo impressis Orestis pedum vestigiis ait Electra apud Æschylum Choëph. v. 206.

Πτέρναι τενόντων δ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι,
Calces tendinumque descriptiones mensuratæ:

ac veteres ibi enarratores: τῶν εἰς μῆκος τῶν ποδῶν ἔκτασιν τένοντάς φησιν." Hactenus ille. Sed concinnior structura foret, si legeretur

πτερνῶν τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι.

Εἰς ταυτὸ συμβαίνουσι τοῖς ἐμοῖς στίβοις.
Πάρεστι δ᾽ ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά.
Ὀρ. Εὔχου τὰ λοιπὰ, τοῖς θεοῖς τελεσφόρους
Εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα, τυγχάνειν καλῶς.
Ἠλ. Ἐπεὶ τί νῦν ἕκατι δαιμόνων κυρῶ;
Ὀρ. Εἰς ὄψιν ἥκεις ὧνπερ ἐξηύχου πάλαι.
Ἠλ. Καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένῃ βροτῶν;
Ὀρ. Ξύνοιδ᾽ Ὀρέστην πολλά σ᾽ ἐκπαγλουμένῃ.

211. τί νῦν] τοίνυν Ald. 212. ὧνπερ] ὅνπερ Ald. 214. ἐκπαγλουμένῃ] ἐκπαγλουμένης Ald. ἐκπαγλουμένην edd. cett. Sed Pauwium Heathiumque secuti σ᾽ ἐκπαγλουμένῃ hoc est σοὶ ἐκπ. rescripsimus.

208. πάρεστι—καταφθορά. Hæc ita intelligo, ut non universe ad ancipitem et incertam animi fluctuationem, quam supra jam significaverat Electra, referam, sed arbitrer ad Orestem repente oculis visum pertinere. Nimirum eo conspecto videbatur conjectura ex cincinno facta mirum in modum confirmari; ideoque quodam lætitiæ terrore percellebatur, quo parum aberat quin animi deliquium pateretur. Hoc est illud πάρεστι δ᾽ ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά. Gallicus tragœdiarum Æschyli interpres vertit: *Ma douleur et mon trouble augmente;* et Choëphorarum interpres *du Theil*: *Hélas! tout accroit mon trouble et ma douleur.* Verum πάρεστι non significat *augmentum* doloris, sed novæ alicujus perturbationis impetum et accessum.

209. τελεσφόρους. Male Pauwius τελεσφόροις præfert. τελεσφόροι εὐχαὶ sunt *vota diis nuncupata, si preces ratas habuerint, persolvenda.* Non enim, ut Spanh. ad Callim. in Pall. v. 139. fecit, reddendum puto: *perfectrices preces,* quod h. l. tautologiam pareret sana frigidam.

211. ἐπεί. Non erat quod Abreschius in particulæ hujus significatione quærenda trepidaret. Satis notus est ellipticus ejus usus in interrogationibus, quem luculenter exposuit Hoogeveenus in doctrina de particulis Gr. Nimirum Electra verba Orestis εὔχου τὰ λοιπὰ respiciens quærit: *Quandoquidem ais mihi jam de reliquis, quæ optem, deos adeundos esse, dicas mihi velim quid jam a deorum numine assecuta sim.* Latini pro ἐπεὶ in ejusmodo interrogationibus ponunt *nam;* ut Plautus frequenter. Breviter itaque sic reddendus est versiculus: *Nam quid jam eorum, quæ precata sum, a diis impetravi?* Κυρεῖν autem cum accusativo æque ac cum genitivo componi, recte adversus Pauwium h. l. monuit Heathius.

213. καλουμένῃ. Minime amplectenda est Abreschii conjectura, quam ipse parum necessariam intellexit,

καὶ τίνι σύνοισθά μοι κηλουμένῃ βροτῶν.

214. πολλά σ᾽ ἐκπαγλουμένῃ. Bene sic Heathius post Pauwium emendandum censuit; in pronominum enim dativis μοι, σοι recte elidi diphthongum, multis exemplis confirmavit; e.c. Eurip. Med. 57. Suppl. 786. Sophocl. Ajac. 191. 354. cf. Brunck. ad Eurip. Med. 57.

Ἠλ. Καὶ πρὸς τί δῆτα τυγχάνω κατευγμάτων;
Ὀρ. Ὅδ' εἰμί· μὴ μάτευ' ἐμοῦ μᾶλλον φίλον.
Ἠλ. Ἀλλ' ἦ δόλον τιν', ὦ ξέν', ἀμφί μοι πλέκεις.
Ὀρ. Αὐτὸς κατ' αὐτοῦ γ' ἄρα μηχανοῤῥαφῶ.
Ἠλ. Ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾷν θέλεις.
Ὀρ. Κᾀν τοῖς ἐμοῖσιν, εἴπερ ἔν γε τοῖσι σοῖς.
Ἠλ. Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδε ἐγώ σε προὐννέπω;
Ὀρ. Αὐτὸν μὲν οὖν ὁρῶσα δυσμαθεῖς ἐμέ.
Κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχὸς
Ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς

216. μάτευ'] μάστευ' Rob. 221. τάδε ἐγὼ] τᾶδ' ἐγὼ Turn. Arnaldus mavult: ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδε σ' ἐγὼ προσεννέπω. 223. sqq. Ita ordinantur in Rob. Κουρὰν—Ἰχνοσκοποῦσα—Σαυτῆς—Ἀνεπτερώθης—Σκέψαι— — In reliquis ita collocantur; Κουρὰν—Ἀνεπτερώθης—Ἰχνοσκοποῦσα—Σαῦτης—Σκέψαι. Heathio autem hic ordo placet: Κουρὰν—Σαυτῆς' Ἰχνοσκοποῦσα—Ἀνεπτερώθης—Σκέψαι.

ἐκπαγλουμένῃ. "*Efflictim cupienti.* Ab Homerico illo sumtum:

τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα.

Nota vero non tantum passive sed et active sumi ἐκπαγλούμενος, quomodo et apud Eurip. Orest. 888. πατέρα σὸν ἐκπαγλούμενος et in Troad. 929. τοὐμὸν εἶδος ἐκπαγλουμένη. *Stanl.*

215. καὶ πρὸς τί. Non *quomodo*, ut Abreschius exponit, sed *quatenus*, vertendum est: *Und in wie fern.*

217. ἀλλ' ἦ. Interrogative capiendum putat Heathius: *Numquid dolum mihi nectis?* Ad sententiam vero aptius et fortius est, ἀλλ' ἦ reddere: *At profecto.*

218. αὐτὸς κατ' αὐτοῦ. Abreschius mavult καθ' αὑτοῦ.

220. κᾀν τοῖς ἐμοῖσιν. Ed. Turnebiana κᾀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ', fortasse verius.

221. προὐννέπω. Cum hoc significet *prædico*, non *alloquor*, Arnaldi emendationem

ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδε σ' ἐγὼ προσεννέπω

cum Heathio et Abreschio præferendam esse censeo.

222. αὐτὸν μὲν οὖν ὁρῶσα. Recte Orestes miratur, Electram, quæ antea levi indicio commota speraverat Orestem venisse, nunc, cum ipsum oculis suis videat, dubitare. Neque tamen negandum est, Æschylum h. l. veram sensuum humanorum naturam expressisse. Fit enim sæpenumero, ut animus magni alicujus boni desiderio flagrans, id ipsum multo propius aut facilius esse fingat, quam revera sit aut fieri possit; idem tamen repente id, quod vix fieri posse arbitrabatur, assecutus, dubitare incipiat, ac vix oculis fidem habeat. Sic apud Euripidem Iphig. in Tauris v. 795.

Ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', ἐκπεπληγμένος
Ὅμως ἀπιστῶ, περιβαλὼν βραχίονι,—.

224. ἰχνοσκοποῦσα—ἐμοῖς. Si versus 202—207. Æschylum habent auctorem, utique et hunc versiculum scripserit necesse est. Sed vel hoc suspectum reddere potest hunc versicu-

Ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾷν ἐμέ.
Σαυτῆς δ' ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρα
Σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τρίχος·
Ἰδοὺ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς,

lum, quod in codicibus modo præponitur versiculo 225. modo postponitur. Et sane si abesset hic, aptius omnia inter se necterentur. Verum si genuinus est, nullo loco commodius ponitur quam inter v. 223. et 225. nec audiendus est Heathius, qui versum *σαυτῆς δ' ἀδελφοῦ* retrahendum putat, et post v. 223. inserendum.

226. *σαυτῆς δ' ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρα.* Stanleius ita vertit: *Capilli tui cincinnum fratris tibi capite æqualis detonsæ cæsariei appone et compara.* At ex textu græco hæc minime exeunt. Non enim Orestes Electram jubet capilli sui cincinnum cum fratris crinibus comparare, sed potius id postulat, ut Orestis cincinnum in patris tumulo positum fratris capiti et loco, unde abscissus erat, (*τομῇ*) adaptet, indeque colligat eum vere Orestem esse. Sed pro *συμμέτρου*, Pauwio auctore, reponendum arbitror *σύμμετρον*, ut verborum constructio hæc sit: *σκέψαι δὲ βόστρυχον τριχὸς σαυτῆς ἀδελφοῦ, σύμμετρον τῷ σῷ κάρα, τομῇ προσθεῖσα.* Ad sensum recte Francogallus interpres: *Chere sœur, prenez cette boucle, approchez-là de mes cheveux qui sont semblables aux vôtres, reconnoissez l'endroit d'où elle a été coupée;* nisi quod *συμμέτρου* quo minus cum *τριχὸς* copuletur, intervallum verborum nimis longum prohibere videtur, præsertim cum genitivus *ἀδελφοῦ* proxime præcedat. Itaque præstat legere *σύμμετρον τῷ σῷ κάρα βόστρυχον τριχός.* Nempe *σύμμετρος τῷ σῷ κάρα* dicitur cincinnus, quoniam Orestis capillus ad colorem similis erat Electræ crinibus.

228. *ἰδού.* Abreschius præfert *ἰδοῦ*, sed nihil correctione opus. Quidni enim h. l. *ἰδοὺ δὲ ecce vero* appositum sit, etsi statim v. 244. dicitur *ἰδοῦ*, ubi est *respice.* Sæpe hallucinatur Abreschius, loca quæ ad sensum dissimilia sunt, tanquam parallela comparando.

ὕφασμα τοῦτο. Vulgo creditur, Euripidem etiam hoc signum Orestis a sorore agnoscendi causa ab Æschylo usurpatum irridere voluisse, dum hoc modo senem cum Electra colloquentem inducit v. 537. sqq.

Πρεσβύς.

Οὐκ ἔστιν, εἰ παρῆν κασίγνητος μολὼν
Κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς,
Ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν;

Ἠλέκτρα.

Οὐκ οἶσθ' Ὀρέστης ἡνίκ' ἐκπίπτει χθονὸς
Νέαν μ' ἔτ' οὖσαν; εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους
Πῶς ἄν, τοτ' ὢν παῖς, νῦν ἔχῃ ταὖτ' ἂν φάρη;
Εἰ μὴ ξυναύξοινθ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι.

Sed omnino fateor me nondum quemquam vidisse, qui Euripidem et totam illam confabulationis partem inter senem et Electram v. 508—546. eo consilio, ut Æschylum irrideret, confinxisse, probabiliter docuerit. Merum hoc est Stanleii commentum, quod non animadverteret, Æschylum et Euripidem fabulas ejusdem quidem argumenti tractandas sumsisse, sed ita ut uterque suo ingenio obsequeretur. Euripides fingit Orestem a pædagogo, puerum adhuc tenellum veste involutum Ægisthi insidiis surreptum fuisse. Æschylus autem probabiliorem rationem sequitur, et magis cum temporum notatione congruentem. Orestes enim, au-

Σπάθης τε πληγὰς, εἰς δὲ θηρίων γραφήν.
Ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας·
Τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.
Ἠλ. Ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρὸς,
Δακρυτὸς ἐλπὶς, σπέρματος σωτήριος,
Ἀλκῇ πεποιθὼς δῶμ' ἀνακτήσῃ πατρός.
Ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον
Ἐμοί· προσαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον·
Πατέρος τε καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
Στέργηθρον· ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται·
Καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου·
Πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ' ἐμοὶ σέβας φέρων·

229. εἰς δὲ] ἠδὲ Turn. ἔς τε conj. Stanlei. 230. γενοῦ] μενοῦ Ald. μὲν οὖ Turn. 233. σωτήριος] Sic edidimus pro vulg. σωτηρίου. 235. ὄμμα] Valckenar. ad Eurip. Phœniss. v. 415. ὄνομα reponi vult. Sine causa idonea.

tequam Agamemnon ad bellum Trojanum proficisceretur, natus, tum cum Clytæmnestra Ægistho morigerari inciperet, decimum ætatis annum agere debuit, et vix ante imminentem pubertatem ab iniqua matre ad Strophium missus est. Certe tum cum Agamemnon rediret, Æschylus Orestem jam in pleno juventutis flore ac robore versantem finxit, quod plane intelligitur e Chori dictis Agam. 1657. et 1678. Jam chlamydem fratri peregre abeunti a se textam et acu pictam donasse Electram, eamque ab Oreste, qui diligenter sororis donum amoris fraterni causa servasset, etiamnum gestari, nihil habet, quod a veritatis specie recedat.

230. ἔνδον γενοῦ. Scil. φρενῶν. "*Contine* (reprime) *te.* Orestes videns Electram attente suum opus considerantem recognoscentemque prope gaudio insanire, veritus ne clamore intempestivo se proderet, illam cohibet, sicut Ulysses Eurycleam." *Stanlei.* Cf. Sophocl. Electr. v. 1249. sq.

233. δακρυτὸς—σωτήριος. Stanl. perperam vertit: *lacrymabilis spes seminis salutaris.* Rectius: *ó sæpe jam defleta spes, generis paterni sospitatrix!*

235. τέσσαρας μοίρας ἔχον. Non placet clausula ἔχον in duobos versiculis deinceps bis repetita. Itaque, ni fallor, scripsit Æschylus:

ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας νέμον
ἐμοί·—

O suavissimum caput quatuor vices mihi præstans, fratris, patris, matris, sororis.

238. στέργηθρον. *Pietas patri matrique debita in te jam vergit.* Totus hic locus suavissimi affectus plenus in memoriam revocat similem Andromachæ orationem Homer. Iliad. vi. 429. sq.

239. ὁμοσπόρου. *Præterea hæres quasi es amaris mei erga sororem Iphigeniam heu crudeliter mactatam.*

240. ἐμοὶ σέβας φέρων potest explicari *decus mihi afferens.* Haud scio ta-

Μόνον Κράτος τε καὶ Δίκη ξὺν τῷ τρίτῳ
Πάντων μεγίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό σοι.
'Ορ. Ζεῦ, Ζεῦ, θεωρὸς τῶνδε πραγμάτων γενοῦ·
'Ιδοῦ δὲ γένναν εὖνιν αἰετοῦ πατρὸς,
Θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι
Δεινῆς ἐχίδνης. Τοὺς δ' ἀπωρφανισμένους
Νῆστις πιέζει λιμός· οὐ γὰρ ἐντελεῖς
Θήραν πατρῴαν προσφέρειν σκηνήμασιν.
Οὕτω δὲ κἀμὲ τήνδε τ', 'Ηλέκτραν λέγω,
'Ιδεῖν πάρεστί σοι, πατροστερῆ γόνον,
Ἄμφω φυγὴν ἔχοντε τὴν αὐτὴν δόμων.
Καὶ τοῦ θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα
Πατρὸς νεοσσοὺς τούσδ' ἀποφθείρας, πόθεν
Ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας;
Οὔτ' αἰετοῦ γένεθλ' ἀποφθείρας πάλιν

241, 242. *συγγένοιτό μοι* edd. omnes. In Turneb. hi versus tribuuntur Oresti. Et sane si vera esset lectio *συγγένοιτό μοι*, huic rationi faveremus. Præstat autem *σοὶ*, quod jam Stanl. rescribere jussit. 244. *γένναν εὖνιν*] *γέννα νιν* Ald. *γέννα νῦν* Rob. 245. *σπειράμασι*] Dorismum hic vitare jubet Heathius reponendo *σπειρήμασι*. 247. *ἐντελεῖς*] Vulg. *ἐντελής*. 248. *Θήραν πατρῴαν*] *θήρα πατρῷα* Ald. 254. *εὔθοινον*] *εὔθυνον* Ald.

men an Æschylus scripserit, *ἐμοὶ σέλας φέρων*, *lumen mihi afferens*, novæ scilicet et adhuc inusitatæ felicitatis.

244. sq. *ἰδοῦ δέ*. Nobilis allegoria pulcherrime continuata. *Respice quæso prolem orbam aquilæ patris, spiris nodisque atrocis viperæ* (Clytæmnestræ) *misere necati. Hos autem* (aquilæ pullos) *patre orbatos jejuna fames* (omnium rerum inopia) *premit; non enim valent* (matris et Ægisthi vi prohibiti) *prædam paternam nidis inferre*, h. e. bonorum paternorum hereditatis jure ad se pertinentium usufructu prohibentur.

251. *ἄμφω φυγὴν ἔχοντε*. Nempe Orestes, quamvis honesta specie, (cf. Agam. v. 889.) vere tamen erat ex ædibus expulsus; Electra vero, quamquam secundum Æschylum haud ejecta, exsuli tamen similis erat, vel ut ipsa ait v. 131. *ἀντίδουλος*.

255. sqq. *οὔτε—οὔτε* h. l. non disjunctivam vim, sed comparativam habent. *Et quemadmodum, si aquilæ genus exstirpares, simul amitteres opportunitatem iis missis fida auguria hominibus significandi, sic regia hac stirpe prorsus arefacta periret tibi festis diebus sacrificiorum honor. σήματα εὐπιθῆ βροτοῖς* Stanleius ad fulmina refert ab aquila Jovis portata. Sed multo aptius est

Πέμπειν ἔχοις ἂν σήματ' εὐπειθῆ βροτοῖς,
Οὔτ' ἀρχικός σοι πᾶς ὅδ' αὐανθεὶς πυθμὴν
Βωμοῖς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἤμασι.
Κόμιζ', ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγαν
Δόμον δοκοῦντα κάρτα νῦν πεπτωκέναι.
Χο. Ὦ παῖδες, ὦ σωτῆρες ἑστίας πατρὸς,
Σιγᾶθ'· ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
Γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
Πρὸς τοὺς κρατοῦντας· οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε
Θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός.
'Ορ. Οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενὴς
Χρησμὸς, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾶν,
Κἀξορθιάζων πολλὰ, καὶ δυσχειμέρους
Ἄτας ὑφ' ἧπαρ θερμὸν ἐξαυδώμενος,
Εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους,
Τρόπον τὸν αὐτὸν ἀνταποκτεῖναι λέγων

256. ἔχοις] ἕλοις Turn. 260. κάρτα] Omissum Rob. 263. ἀπαγγείλῃ] ἐπαγγείλῃ Rob. 266. οὔτοι] οὔτι Ald. Rob. 268. κἀξορθιάζων] κἀξοθριάζων Ald. κἀξορθριάζων Rob. vitiose. 269. ὑφ' ἧπαρ θερμὸν] ὑφ' ἧς παρθμὸν corrupte Turn.

de auguriis ex aquilarum visu captis intelligere. Inter *alites* enim sive *præpetes* aquilam primarium in disciplina augurali locum obtinuisse quis nescit?

261. ὦ παῖδες. Eodem modo silere jubet Chorus Electram apud Sophoclem El. v. 215.

263. γλώσσης χάριν. "I. e. τῇ γλώσσῃ χαριζόμενον et hinc διὰ γλωσσαλγίαν μὴ δυνάμενον ἐχεμυθεῖν; hoc quippe proprie notat χάριν, quod bene observavit quoque Ammonius in v. Ἕνεκα. Nostro prior Hesiodus Ἐργ. v. 709. γλώσσης χάριν ψεύδεσθαι." *Abresch.*

266. οὔτοι προδώσει—. *Non sane me destituet præpotens Apollinis oraculum, quo me jussit hoc periculum subire, multumque me excitavit, gravissimosque cruciatus visceribus meis minatus est, nisi persequerer paternæ cædis auctores; jubens me eodem modo vicissim eos interficere, bonorum etiam meorum jactura exasperatum et ad ultionem incitatum.* ὑφ' ἧπαρ θερμὸν parte pro toto posita significat omnino *in visceribus.* Eadem sententia sic enuntiatur Eumenid. v. 463.

ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ.

270. τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους. "Absolute αἴτιος pro φόνου αἴτιος. Sic v. 66. αἴτιος pro *malefico*, s. *facinoris auctore.*" *Abresch.*

271. τρόπον τὸν αὐτόν. H. e. dolose

Ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον.
Αὐτὸν δ' ἔφασκε τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε
Τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά.
Τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα
Βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε, τὰς δὲ νῷν νόσους,

272. ἀποχρημάτοισι] Sic Ald. ἀχρημάτοισι Rob. ἀποχρῆμα τοῖσι cett. ταυρούμενον] ταυρούμενος Turn. Audacius quam par est, et sine causa ita corrigendum censet Heathius: Ἀποχρῶν δὲ τάσδε ζημίας, ταυρούμενος. Αὐτός γ' ἔφασκε—

ut pater erat interemtus. Sophocl. Electr. v. 35.

Χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσῃ τάχα·
Ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ
Δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.

272. ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον. Nimis obscure reddidit Stanleius: *Præsentaneis mulctis tauri instar efferatum.* ἀποχρήματος ζημία nihil aliud est quam *paternorum bonorum ereptio*, quam Orestes a matre et Ægistho passus erat; ea igitur se dicit præter minas ultioni patris neglectæ propositas, ab Appolline ad pœnas de matre ejusque mœcho sumendas irritatum. Idem fere aliis verbis exprimitur v. 298.

Καὶ προσπιέζει χρημάτων ἀχηνία.

273. αὐτὸν δ' ἔφασκε. Hoc αὐτὸν h. l. friget inani pleonasmo. Præterea cum antecessisset mandatum Apollinis, quo jubebatur Orestes matrem et Ægisthum dolose interficere, necessario sequi debebat in hac pœnarum denuntiatione vocabulum aliquod aut phrasis, quæ pœnarum conditionem designaret, nempe *si negligens fuisset Orestes in ultione patris exsequenda.* Quapropter h. l. verissimum arbitror sic emendare:

Ἀτιτῷ δ' ἔφασκε τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε
Τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά.

Inultæ autem caræ patris *animæ hasce pœnas* me *dixit daturum, multis acerbis malis afflictum.* ἄτιτος i. e. *inultus* jam est ap. Homerum Iliad. ν'. 414. Lectio αὐτὸν librariorum culpa irrepsit, qui vel ἀτιτῷ male legerent, vel αὐτὸν ex v. 271. oculis aut memoriæ adhuc obversans temere repeterent. τῇ φίλῃ ψυχῇ Stanleius male de Orestis anima accepit; vertit enim: *me vero dixit cara anima has pœnas daturum.*

275. τὰ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα prorsus inepte vertitur a Stanleio: *e terra hostium solatia.* Imo τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε, hoc significat: *Ac primum quidem* intermissa cædis Agamemnoniæ ultione, *ad placanda irata numina pœnas ex terra*, h. e. terræ sterilitate imposita, *civibus denuntiavit.* Notum est neglectam regiæ cædis expiationem hæc mala publica ex veterum opinione consecuta esse, agrorum sterilitatem, pecorum luem, mulierum abortus, morbos pestilentes. cf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 125. sqq. et Sophocl. Œdip. Tyr. v'. 25. sqq. Et sic Æschylus Eumenid. v. 797.

Ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
Σκήψησθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν
Τεύξητ', — — —

δυσφρόνων scil. θεῶν sine dubio ad Erinnyas pertinet, quæ paulo post v. 280. diserte nominantur; et hæ dicuntur δύσφρονες, eodem modo, quo Eumenid. 381. vocantur κακῶν τε μνήμονες καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς.

276. Ipsi Oresti minatur Apollo, cum lepra afflictum iri, nisi patrem ul-

Σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις
Λιχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν,
Λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ·
Ἄλλας τ' ἐφώνει προσβολὰς Ἐρινύων
Ἐκ τῶν πατρῴων αἱμάτων τελουμένας,
Ὁρῶντι λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρύν.
Τὸ γὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος,

280. *ἄλλας τ' ἐφώνει*] Recte sic Stanleius emendandum censuit. Vulg. *ἀλλας τε φωνεῖ.* 281. *πατρῴων*] *ματρῴων* Rob. 282. *ὁρῶντι*] Vulg. *ὁρῶντα.* Sed dativum postulat antecedens *ἐφώνει.* Heath. conj. *ὁρῶντα λαμπρὸν ἐν σκόπῳ νωμῶν γ' ὀφρύν.* 283. *σκοτεινὸν*] Haud scio an Æschylus scripserit *κοταῖνον.*

ciscatur. Quodnam genus morbi hic designetur, etiamsi in poëta tragico, a quo medicorum subtilitatem haud exspectes, inutile forsan videatur disquirere, tamen comparato Celsi loco de Medic. lib. v. c. 28. dubitandum non censeo, quin sit species vitiliginis, quæ *λευκὴ* dicebatur. "Vitiligo quoque quamvis per se nullum periculum adfert, tamen et fœda est, et ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt. Ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere subasper, et non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Interdum etiam latius, et cum quibusdam intermissionibus serpit. Μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, et umbræ similis. Cetera eadem sunt. Λευκὴ habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, et altius descendit; *in eaque albi pili sunt, et lanugini similes.* Omnia hæc *serpunt*, sed in aliis celerius, in aliis tardius.—Leuce, quem occupavit, haud facile dimittit." — Ceterum Scholiastes verba *λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ*, de morbi pertinacia accepit, qui Orestem usque ad canitiem sit vexaturus. Verum hic sensus minus aptus est verbis, ab Æschylo diligenter lectis, ad significandum peculiare hujus morbi *σύμπτωμα.*

278. *ἀρχαίαν φύσιν.* "I. e. *τὴν πρὸ τοῦ νοσεῖν κατάστασιν* Hesychio interprete. Frequens est Hippocrati. Vid. Fœs. Œcon.—Aristid. t. i. p. 637. *τῆς ἀρχαίας φύσεως ὅτι ἐγγυτάτω γενόμενος.* Versum seq. laudat Etymolog. voc. Κόρση. Κόρσαι, inquit, *αἱ τρίχες· Αἴσχυλος λευκὰς κόρσας, παρὰ τὸ κείρεσθαι, καὶ γὰρ τὸ κείραι κόρσαι λέγεται.* Scribe *κέρσαι.*" *Abresch.*

280. sqq. *ἄλλας τ' ἐφώνει. Alios autem Furiarum impetus e paterno sanguine,* si scilicet eum ulcisci negligerem, *consecuturos denuntiavit* mihi Apollo, *clare videnti eum per noctis tenebras supercilia moventem,* et hoc nimirum gestu minarum severitatem perspicue significantem. Unius literæ mutatione, *ὁρῶντα* in *ὁρῶντι* converso, huic loco sensus veritatem et concinnitatem restituimus. Nunc enim intelligitur Apollinem noctu Oresti apparuisse. Vulgatam lectionem *ὁρῶντα*, quæ non habebat unde penderet, ad Agamemnonem referebant, quod ab h. l. alienissimum est.

283. sqq. *τὸ γὰρ σκοτεινὸν—Tenebricosum enim* (h. e. ex occulto vim suam exserens) *inferorum* (deorum Manium, ut h. l. Agamemnonis) *telum, qui sceleratorum consanguineorum manu*

Ἐκ προστροπαίων ἐν γένει πεπτωκότων,
Καὶ λύσσα, καὶ μάταιος ἐκ νυκτῶν φόβος
Κινεῖ, ταράσσει, καὶ διώκεται πόλεως
Χαλκηλάτῳ πλάστιγγι λυμανθὲν δέμας.
Καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος

perierunt, et rabies et vanus per noctem metus agitat, perturbat, ex urbe patria pulsum persequitur æreo flagro hominem misere affectum. Hæc illustrantur nobilissimo Ciceronis dicto, Orat. pro Rosc. Amer. c. 24. *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit; suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent.*

284. ἐν γένει πεπτωκότων. "Qui consanguineorum sceleratorum manu ceciderunt. οἱ ἐν γένει sunt οἱ ἐγγενεῖς sive συγγενεῖς. Sophocles Œdip. Tyr. v. 1016.

Ὁ θ' οὕνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.

Euripides Alcest. v. 907.

Ἐμοί τις ἦν ἐν γένει, ᾧ κόρος ἀξιόθρηνος
Ὤχετ' ἐν δόμοισι μονόπαις.—" *Stanl.*

287. πλάστιγγι. "Hesychius: Πλάστιγξ, μάστιξ. Etymol. Πλάστιγξ, ἡ μάστιξ, ἀπὸ τοῦ πλήσσειν, παρ' Αἰσχύλῳ. Hæc itaque interpretatio ad Æschylum præcipue spectat, et ad hunc quidem locum." *Stanl.*

288. sqq. καὶ τοῖς τοιούτοις. "Breviter hic τῶν προστροπαίων pœnas describit Æschylus, quos omnes veluti scelestos et contaminatos aversabantur; interdictionem sc. ab aris, a mensa, a domo; quæ partim quidem enumerat quoque Euripides Orest. v. 885.

μήθ' ἡμᾶς στέγαις,
Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
Μητροκτονοῦντας—

Plenius vero Sophocles Œdip. Tyr. v. v. 238. itidem de Oreste:

Μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα,
Μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι
Κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
Ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας—

Obiter vero notandum, interdictionem hanc ab ædibus propriam fuisse Argivis; (Hæc Stanleii observatio falsa est, nec ex loco Æschyleo præsidium nanciscitur;) nam aliorum in ædes receptum fuisse Orestem ante expurgationem constat ex Eumenid. v. 448. sq.

πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι, καὶ βότοισι καὶ ῥυτοῖς πόροις.

Clare autem id innuit Euripides, Iphigenia in Tauris, v. 947.

Ἐλθόντα δ' ἐκεῖσε (Athenas) πρῶτα μὲν οὐδεὶς ξένων
Ἑκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον·
Οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ ξένια μονοτράπεζά μοι
Παρέσχον οἴκων, ὄντες ἐν ταυτῷ στέγει.

Pausanias in Corinthiacis negat a Trœzeniis receptum: πρὶν γὰρ ἐπὶ τῷ αἵματι καθαρθῆναι (Orestem) τῆς μητρὸς Τροιζηνίων οὐδεὶς πρότερον ἤθελεν αὐτὸν οἴκῳ δέξασθαι· καθίσαντες δὲ ἐνταῦθα ἐκαθαίρον καὶ εἱστίων, ἐς ὃ ἀφήγνισαν. Silentii τοῖς προστροπαίοις indicti meminit Noster, Eumenid. v. 445.

Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
Ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
Σφαγαὶ καθαιμάξωσιν νεοθήλου βοτοῦ.

Εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς,
Βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
Μῆνιν· δέχεσθαι, οὔτε συλλύειν τινὰ,
Πάντων δ' ἄτιμον κἄφιλον θνήσκειν χρόνῳ,
Κακῶς ταριχευθέντα παμφθάρτῳ μόρῳ.

289. λιβὸς] Pleræque edd. λίβος. Sed vel λιβὸς, vel λίβους legendum. 290, 291. οὐχ ὁρωμένην πατρὸς μῆνιν δέχεσθαι] Sic Ald. item Rob. ubi tamen asteriscus apponitur, tamquam lacunæ nota. Reliqui similiter οὐχ ὁρωμένην edidere. Sed quicquid agas, commodum ex hac lectione sensum haud elicies. Heathius utrumque versiculum sic refingere jubet:

Βωμῶν δ' ἀπείργειν, καὶ στερουμένον πάτρας
Μή νιν δέχεσθαι, μηδὲ συλλούειν τινά.

Sed cf. Commentar. ad h. l.

Cum ergo compellare quemquam haud liceret, necesse fuit vel ex ipso silentio, habitu etc. supplicantis desiderium conjicere, quem aqua viva abluentes mactati lactentis porcelli sanguine expiarunt." *Stanl.*

288—290. οὔτε κρατῆρος μέρος pertinet ad exclusionem a conviviis, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς ad communionem libationis prohibitam, βωμῶν ἀπείργειν ad remotionem a sacrificiis.

οὔτε κρατῆρος μέρος εἶναι μετασχεῖν. "Minime mutanda est recepta distinguendi ratio. Constructio est: καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε μέρος εἶναι μετασχεῖν κρατῆρος, οὐ μέρος εἶναι μετασχεῖν φιλοσπόνδου λιβός. Pro οὔτε autem legi mallim οὐδὲ, cum nulla alia sequatur particula copulandi." Hactenus Heathius, cui in ceteris assentior, de οὔτε autem in οὐδὲ mutando ... pliandum censeo; nam particula altera copulativa, quam Heathius desiderabat, est τε in βωμῶν τ' ἀπείργειν, si modo hæc lectio genuina sit.

290, 291. Βωμῶν τ' ἀπείργειν—οὔτε συλλύειν τινά. Post vocabulum πατρὸς in Rob. asteriscus apponitur tanquam lacunæ nota. Et sane versiculus librariorum culpa intercidisse videtur. Fingamus enim sic scripsisse Tragicum:

Βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
Μῆνιν - - - - - - - -
Μή νιν δέχεσθαι, οὔτε συλλούειν τινὰ,

facile poterat librarius oculis ab initio medii versiculi Μῆνιν, ad sequentem μή νιν δέχεσθαι aberrare. Sensus autem, quem poëta his verbis expresserat, hic fere fuisse videtur: *Ab altaribus autem eum arcere occultam patris iram,* (sicut antea dicebatur τὸ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος) *et hac quidem macula seu piaculo laborantem neminem eum ædibus recipere, aut communem balnei usum ei concedere.* Sin autem cui magis placeat nullam hic lacunam esse, certe v. 290. corruptum esse, concedat necesse est, tumque ei auctor sim, ut hoc fere modo laboranti versiculo succurrat:

Βωμῶν τ' ἀπαρχῆς, ἔξορόν τί μιν πάτρας
Οὔτ' εἰσδέχεσθαι, οὔτε συλλούειν τινά.

In qua quidem corrigendi via, etsi, quod ad v. 290. attinet, certi nihil definiri potest, dubio tamen procul συλλούειν pro συλλύειν, quod sensu caret, verissimum est; idque jam Heathius intellexit, apte quoque advocato Sophoclis loco, supra ad v. 288. a Stanleio laudato, ubi μήτε χέρνιβας νέμειν, eandem rem designat, quam h. l. μήτε συλλούειν τινά.

293. κακῶς ταριχευθέντα. Hoc fortasse aliquis ad sepulturæ ignominiam

Τοιοῖσδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι·
Κ' εἰ μὴ πέποιθα, τοὔργον ἐξεργαστέον.
Πολλοὶ γὰρ εἰς ἓν ξυμπιτνοῦσιν ἵμεροι,
Θεοῦ τ' ἐφετμαὶ, καὶ πατρὸς πένθος μέγα.
Καὶ προσπιέζει χρημάτων ἀχηνία,
Τὸ μὴ πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν,
Τροίας ἀναστατῆρας εὐδόξῳ φρενὶ,
Δυοῖν γυναικοῖν ὧδ' ὑπηκόους πέλειν·
Θήλεια γὰρ φρήν· εἰ δὲ μὴ, τάχ' εἴσεται.

Χο. Ἀλλ' ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν
Τᾷδε τελευτᾷν
Ἧι τὸ δίκαιον μεταβαίνει.

294. ἆρα] Edd. ἄρα. Illud auctore Stanleio prætulimus. 296. ξυμπιτνοῦσιν] συμπίτνουσιν Turn. συμπίπτουσιν cett. 300. εὐδόξῳ] ἀδόξῳ Rob.

traxerit; sed multo tamen aptius et Æschyleo stilo dignius est, sic reddere: *postquam corpus pernicioso fato, et ærumnosa vita misere affectum et pessime maceratum, macie ac tabe consumtum fuerit;* in quo simul ad illos λιχῆνας respexisse poëtam credibile est.

295. κ' εἰ μὴ πέποιθα. *Ac si nollem hisce oraculis fidem adhibere, tamen audendum esset,* ob alias, quæ sequuntur, rationes, hoc quod Apollo mihi præcepit, *facinus.*

298. προσπιέζει. "Fortasse dederat Æschylus καὶ πρὸς πιέζει, i. e. et præterea *me urget,* πρὸς τούτοις. Aristid. tom. iii. p. 470. τὸ γοῦν ἐξοστρακισθῆναι, καὶ πρὸς γὰρ (f. leg. καὶ πρὸς γ' ἄρ') εἰ βούλει φυγῇ ζημιωθῆναι κέρδος παρ' ἐκείνην τὴν συμφοράν. Ut passim apud alios." *Abresch.*

ἀχηνία. "Hesychius: Ἀχηνία, ἄπορα, ubi fortasse leg. ἀπορία. Ut Suidas, apud quem φίλων ἀχηνία, et ut apud Nostrum hic χρημάτων ἀχηνία, sic Agam. v. 429. ὀμμάτων ἀχηνίαις." *Stanl.*

299. πολίτας. Argivos.

301. δυοῖν γυναικοῖν. Acerbe, graviter, et breviter dictum: *ne Argivi duarum mulierum* Ægisthi et Clytæmnestræ *imperio subsint.*

302. θήλεια γὰρ φρήν. Hæc ad solum Ægisthum pertinent, ellipsi h. l. ad sensum et affectum aptissima. *Muliebris enim est* et ignavus etiam Ægisthi *animus;* certe, *an haud ita sit, mox ipse experietur,* si cum eo congressus fuero. Minime autem hic Abreschio obsequendum, qui εἴσεαι, *cognosces,* reponendum censebat, quasi hæc oratio ad Chorum directa esset. Imo nostro idiomate sic vertendum: *Denn an Muth ist er ja doch auch nur ein Weib; und wäre er mehr, so wird sich's bald zeigen, so wird er's bald selbst erfahren.*

304. τελευτᾷν. Nisi infinitivum hic imperativi loco positum esse placeat, in promtu est rescribere.

τᾷδε τελευτᾶτ'.

305. ἧ τὸ δίκαιον μεταβαίνει. *Via et ratione justitiæ s. juris.*

Ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
Γλῶσσα τελείσθω, τοὐφειλόμενον
Πράσσουσα δίκη μέγ᾽ ἀϋτεῖ,
Ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
Πληγὴν τινέτω. Δράσαντι παθεῖν
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Ορ. Ὦ πάτερ, αἰνόπατερ, τί σοι — στροφή.
Φάμενος, ἢ τί ῥέξας
Τύχοιμ᾽ ἄν, ἕκαθεν οὐρίσας
Ἔνθα σ᾽ ἔχουσιν εὐναὶ,
Σκότῳ φάος ἰσόμοιρον;

312. πάτερ, αἰνόπατερ] μάτερ, αἰνόματερ Rob. 316. ἰσόμοιρον] ἰσοτίμοιρον Ald. Rob.

306. ἀντὶ μέν. *Justitia* nimirum *magna voce, debitum,* h. e. jus talionis, *exigens clamat: Maledicentiæ maledicentia, cædes cædi reponatur.*

ἐχθρᾶς γλώσσης. Hæc, ut arbitror, Clytæmnestram tangunt, quæ criminibus in maritum conjectis ejus cædem excusare cupiebat. Sic Agam. v. 1425. sqq. Iphigeniæ sacrificium et v. 1449. Cassandræ connubium mortuo Agamemnoni exprobrabat.

310. δράσαντι παθεῖν. Ipse alibi ap. Stob. Ecl. phys. 7.

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Idem dixit et in Agamemnone v. 1575.

Μίμνει γὰρ μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς
Παθεῖν τὸν ἔρξαντα.

316. σκότῳ φάος ἰσόμοιρον. Pauwius hanc sententiam ab antecedentibus sejungendam, ac de infortuniis Orestis et Electræ capiendam censuit. Sed ita prorsus rumpitur horum verborum cum iis, quæ Chorus reponit, vinculum. Nec felicius in hoc loco versatus est Heathius, qui verbis σκότῳ φάος ἰσόμοιρον ad priora ἢ τι ῥέξας retractis hunc sensum affingit: *O pater, verende pater, quando huc e longinquo secundo vento delatus accessi, ubi te tenent cubilia tua, quid tibi locutus aut quid faciens obtineam lucem tenebris præsentibus exæquatam,* i. e. fortunam non minus in posterum prosperam quam adversam hactenus fuerim expertus?—At enim longe concinnius est σκότῳ φάος ἰσόμοιρον sic interpretari, ut sit ἐπεξήγησις vocabuli εὐναί· *O pater, ó venerande pater* (aut potius, *ó infelix pater,* secundum Scholiasten, qui explicat δεινὰ παθών,) *quid tibi dicam, aut quid faciam peregre huc adveniens, ubi te sepulcrum tenet, lux tenebris æquiparanda,* h. e. in quo aut nulla tibi est vita, aut certe vita non vitalis, et morti æquiparanda. Quemadmodum Achilles apud Homerum, Odyss. xi. v. 474. Ulyssem alloquens dicit:

Πῶς ἔτλης Ἄϊδόσδε κατελθέμεν, ἔνθα τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι βροτῶν εἴδωλα καμόντων;

Χάριτες δ' ὁμοίως
Κέκληνται γόος εὐκλεὴς
Προσθοδόμοις Ἀτρείδαις.
Χο. Τέκνον φρόνημα τοῦ
Θανόντος οὐ δαμάζει
Πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος,
Φαίνει δ' ὕστερον ὀργάς.
Ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων,
Ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων.
Πατέρων τε καὶ τεκόντων
Γόος ἔνδικος ματεύει
Τὸ πᾶν, ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.
Ἠλ. Κλῦθί νυν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει ἀντις.
Πολυδάκρυτα πένθη.

318. κέκληνται] κέκληται Ald. 322. πυρὸς ἡ] Heathius em. πυρός γ' ἡ. 326. τεκόντων] Stanl. malebat τέκνων. 329. νυν] Vulgo νῦν. Illud metro et sententiæ aptius esse viderunt Stanl. et Pauw.

317. *χάριτες δ' ὁμοίως. Tamen*, quamquam inane videri potest hoc, quo fungimur lacrymarum et lugubrium querelarum munus, *tamen luctus ille in honorem Atridæ, pristini ædium domini, celebratus beneficium quasi erga mortuum, et gratum adversus eum pietatis documentum appellatur.* Προσθοδόμοι Ἀτρείδαι pluraliter pro singulari dictum.

320. sqq. Chorus Orestem monet, ne nullam prorsus vitam sepulti patris, nullam ei post mortem sensum superesse putet. *O fili, mentem defuncti non domat flamme*, quæ cadaver ejus in rogo absumit, *vorax mala; postea potius* anima hominis occisi *iras manifestat. Lugetur enim occisus, manifestatur qui eum læsit. Justus autem luctus patrum matrumque causa susceptus omnia investigat undique perturbatus.*

πατέρων τε καὶ τεκόντων. Nisi τεκόντων enallage generis pro μητέρων, s. τικουσῶν positum esse velis, licebit sic interpretari : *patrum* et omnino *parentum*, quod sensum eundum fere præbet, ac si *patrum et matrum* dixisset.

ματεύει τὸ πᾶν. Quid hoc est : *investigat omnia?* Scholiastes reddit : Ζητεῖ τὸ ἀντιτιμωρεῖσθαι. Ὅμως οὐκ ἠρεμεῖ ἡ ψυχὴ, ζητεῖ γὰρ παντελῶς ταρασσομένη τὴν ἐκδίκησιν. Quæ quidem explicatio facile prodit scholiasten in textu legisse vocabulum cum verbo ματεύει constructum, quod *pœnam* s. *ultionem* significaret. Absque dubio igitur legendum est :

Πατέρων τε καὶ τεκόντων
Γόος ἔνδικος ματεύει
Ποινὰν, ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.

Δίπαις τοι σ' ἐπιτυμβίδιος
Θρῆνος ἀναστενάζει.
Τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται
Φυγάδας θ' ὁμοίως.
Τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν;
Οὐκ ἀτρίακτος ἄτα;
Χο. Ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρῄζων
Θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους·
Ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων
Παίων μελάθροις ἐν βασιλείοις
Νεοκρᾶτα φίλον γε κομίζοι.
Ἠλ. Εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ

331. τοι σ' ἐπιτυμβίδιος] Sic rescripsi pro vulg. τοῖς ἐπιτυμβιδίοις, quod sensu carebat. In Turn. legitur τοὺς ἐπιτυμβιδίους θρήνους. Ibidem v. 331—334. Orestæ tribuuntur. 335. τί δ' ἄτερ κακῶν] τί δ' αὖτε κακῶς Turn. 336. οὐκ ἀτρίακτος ἄτα] Aut interrogative hoc capiendum, aut legendum est οὐ δ' ἀτρίακτος ἄτα—quod nobis quidem magis placet. Hunc versiculum Orestæ adsignat Rob. 341. γε abest Ald Rob. κομίζοι] Ald: corrupte νεοκάτα φίλον κομίζει.

ἀμφιλαφὴς ταραχθείς. "Minus commode vertit interpres *ab utraque parte conturbatus*, pro *valde* s. *totus perculsus*, παντελῶς ταρασσόμενος, ut vertit Schol." *Spanhem.* ad Callim. in Apoll. v. 42.

331. ἐπιτυμβίδιος θρῆνος. Hujus correctionis nostræ veritatem confirmat v. 339.

333. ἱκέτας et φυγάδας haud sic accipio, ut illud ad Electram, hoc ad Orestem pertineat. Uterque potius utroque et supplicis et exsulis nomine designatur.

336. οὐκ ἀτρίακτος ἄτα. Iterum collatis et perpensis tum antecedentibus hujus Antistrophes, tum sequentibus Chori versiculis acquiesco in hac sententia, ut interrogative hunc locum capiam, nihilque mutandum putem; *Quia horum bonum? Quid sine malis? Nonne hæc est invicta calamitas?* Jam Chorus Electram consolaturus respondet: *Imo vero deus meliora dabit.*

337. ἐκ τῶνδε. Scil. κακῶν, et πενθέων πολυδακρύτων.

χρῄζων. "Ex mente Schol. pro χρησμῳδῶν, pro quo usu, ne maneat dubius, vid. quoque Soph. Œd. Col. v. 1490. ibique Schol., Eurip. Helen. v. 523. ad eum Barnes. et Etymol. in v. χρῄζω et χρηστήρ." *Abresch.*

337. Perperam vertit Stanl.: *Verum adhuc ex hisce Deus, qui oracula dedit, faciat sonos jucundiores,* quasi votum optantis, non asseverantis vaticinium his verbis insit. Rectius: *At enim vates Apollo ex hisce querelis facile parare possit lætitiæ voces.* Comparandus hic est locus pulcherrimus v. 932. sqq. 939. sqq.

342. Iterum versio Stanleiana multis modis in his monostrophicis peccat. Verior interpretatio hæc est: *Si enim*

Πρός τινος Λυκίων, πάτερ,
Δορίτμητος κατηναρίσθης,
Λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοισι,
Τέκνων τε κελεύθοις
Ἐπίστρεπτον αἰῶνα κτίσσας
Πολύχωστον ἂν εἶχες
Τάφον διαποντίου γᾶς
Δώμασιν εὐφόρητον,
Φίλος φίλοισι τοῖς
Ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι
Κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων,
Σεμνότιμος ἀνάκτωρ,
Πρόπολός τε τῶν μεγίστων

347. ἐπίστρεπτον] ἐπὶ στρατὸν Ald.

ante Ilium ab aliquo Lyciorum, ó pater, hasta *percussus occubuisses,* virtutis tuæ *gloriam* hereditatis instar familiæ tuæ reliquisses, *liberorumque tuorum vitæ auream et invidendam fortunam parasses, habuissesque in terra transmarina,* in litore Troadis, *amplissimum sepulcrum, familiæ tuæ* flebile quidem, attamen ob honorem tibi tributum *tolerabile; amicus quippe inter amicos ibi decora morte defunctos etiam sub terra insignis, et venerandus rex, et summorum regum,* apud *inferos imperantium,* Plutonis et Proserpinæ, *sacerdos. (Eras enim, quoad vivebas, rex ex eorum numero, qui munus regium sibi fato creditum, tum virtute bellica, tum sapientia et eloquentia populum demulcente ornant.) Nec profecto, si ante Trojæ mœnia occubuisses, in turba militum gregariorum ibidem ad Scamandrum fluvium sepultus esses. Utinam igitur, priusquam sic sub interfectoris manu occubuisses, nos e longinquo potius mortem tuam renuntiatam audivissemus, hisque malis omnibus caruissemus.*

347. ἐπίστρεπτον. "Significatio hujus vocis a Stephano omissæ perspicue cernitur in Suppl. v. 1004.

"Ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς." *Stanl.*

349. διαπόντιος. "Idem quod ὑπερπόντιος Suppl. 43. In lexicis διαπόντιος redditur *maritimus* et πολέμους διαποντίους Thucyd. lib. i. c. 141. vertit *bella maritima;* debuisset ni fallor reddere *transmarina,* quæ mari trajecto geruntur." *Abresch.*

350. δώμασιν εὐφόρητον. E duabus rationibus, quas hic proponit Abreschius, altera minime amplectenda, qua χώμασιν εὐφόρητον, quod idem prope esset ac πολύχωστον, legi posse hariolatus est; altera autem unice vera—*amplum habuisses tumulum*—*id quod domi tuis tolerabile* fuisset. Sic οἶκοι pro *domesticis* infra v. 859. et δόμοι Agam. v. 596. Vix autem credibile est Heathio in mentem venire potuisse, δώμασιν εὐφόρητον reddere *ædificiis amplum.*

355. sq. πρόπολός τε τῶν μεγίστων χθονίων ἐκεῖ τυράννων male reddidit Stan-

Χθονίων ἐκεῖ τυράννων·
Βασιλεὺς γὰρ ἦς ὄφρ' ἔζης,
Μόριμον λάχος πιπλάντων
Χεροῖν πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ·
Μηδ' ὑπὸ Τροίας

357. ὄφρ'] ὄφρα Ald. etc. 358. πιπλάντων] πιμπλάντων Ald. etc. 359. πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ] Edd. omnes πεισίμβροτον τε βάκτρον. Verum dativum requirit sententia. Heathius tamen genitivum præfert. 360. ὑπὸ Τροίας] ὑπὸ Τρωΐας Ald. etc.

leius *summus maximorum terrestrium ibi regum*, quasi Agamemnon hic diceretur etiam apud inferos inter defunctos reges excellere. Sed πρόπολος est *minister*, *sacerdos*, et χθόνιοι τύραννοι sunt dii, penes quos summa inferorum potestas est, Pluto et Proserpina. Hesych. πρόπολοι, ὑπηρέται, δοῦλοι, νεωκόροι, προφῆται.

357. Mirum est, quantum hic a vero poëtæ consilio aberraverit Heathius. Primum enim verba βασιλεὺς γὰρ ἦς ὄφρ' ἔζης parenthesi includi vult, quod ineptam efficit sententiam et Æschylo prorsus indignam; deinde sequentia sic vertit: *fatalem sortem ad implentibus manibus sceptroque populum regente.* (Nempe legendum putat πεισιμβρότου τε βάκτρου.) Idque trahit ad potentiam atque auctoritatem, qua Agamemnon apud inferos pœnas vel præmia pro meritis unicuique decreturus sit. Electram enim fingere, patrem suum, si in prælio cecidisset, eundum magistratum ac dignitatem apud inferos fuisse adepturum, quibus jam potiti essent Minos, Rhadamanthus, Æacus. Quæ quidem somnia nec verborum constructio, nec sententiæ veritas admittit. Sed hoc maxime Heathio illusit, quod non vidit ellipticam esse formam, in Βασιλεὺς — πιπλάντων, pro βασιλεὺς τῶν βασιλέων πιπλάντων. Itaque in his verbis gravissima et splendidissima laus est Agamemnonis, quæ caussam simul affert, cur etiam apud inferos in summa auctoritate et gloria versetur. *Denn du warst, so lange du lebtest, einer der wenigen Könige, die das ihnen beschiedne Loos erfüllen.* Cuinam popularium meorum hic non succurrat egregium Ramleri nostri carmen, laudibus Friderici Magni Borussorum Regis dictum?

Friedrich, du dem ein Gott das für die Sterblichen
Zu gefährliche Loos eines Monarchen gab,
Und, o Wunder! der du glorreich dis Loos erfüllst!

359. χεροῖν πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ. Hic designatur rex belli pacisque artibus clarus:

ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Homer. Iliad. γ'. 179. Πεισίμβροτον βάκτρον præcipue ad eloquentiam forensem pertinet, quæ heroicis temporibus inter præcipua boni regis ornamenta numerabatur. Solebant nempe in concionibus verba ad populum facientes sceptrum s. baculum in manibus gerere. Cf. Homer. Iliad. v. 218. sqq.

360. sqq. μηδ' ὑπὸ Τροίας. "Recte Τροίας reponit Pauwius, et rescribendum etiam est τείχεσι, versus enim periodus est. Porro Pauwio assentior

Τείχεσι φθίμενος, πάτερ,
Μετ' ἄλλῳ δορικμῆτι λαῷ
Παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τέθαψαι.
Πάρος δ' ἦ κτανόντος

361. τείχεσι] τείχεσσι vulg. 362. μετ' ἄλλῳ] μετ' ἄλλων Edd. omnes. 363. τέθαψαι] ἐτάφθης em. Heath. 364. sq. πάρος—δαμῆναι] Ita emendandum censuimus, vulgata lectione πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι sensum commodum haud præbente. Stanleio placebat: πάρος δ' ἦ κτάνον σε νῦν, *utinam occisi essent potius quam ut te occiderent nunc.* Sed hæc sententia ab eo quod instituerat Chorus, recedit, nec satis convenit iis quæ sequuntur. Inter θανατηφόρον et αἶσαν particulam αἶθ' excidisse puto.

hæc cum præcedentibus πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον cohærere, non tamen, nisi prius emendata scriptura vulgata. Ista enim εἶχες ἂν τάφον μηδὲ τέθαψαι orationem efficiunt plane solœcam, temporum ratione prorsus confusa. Neque enim τέθαψαι reddi potest *sepultus fuisses,* sed necessario significat *sepultus es.* Legendum igitur est γ' ἐτάφθης, ut constructio sit, εἶχες ἂν τάφον πολύχωστον—μηδ' ἂν (hæc enim particula ἀπὸ κοινοῦ retrahenda est) γ' ἐτάφθης." *Heath.*

362. μετ' ἄλλῳ δορικμῆτι λαῷ. "Δορικμὴς vox est a lexicographis non observata, cujus significatio ex verbo ejusdem formæ σιδηροκμὴς petenda, quæ a Sophocle Ajac. v. 325. usurpata est;

ἐν μέσοις βοτοῖς
Σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ θανών·

quod recte Scholiastes τῷ σιδήρῳ φονευθεῖσιν reddit, δορικμὴς ergo *hasta cæsus,* ut σιδηροκμὴς *ferro cæsus.* Porro pro ἄλλων legendum ἄλλῳ. Locum data opera corrupit, qui μετὰ hac significatione genitivum casum requirere, non dativum, crediderat; perperam, cum frequens sit apud poëtas. Homer. Odyss. ι'. v. 224.

μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.

Suidas in Μετά; significat etiam Σύν· Σὺν δ' αὖ ἐγὼ μετὰ τοῖσι.— —" *Stanl.*

364. πάρος τοι κτανόντι νιν οὕτως δαμῆναι. Varie hunc locum, cujus in lectione vulgata πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι et constructio verborum et sensus laborat, tentarunt viri docti. Ac Stanleii quidem rationem, jam in notis ad Var. Lect. expositam, merito improbat Pauwius, ipse tamen nihil affert, quod meliori specie blandiatur. Nam vel vulgatam retineri et sic verti jubet: *utinam vero qui eum interfecerunt ita periissent antea,* qua in versione et particula *utinam,* quæ non est in textu græco, temere inculcata est, et οὕτως prorsus inepte positum apparet; quomodo enim optare poterat Electra, ut Clytæmnestra *sic* h. e. ante Trojæ mœnia in bello cecidisset, antequam Agamemnonem interficeret? vel sic rescribi posse putat:

Πάρος δ' εἰ κτανόντες
Νιν οὕτως δαμῆναι

hoc scilicet sensu: *Utinam Ægisthus et Clytæmnestra periissent, ut Agamemnon periit, et ille ad Trojam procul a domo aliquam cædis istius famam accepisset, omnium harum calamitatum expers.* Sed hæc quoque ab universo totius periodi v. 342—368. cursu ac tenore abhorrent. Propius ad veritatem accedit Gallus Choëphorarum interpres, qui Stanleii emendationem πάρος δ' ἦ κτάνον σε νῦν amplexus hoc modo explicat:

Νιν οὕτως δαμῆναι,
Θανατηφόρον αἶσαν
Πρόσσω τινὰ πυνθάνεσθαι
Τῶνδε πόνων ἄπειρον.
Χο. Ταῦτα μὲν, ὦ παῖ, κρείσσονα χρυσοῦ,
Μεγάλης δὲ τύχης καὶ ὑπερβορέου
Μείζονα φωνεῖς ὀδυνάσαι γάρ.
Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαραίνης

371. μείζονα—ὀδυνᾶσα] μείζονα φωνεῖ. ὀδυνᾶσαι γὰρ Ald. Rob. Nihili est quod Jacobus teste Stanleio invenerat: οὐ δύνασαι γάρ. 372. μαραίνης] μαράγμης Ald. μαράγνης Rob.

Utinam antequam te nunc occidissent sic (i. e. *ita ut modo dixi, sub mœnibus Trojæ*) *cecidisses, ego vero horum malorum expers aliquam letiferam sortem tecum e longinquo audiissem.* Quæ sane, ad sententiam quod attinet, probarem, nisi dura particulæ εἴθε *utinam*, quæ hic fingitur, ellipsis esset. Præterea τινα, quod absolute pro ἡμᾶς aut ἐμὲ positum est, cum θανατηφόρον αἶσαν constructum inepte abundat. Heathius textu vulgari servato, sic intelligit: *Utinam qui eum interfecerunt, prius ita* (id est, sub mœnibus Trojæ occisi et sepulcro vulgari conditi) *occubuissent, ut fatum, quod mortem iis intulit, e longinquo audiret aliquis harum calamitatum expers,* h. e. ut eorum mors e longinquo mihi (Electræ) fuisset nuntiata, tunc enim calamitatibus præsentibus non conflictarer. Verum hæc ratio eodem incommodo, quo Pauwiana priore loco exposita, premitur; fuisset enim ineptum optare: *utinam Clytæmnestra in prælio ante Trojam occubuisset.* Itaque recte hactenus textum constituisse nobis videmur:

Πάρος τοι κτανόντι
Νιν οὕτως δαμῆναι

antequam igitur ejus qui occidit manu sic succumberet, nisi quod incerti sumus, an non Æschylus potius scripserit

Πάρος τοι κτανοῦσι

ut supra τοῖς κτανοῦσι δ' ἐγκοτεῖν. v. 39. Particulam αἴθε inter θανατηφόρον et αἶσαν excidisse credibile est.

367. τινὰ pertinet ad Electram et Orestem. Germ. *Ach dass, ehe er seinen Mördern so schändlich unterlag, unser einer aus der Ferne seinen Tod erfahren hätte, und frey von diesen Drangsalen, die uns itzt drücken, geblieben wäre!*

370. ὑπερβορέου. De felicitate Hyperboreorum res nota. Pomponius Mela iii. 5. *diutius quam ulli mortalium et beatius vivunt.* Cf. *Gesneri de navigationibus extra columnas Herculis* præl. ii. (in ejusd. Orphicis p. 467.) Hæc igitur Chorus significat: Quamquam per se triste est liberis patrem decedere, tamen, quod optasti, ut pater tuus potius ante Trojam occidisset, pro doloris magnitudine, quo nunc opprimeris, nimis magnæ felicitatis esset.

372. ἀλλὰ sequente γὰρ h. l. sic explendum: *At irrita sunt hæc vota, nam potius duplicis flagelli sonus accidit.*

διπλῆς γὰρ τῆσδε μαραίνης. Sublimis est admodum figura dictionis, qua duæ cogitationes gravi dolore animum affligentes duplicis flagelli, cujus crepitu jam aures teruntur, imagine adumbrantur.

Δοῦπος ἱκνεῖται· τῶν μὲν ἀρωγοὶ
Κατὰ γῆς ἤδη, τῶν δὲ κρατούντων
Χέρες οὐχ᾽ ὅσιαι στυγερῶν τούτων·
Παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.
Ἠλ. Τοῦτο διαμπερὲς ὡς ἵκετο ἅτε περ βέλος.
Χο. Ζεῦ, Ζεῦ κάτωθεν ἀμπέμπων
Ὑστερόποινον ἄταν
Βροτῶν τλήμονι καὶ πανούργῳ

377. διαμπερὲς] διαμπρεπὴς Rob. ἅτε περ] ἅπερ τι Rob. 378—381. Stanleius Electræ, v. 382. sqq. Choro, v. 393. sqq. Electræ, v. 402—406. Choro tribuendos esse arbitratur.

μαραίνης. Hesych. Μάραινα, μάστιξ, ῥάβδος, ταυρεία.

δοῦπος ἱκνεῖται. Eadem fere sententia aliter expressa. Pers. 604.

Βοᾷ δ᾽ ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος.

373. τῶν μὲν—τῶν δέ. Alterum flagellum est cogitatio, eum qui propulsare hæc mala posset, (Agamemnonem) jam terra conditum esse; alterum vero hæc, eorum qui nunc imperant, Clytæmnestræ et Ægisthi, manus haud puras esse ab abominandis hisce facinoribus, e quibus ortæ sint hæ calamitates.

376. μᾶλλον minus recte accepit Scholiastes. Non enim hoc significat Chorus, duplex illud flagellum magis liberos quam Agamemnonem affligere, quod ineptum esset, sed suum sensum cum liberorum sensu comparat, ad quos multo major pars hujus doloris pertinebat, γεγένηται referendum ad δοῦπος ἱκνεῖται, nec vertendum est cum Stanleio: *liberis hoc maxime constat;* sed: multo autem vehementius duplex hoc flagellum liberos vexat quam nos. Prorsus alienum est, quod Abreschius proponit, γεγένηνται scil. χέρες οὐχ ὅσιαι. Si quid mutandum esset, facilior esset lectio

παισὶ δὲ μᾶλλόν γ᾽ ἐπίκειται.

Sed emendatione nihil opus.

377. Metrum quidem recte constituit Heathius:

Τοῦτο διαμπερὲς ὡς (penthemim. dactyl.)
Ἵκετ᾽ ἅτε περ βέλος (iamb. dim. brachycatal.

sed quid particula ὡς hic valeat, nemo interpretum explicavit. Est enim prorsus supervacua, cum statim sequatur ἅτε περ. Emendandum igitur censeo

Τοῦτο διαμπερὲς οὖς
Ἵκετ᾽ ἅτε περ βέλος.

Hoc, quod dixisti, *aurem meam penitus penetravit tanquam sagitta.*

378. Ζεῦ, Ζεῦ. Totam hanc carminis partem usque ad v. 393. Electræ tribuendam censet Heathius, ita ut Chorus demum versu 394. Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ intercinat. Id vel hoc uno constare putat, quod dicitur v. 381. τοκεῦσι, in quo nihil aliud supplendum esse, quam ἐμοῖς. Quasi non æque bene suppleri possit ὑμῶν, si Chorus ista dicat. Si quid in personis mutandum sit, quod tamen necessarium nobis non videtur, Electræ tantum cum Stanleio versiculos 378—381. tribuerim, ut Chorus hisce verbis ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι occinere incipiat.

Χειρὶ, (τοκεῦσι δ' ὅμως στελεῖται)
Ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι
Πευκήεντ' ὀλολυγμὸν
Ἀνδρὸς θεινομένου,
Γυναικός τ' ὀλλυμένας.
Τί γὰρ κεύθω φρενός;
Θεῖον ἔμπας ποτᾶται·
Πάροιθεν δὲ πρώρας
Δριμείας τε καρδίας
Θυμὸς, ἔγκοτον στύγος.
Καί ποτ' ἂν ἀμφιθαλὴς

381. δ' ὅμως στελεῖται] δόμῳ στελεῖται Rob. γ' ὅμως τελείτω conj. Heath.
389. δριμείας τε καρδίας] δριμὺς ἀκταὶ καρδίας Ald. Rob.

381. στελεῖται. Hanc lectionem e Robortelliana revocatam, alteri τελεῖται præferendam esse, e relatione inter ἀμπέμπων et στελεῖται facile perspicitur. *O Jupiter qui ab inferis sursum immittere soles tarde punientem vindictam audaci et facinoroso mortalium generi, certe similiter matri delegabitur.* Τοκεῦσι pluraliter singularis loco dictum, de sola Clytæmnestra; quemadmodum v. 417. πρὸς τῶν τεκομένων.

386—390. τί γὰρ κεύθω φρενὸς—ἔγκοτον στύγος. His ex versiculis nemo adhuc probabilem sensum elicuit. In versione Stanleiana: *Quid enim animi sensa occulto? Fatum tamen circumvolitat; verum ante faciem acerbumque cor, infensum odium*—jure quæritur, quid h. l. *fati* mentio sibi velit, aut quonam usu loquendi θεῖον, absque articulo positum, fatum denotare possit. Librariorum culpa veritatem lectionis et sententiæ concinnitatem corrupit. Hoc igitur modo, ut opinor, utrumque Æschylo restituendum:

Τί γὰρ κεύθω φρενὸς θυμόν;
Ἔμπας ποτᾶται,
Πάροιθεν δὲ πρώρας
Δριμείας τε καρδίας
Θύει μ' ἔγκοτον στύγος.

Cur enim diutius iram intra præcordia cohibeo? Tamen effunditur, et in ore pariter ac exacerbato corde furit mihi infensum odium. φρενὸς θυμὸν κεύθειν, i. q. supra πικρὸν φρενῶν στύγος κρατεῖν.—Porro ἔμπας h. l. non significat *omnino, prorsus*, nec, ut Heathius volebat, *manifeste, clare, certe;* sed notat, *tamen, nihilominus*, ut sæpe. Ridiculum est, ac tantum non incredibile, Stanleium in ἔμπας vel ἔμπα nomen substantivum quæsivisse, quoniam scilicet est apud Hesychium Ἔμπα πόληος, στήριγμα τῆς πόλεως.—Θύει μ' ἔγκοτον στύγος pro θύει μοι ἔγκοτον στύγος, eadem elisione, quam supra notavimus.

391. καί ποτ' ἄν. Heathius ita vertit: *atque aliquando tandem Jupiter utrimque vigens manum eis intentet, capitibus eorum diffissis.* Idcirco scil. Jovem ἀμφιθαλῆ dici existimat, quia in utrosque, Ægisthum et Clytæmnestram vindex et ultor speraretur; κάρανα δαΐξας autem addi, quia Agamemnon capite securi diffisso trucidatus fuerit; similem igitur pœnam interfe-

Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι,
Φεῦ, φεῦ κάρανα δαΐξας.
Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ.
Δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ.
Κλῦτε δὲ τὰ χθονίων τετιμέναι.
'Αλλὰ νόμος μὲν φονίας σταγόνας
Χυμένας ἐς πέδον, ἄλλο προσαιτεῖν
Αἷμα. Βοᾷ γὰρ λοιγὸν 'Ερινὺς
Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄτην
Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ.
Ποῖ ποῖ δὴ νερτέρων τυραννίδες;
Ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων,

397. ἀλλὰ νόμος] ἀλλ' ἄνομος Rob. ἐπαγοῦσ' ἐπ' Turn. ἐπάγουσά γ' ἐπ' Pauw. 399. emendandum λοιγὸς 'Ερινὺν—. Legendum sine dubio δ' ἐνερτέρων τυραννίδες.

401. ἐπάγουσαν ἐπ'] ἀπάγουσαν ἀπ' Rob. Forte tamen ἐπάγουσαν verum est, et v. 402. Hic versus prorsus ἄμετρος est. Sic erit iamb. trim. brachyc. *Heath.*

ctoribus augurari Electram. Multo autem facilius decurrit sententia sic expressa: *Et sane aliquando prœpotens Jupiter manum injiciet, heu heu, capita* h. e. dominos, qui nunc sunt, κάρανα interpretatus est τὰ τοῦ οἴκου ἄκρα s. τοὺς περὶ Αἴγισθον.

394. πιστὰ γένοιτο χώρᾳ. Scholiastes hæc ita intellexit, *et credibile fiat terræ nostræ*, te esse hujus ultionis auctorem. Sed hoc esset abuti ellipseos figura. Pauwius interpretatur: *Fida sint regioni, bona fides imperet regioni sibique fidi sint cives.* At enim hoc nimis ab eo, de quo agebatur, recedit. Heathius hic Chorum interloqui putabat, nimirum quia antecedentia ab Electra pronuntiata esse finxerat. cf. v. 378. Sed orationis perpetuitas vetat, quo minus hic interrumpi Chorum statuamus. Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ ad restituendum Oresti justum imperium refero; ut scilicet in πιστὰ repetatur κάρανα.

396. κλῦτε δὲ τὰ χθονίων τετιμέναι. Recte Heathius post Stanleium et Pauwium Furias hic describi intellexit. *Audite vero, vos, quæ jure mortuorum persequimini, injuriasque his illatas vindicatis.* Eodem modo dicuntur v. 403. πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων.

399. sqq. Si 'Ερινὺς teneamus, vel ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ in ἐπάγουσά γ' ἐπ' ἄτῃ, ut Pauwius voluit, mutemus, vel cum Turnebiana ἐπαγοῦσ' ἐπ' ἄτῃ legamus, necesse est. Sed multo gravior sententia, et concinnior verborum structura exit, si textum ita constituamus:

Βοᾷ γὰρ λοιγὸς 'Ερινὺν
Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄτην
Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ.

Vocat enim cædes perpetrata *Furiam, quæ cladi ex iis, qui prius interfecti sunt, novam cladem superinducit.*

402. νερτέρων τυραννίδες. Et hæc allocutio ad Furias dirigitur.

Ἴδετ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοιπ' ἀμηχάνως
Ἔχοντα καὶ δωμάτων
Ἄτιμα. Πᾶ τίς τράποιτ' ἂν, ὦ Ζεῦ;
Ἠλ. Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ
Τόνδε κλύουσαν οἶκτον.
Καὶ τότε μὲν δύσελπις,
Σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται
Πρὸς ἔπος κλυούσῃ.
Ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκὲς
Θρασέ' ἀπέστασεν ἄχος,

404. ἴδετ'] Sic recte Turn. pro vulg. ἴδεσθ'. Versus enim est antispastic. trim. brachycatal. ex epitrito primo pentasyll. et tribus iambis. *Heath.* 406. ὦ Ζεῦ abest Rob. 407. πέπαλται] πεπάλαται Ald. 408. κλύουσαν] Heathius emendandum censet κλυούσα γ'. Sed nihil opus. 410. μοι] Vulg. μου. 412. ἐπαλκὲς] Pauw. conj. ἔπαλες. Heathius ἐπαρκεῖς.

407. πέπαλται δ' αὖτέ μοι. Hoc αὖτε respicit v. 377. ubi jam primum animi perturbationem e Chori sermone ortam declaraverat Electra.

408. τόνδε κλύουσαν. Σολοικοφανὴς quidem est constructio, at frequentata tamen Tragicis, partimque ex ratione Græcorum non genitivis solum, sed etiam nominativis, dativis, accusativis consequentiæ utentium explicanda, partim ex more poëtarum in mutanda verborum constructione sæpe *rem* potius quam *verba* spectantium. Simillima est verborum junctura apud Sophocl. Electræ v. 479.

ὕπεστί μοι θράσος
ἁδυπνόων κλύουσαν
ἀρτίως ὀνειράτων,

ubi vide quæ Brunckius fusius de hac re disputavit.

409. sqq. καὶ τότε μὲν—. In hisce exponendis valde laborant interpretes, nec vulgatæ lectioni versiculorum 412, 413. ullus, qui placeat, sensus affingi potest. Levi autem correctione tricas, hic sane molestas, expediemus:

Καὶ τότε μὲν δύσελπις,
Σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται
Πρὸς ἔπος κλυούσῃ.
Τότε δ' αὖτ' ἐπαλκὴς, (iamb. monom. hyperacatal.)
Θρασεῖ δ' ἀπέστασεν ἄχος (iamb. dim. catal.)
Πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.

Et modo quidem pusillanima sum, et viscera perturbantur, cum te dicentem audio; modo autem rursus fortior sum, et fiducia sumta recedit anxietas, ut bonum rerum eventum sperem. Sic τότε μὲν— τότε δὲ commodius antitheta vinciunt; ἐπαλκὴς opponitur τῷ δύσελπις, et versiculo σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται, concinnius, quam in vulgata, respondet versus θρασεῖ δ' ἀπέστασεν ἄχος. σπλάγχνα κελαινοῦται de repenti aut violenta sanguinis congestione. cf. quæ diximus ad Agam. v. 187. Huic dicendi figuræ non male responderet, si v. 413. legeretur

θρασεῖ δ' ἀπέσταξεν ἄχος

quemadmodum l. l. dicitur μνησιπήμων πόνος πρὸ καρδίας στάζειν.

Πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.
Τί δ' ἂν εἰπόντες τύχοιμεν ἄν;
Ἢ τάπερ πάθομεν ἄχθεα
Πρός γε τῶν τεκομένων
Πάρεστι σαίνειν; τὰ δ' οὔτι θέλγεται.
Λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων
Ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός.
Ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον, εἴτε Κισσίας
Νόμοισι πολεμιστρίας,

416. ἢ τάπερ] ὦ πάτερ Turn. 421. ἔκοψε] ἔκοψαν Rob.

415. τί δ' ἂν εἰπόντες— Heathius ita vertit: *Quid vero loquentes perficiemus? Num injurias, quas nos quidem a genitrice perpessæ sumus, blandimentorum ope in posterum effugere datur? At illas ullo delinimento mitigatas fore, minime est sperandum. Nam matris ira, tanquam lupus crudelis, adhuc* (legit enim ἔτι ματρὸς pro ἐκ ματρός.) *haudquaquam demulcenda perseverat.* At h. l. duo Heathium fefellerunt. Primum, quod σαίνειν et θέλγεται ad futurum tempus traxit, deinde quod hic de matris ira erga Electram agi putavit, ubi potius de liberorum erga matrem implacabili odio sermo erat. Itaque unice verum est sic interpretari. *Quid igitur dicemus? An licet illas* calamitatum *molestias, quibus nos mater oneravit, blandis verbis extenuare et mollire? Minime; sunt enim ejusmodi, ut nulla possint oratione leniri. Implacabilis* potius, *lupi voracis instar, est ira nostra ex matris injuria et crimine concepta.* Sic omnia plana; hisce enim dictis bene præparantur sequentia, quibus cædis Agamemnoniæ indignitas et atrocitas mirum in modum exaugetur.

421. ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον—ὀρέγματα. Hisce verbis, admodum quidem difficilibus, nec sine meliorum codicum præsidio satis tuto, ut opinor, expediendis, describitur cædes Agamemnonis a Clytæmnestra perpetrata. Pro εἴτε legendum εἶτα. ἄπριγκτοι sine dubio corruptum, et vel ἀπρίξ τι πληκτὰ, vel ἄπριγδα πληκτὰ legendum. Itaque versiculis ita constitutis:

Ἔκοψε κομμὸν Ἄρειον, εἶτα Κισσίας
Νόμοισι πολεμιστρίας,
Ἀπρίξ τι πληκτὰ πουλύπλαγκτά τ' ἦν ἰδεῖν
Ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα

hæc interpretatio consequetur: *Icit ictum Martium* (h. e. bellicosius quam feminam decebat gladio cœpit adoriri maritum), *deinde Cissiæ more bellatricis, multas identidem plagas cernere licebat, indesinenter inflictas, cæco sæpe impetu huc illuc aberrantes, et quasi catervatim perstrepentes.* Πολύπλαγκτα referendum ad ictus temere et incassum inflictos. Agamemnonem enim indusio irretitum non quovis ictu sic petere poterat Clytæmnestra, ut eum certo feriret. In ἐπασσυτεροτριβῆ inest notio *crepitus* plagarum, quod confirmat interpretatio Scholiastæ; ἀλληλοπάλληλον κτύπον ποιοῦντα. Huic igitur significationi deinde respondet κτύπῳ, quod v. 425. sequitur.

Ἄπριγκτοι πληκτὰ πολύπλαγκτα δ' ἦν ἰδεῖν,
Ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα·
Ἄνωθεν ἀνέκαθεν κτύπῳ δ' ἐπιῤῥοθεῖ

423. ἄπριγκτοι πληκτὰ] Locus misere corruptus, nec satis tuto absque meliorum codicum præsidio sanandus. Stanleius conj. ἀπρίξ τοι πληκτὰ, vel ἀπρίξ γέ τοι πληκτά. Pauwii commenta huc transscribere piget. Heathius conj. ἀπρικτόπληκτα πουλύπληκτά τ' ἦν ἰδεῖν. 425. ἐπιῤῥοθεῖ] Rescribendum ἐπιῤῥόθει. *Heath.*

424. ἐπασσυτεροτριβῆ. "Pluribus se Agamemnonem confecisse plagis, gloriatur in Tragœdia præcedente Clytæmnestra v. 1395.

Παίω δέ νιν δίς· κᾀν δυοῖν οἰμώγμασιν
Μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
Τρίτην ἐπενδίδωμι.—" *Stanl.*

425. sq. ἄνωθεν—κάρα. *Ac de loco superiore*, (de conclavi in superiori ædium contignatione) *e longinquo* (unde adeo ne succurrere quidem patri licebat) *respondebat huic plagarum crepitui caput meum miserum præ dolore ac terrore manibus meis crebro percussum.* Heathius hoc loco v. 421—426. de colaphis agi putabat Electræ ab impia matre inflictis; sed hujus generis κρότοι hic valde ἄκροτοι sunt. Cur autem Clytæmnestra Κισσίας νόμοισι πολεμιστρίας in cædendo viro egisse dicatur, nemo interpretum explicavit. Arbitror autem hic respici astutum Clytæmnestræ consilium, quo viro nudo et inermi indusium superinjiciebat, in quo nec manus, nec caput exitum invenirent, (ἄπειρον ἀμφίβληστρον dicebatur Agam. 1393.) idque cum aliquo Cissiorum, Persicæ gentis strategemate bellico, illo tempore Græcis noto, comparari. Certe simile quid Herodotus de *Sagartiis* lib. vii. c. 85. narrat. Χρεώνται δὲ σειρῇσι πεπλεγμένῃσι ἐξ ἱμάντων, ταύτῃσι πίσυνοι ἔρχονται ἐς πόλεμον· ἡ δὲ μάχη τουτέων τῶν ἀνδρῶν ἥδε· ἐπεὰν συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σειρὰς, ἐπ' ἄκρῳ βρόχους ἐχούσας· ὅτευ δ' ἂν τύχῃ, ἤν τε ἵππου, ἤν τε ἀνθρώπου, ἐπ' ἑωϋτὸν ἕλκει· οἱ δὲ ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι διαφθείρονται. Ut igitur nunc se textus habet, acquiesco sane in interpretatione supra exposita, cui præterea favere videtur Agam. v. 1118. sq. Subinde tamen animum subiit cogitatio, post versiculum

Νόμοισι πολεμιστρίας

fortasse aliquot versus librariorum culpa intercidisse, quibus Clytæmnestræ dolosus impetus in Agamemnonem describeretur, sequentes autem versus ita constitutos:

Ἄπρηκτ' ἄπληκτα, πολύπλαγκτα δ' ἦν ἰδεῖν
Ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα,

hos igitur ad Agamemnonem pertinere, qui frustra manus protendere, (ἄπρηκτα χερὸς ὀρέγματα) frustra Clytæmnestram ictibus petere, (ἄπληκτα χ. ὀρ. et indusio illo tanquam reti captus, et oculorum ministerio privatus, sæpe ac multum a Clytæmnestra, quam arripere tentabat, aberrare debebat; (πολύπλαγκτα χερὸς ὀρέγματα). Certe huic conjecturæ nostræ valde blanditur locus illustris ap. Sen. Agamemn. Act. V. v. 887. sqq. ubi Cassandra sic vaticinatur:

Mortifera vinctum perfidæ tradet neci
Induta vestis. Exitum manibus negat.
Caputque laxi et invii cludunt sinus.
Haurit trementi semivir dextra latus,
Nec penitus adigit, vulnere in medio stupet.
At ille, ut altis hispibus silvis aper,
Cum casse cinctus tentat egressus tamen,

Κροτητὸν ἀμὸν καὶ πανάθλιον κάρα.
Ἰὼ, ἰὼ, δαΐα
Πάντολμε μῆτερ, δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς
Ἄνευ πολιτᾶν ἄνα-
κτ', ἄνευ δὲ πενθημάτων,
Ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.
Ὀρ. Τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι.
Πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἄρα τίσει
Ἕκατι μὲν δαιμόνων,
Ἕκατι δ' ἀμᾶν χερῶν.
Ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν.
Ἠλ. Ἐμασχαλίσθη δ' ἔθ' ὡς τόδ' εἰδῇς,

433. ἄρα] ἀρὰ edd. ἄρα verum esse vidit Heathius. 437. ὡς τόδ' εἰδῇς] Ita Canterus emendandum censuit, nixus antiquæ scripturæ vestigiis, quæ etiam in Rob. occurrunt. Vulgo enim ἐμασχαλίσθης δέ θ' ὡς τότ' ἴδυ.

Arctatque motu vincla, et incassum furit,
Cupit fluentes undique et cæcos sinus
Dissicere, et hostem quærit implicitus suum.
Armat bipenni Tyndaris dextram furens.
Qualisque ad aras colla taurorum prius
Designat oculis, antequam ferro petat,
Sic huc et illuc impiam librat manum.

425. κτύπῳ. Sic Eurip. Androm. v. 1210.

οὐ σπαράξομαι κόμαν,
οὐκ ἐπιθήσομαι
ἐμῷ κάρᾳ κτύπημα χερὸς ὀλόον.

unde colligas h. l. κτύπῳ de strepitu plagarum dici, quas præ dolore capiti infligebat Electra; ambigi enim potest, utrum κτύπῳ h. l. dativi, an ablativi Latinorum vices expleat. Illud si teneas, vertendum est *strepitui cæ patris cæde orto respondebat caput meum plagis ictum*; sin hoc, sensus est: *strepitu plagarum respondebat caput meum.*

427. δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς. *Quasi hostem eum extulisti, nemine civium funus comitante.*

433. ἄρα τίσει. Vulg. ἀρὰ *imprecatio, diræ*; et vertunt Stanl. *Patris vero ignominiam Vindicta puniet.* Sed bene monuit Heathius, τίειν esse *pœnam luere*, non *punire*, quod est τίεσθαι. Præterea id quod Ἀρὰ h. l. notaret, jam significatur sequenti versiculo ἕκατι μὲν δαιμόνων. Itaque verum est ἄρα. *Jam vero*, inquit Orestes, mater mea *ignominiam hanc patri illatam graviter luet, deorum quidem nutu, manuum vero mearum ministerio.*

436. ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν. Sententia gravissimi sensus et affectus plena. Vel mortem non detrectat, modo patrem ultus fuerit; imo cæde matris perpetrata mortem sibi optabilem pronuntiat.

437. ἐμασχαλίσθη. "Amputare so-

Ἔπρασσε δ' ἅπερ νιν, ὧδε θάπτει,
Μόρον καθεῖναι μωμένα
Ἄφερτον αἰῶνι σῷ.
[Κλύεις πατρῴους δυσατίμους.]
Ὀρ. Λέγεις πατρῷον μόρον.

439. καθεῖναι] Sic edidimus postulante sententia. Vulgo κτεῖναι inepte. Ejus loco jam Canterus θεῖναι suaserat. Sed aptius καθεῖναι, et scripturæ pristinæ reliquiis aptius. 441. κλύεις] κλύει Rob. Hunc versiculum, quia spurius nobis videtur, uncinis inclusimus. Stanleius emendatione succurrendum putabat: κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.

lebant veteres iis quos e medio sustulissent, extremitates corporis, puta manus, pedes, aures, nasum etc. et collo appendere, quod μασχαλίζειν dixere. Hesychius: Φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινὰς ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν ἐκκλίναι, ἀκρωτηριάσαντες τὰ μόρια τούτων υἷον ὤτων, ῥινῶν, καὶ ἐρείσαντες ἐκρέμων ἐκ τοῦ τραχήλου διὰ τῶν μασχάλων. Hoc enim pacto manes cæsorum impediri censebant, quo minus ipsos persequi atque infestare possent. Demetrius Triclinius: ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἡνίκα τινὰ διεχρήσαντο, ἀκρωτηριάζειν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τῆς μασχάλης ταῦτα τιθέναι. Τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα ἀνίσχυρον αὐτὸν ἐργάζωνται διὰ τῆς τῶν ἀκρωτηρίων τομῆς πρὸς τὴν αὐτῶν ἄμυναν, ἣν οἱ νεκροὶ τοὺς ζῶντας ἀμύνονται ἐριννῦς αὐτοῖς ἐπιπέμποντες. Tum vero potissimum hoc fecere, si consanguineum aut affinem occidissent. Scholiastes Sophoclis ad Electr. v. 447. Εἰώθεσαν οἱ δράσαντες ἐμφύλιον φόνον ἀκρωτηριάζειν τοὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρους τοῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιάπτειν αὐτοῖς τὰ ἄκρα συνείροντες, διὰ τούτων ὥσπερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρούμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν εἰς ὕστερον τὶ δεινὸν παρ' ἐκείνων. Ἐφόρουν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα, ὃ καὶ μασχαλισθῆναι ἔλεγον. Agamemnonem hoc modo tractatum, præter Æschylum nostrum testatur Sophocles in Electra l. l.

Σκέψαι γὰρ εἴ σοι προσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ
Γέρα τάδ' οὖν τάφοισι δέξασθαι νέκυς
Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος ὥστε δυσμενὴς
Ἐμασχαλίσθη—.

Et Seneca Agam. v. 950.

Ille jam exanimem petit
Laceratque corpus; illa fodientem adjuvat.

Recte *lacerat*, μασχαλίζει. (ita enim interpretandus iste locus.) Asconius Verrina ii. *Lacer dicitur amputatis a corpore sensuum membris, hoc est, auribus oculisve.* Virgil. Æneid. vi. v. 494.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, et truncas inhonesto vulnere nares." *Stanl.*

438. ἅπερ νιν. Sic rescripsi pro vulg. ἅπερ; *quo autem modo*, indigno scilicet, eum *interfecerat, eodem modo etiam sepelivit.*

441. κλύεις πατρῴους δυσατίμους. Misere friget hic versiculus, præsertim cum statim sequatur λέγεις πατρῷον μόρον. A sciolo quodam confectum arbitror. Multo autem aptius cohærent v. 440. et 442. hoc additamento ejecto. Nempe cum Electra dixisset

'Ηλ. Ἐγὼ δ' ἀπεστάτουν
Ἄτιμος, οὐδὲν ἀξία.
Μυχοῦ δ' ἄφερκτος πολυσίνου κυνὸς δίκαν
Ἑτοιμότερα γέλωτος ἀνέφερον λίβη,
Χαίρουσα πολύδακρυν γόον κεκρυμμένα.
Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶ

443. ἀπεστάτουν] ἐπεστάτουν Rob. 444. ἄφερκτος] ἄφερτος Rob. μυχῷ δ' ἔφερκτος conj. Stanl.

Μόρον καθεῖναι μωμένα
Ἄφερτον αἰῶνι σῷ.

cupiens intolerabile fatum vitæ tuæ imponere; respondet Orestes:

Λέγεις πατρῷον μόρον.

intelligo quid dicas; nempe patris fatum mihi narras. Orestes scilicet sororis verba sic accipit, quasi non solum de vitæ ærumnis, exsilio, paupertate, verum etiam de cæde sibi parata loquatur.

443. οὐδὲν ἀξία. Similiter queritur Electra apud Sophocl. El. v. 190.

Ἀλλ' ἁπερεί τις ἔποικος, ἀναξία
Οἰκονομῶ θαλάμοις πατρὸς, ὧδε μὲν
Ἀεικεῖ σὺν στολᾷ
Κεναῖς δ' ἐφίσταμαι τραπέζαις.

444. μυχοῦ δ' ἄφερκτος. "Vel conqueritur se conclavi exclusam fuisse cum interficeretur Agamemnon, quo minus facinus impediret; vel potius legerim μυχῷ δ' ἔφερκτος, post mortem ejus intra conclave conclusam, ne aliquid excogitaret ad ulciscendam patris necem. Seneca Agam. v. 993.

Arripite, famuli, monstrum, et avectam procul
Ultra Mycenas ultimo in regni angulo
Vincite septam nocte tenebrosi specus,
Ut inquietam virginem carcer domet.

Verba sunt Clytæmnestræ de Electra. Porro hujusmodi canis, quem vinctum ad ædes habebant, Artemidoro δέσμιος dicitur. Senecæ *catenarius.*" Hactenus Stanleius, qui tamen nihil attulit, quod ad rem faceret. Nempe Æschylus et Sophocles Electram fingunt a matre quidem negligenter et maligne tractatam, non autem, ut Euripides, domo prorsus ejectam, neque in vincula conjectam. Chrysothemis tantum apud Sophocl. El. v. 381. sqq. Electræ minatur, si pergat libere vociferari, forte ut in carcerem conjiciatur, ubi ne solis quidem lucem visura sit. μύχου δ' ἄφερκτος itaque sic interpretor: Queritur Electra se ab interioribus ædium conclavibus e. c. cella penuaria, arceri atque excludi, noxiæ canis instar. πολυσίνου κυνὸς per se quidem canis rabiem vel mordacitatem designare posset; h. l. tamen aptius est, *furacitatem* canis intelligere, quæ causa est, cur sæpe culinis aut cellis penuariis hoc genus animalium ejiciatur.

447. τοιαῦτ' ἀκούων— ἡσύχῳ φρενῶν βάσει. Stanleius intp. *hæc audiens animo insculpe, per aures vero trajice sermonem hunc in sedatam animi basin.* Eodem fere modo Heathius. Sed hac ratione inanis oritur tautologia. Nec injuria dubitari potest, an Æschylus vocabulum βάσις sensu mathematico posuerit; quod alibi, apud eum, ut et apud Pindarum, Euripidem, semper *gressum* significat. Propius igitur ad mentem Tragici accessisse videtur Pauwius sic explicando: *Hæc audiens animo*

Γράφου, δι' ὤτων δὲ συν-
τέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει.
Τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει,
Τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν.
Πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει καθήκειν.
'Ορ. Σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοισι.
'Ηλ. 'Εγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα,
Στάσις δὲ πάγκοινος ὧδ' ἐπιῤῥοθεῖ,
Ἄκουσον ἐς φάος μολὼν,
Ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.
Ἄρης Ἄρει ξύμβαλλε, Δίκα Δίκᾳ.

449. *συντέτραινε*] *συμμέτραινε* Rob. *φρενῶν*] *φρονῶν* Rob. 451. *ὄργα*] *ὀργᾷ* edd. Imperativo hoc locum deberi recte intellexit Pauw. 452. *ἀκάμπτῳ μένει*] *ἀκαμπτόμενον* vitiose Ald. 458. *ξύμβαλλε*] Vulg. *ξυμβάλλει*.

infige; sermonem vero per aures acceptum sedato animi gressu perfora ac pertunde, i. e. *sedato animo considera.* Unum tamen est, quod in hac explicatione desidero. Non enim perspicitur, quo metaphoræ genere hic usus sit poëta in *συντέτραινε μῦθον*. Arbitror autem similitudinem a cælatura ductam esse; ita ut *συντετραίνειν* sit i. q. *cælo elaborare, φρενῶν βάσις* autem comparetur cum illa pedum calcatura, qua cælator rotam operi suo inservientem torquet. Hæc pedum calcatura, quia mollis et æquabilis est, dicitur *ἥσυχος*; adeoque latinis verbis totum locum sic expresserim: *Hæc igitur, quæ tibi narravi, animo tuo inscribe; deinde fac ut quieta mentis agitatione*, tanquam artifex pedibus calcans rotam torquendo, *altiorem cælaturam ducas;* h. e. plura quam equidem tibi dixi, investiges. Nostro idiomate sic fere reddi possit allegoria: *Zeichne dir nun meine Rede in dein Gedächtniss, und dann bemühe dich beym ruhigen Tritt deiner Vernunft diese Zeichnung mittelst des Grabstichels der Ueberlegung weiter auszutiefen.*

450, 451. *τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει*, respicit ea quæ ab Electra narrata erant, et quæ Orestem memoriæ suæ inscribere jusserat; *τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν, reliqua vero ut ipse intelligas enitere;* hæc referuntur ad illa *δι' ὤτων —βάσει*, nostramque horum verborum interpretationem multum confirmant.

452. *πρέπει—καθήκειν. Decet autem te inflexibili animi robore eos aggredi.*

454, 455. *ἐγὼ δὲ—ἐπιῤῥοθεῖ. Ego autem tibi accino lacrymans, totusque hic chorus sic acclamat.* *ὧδε* si genuinum est, optime refertur ad *κεκλαυμένα*, q. d. haud minus quam ego inter lacrymas. Sed fortasse legendum

Στάσις δὲ πάγκοινος ἥδ' ἐπιῤῥοθεῖ

und dieser ganze Chor stimmt mit ein. Sic *τῆδε στάσει* v. 111. Nec aliter legisse videtur Scholiastes ad h. l.

458. *Ἄρης Ἄρει ξύμβαλλε.* Quoniam hic versiculus medius intercedit inter duo petitionis formulam continentes, incommodum est imperativos

'Ιὼ, θεοὶ, κραίνετ' ἐνδίκως.
Χο. Τρόμος μ' ὑφέρπει κλύουσαν εὐγμάτων.
Τὸ μόρσιμον μένει πάλαι,
Εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι.
'Ιὼ πόνος ἐγγενὴς,
Καὶ παράμουσος ἄτης
Αἱματόεσσα πλαγά.
'Ιὼ δύστον' ἄφερτα κήδη·
'Ιὼ δυσκατάπαυστον ἄλγος,
Δώμασιν ἔμμοτον.
Τῶν δ' ἔτας οὐδ' ἀπ' ἄλλων

460. sqq. recte Stanleius Choro assignandos esse censuit. 466. ἄφερτα] ἀφόρητα Ald. 468. ἔμμοτον] Forte ἔμμονον Pauw. 469. τῶν δ' ἔτας] Ita rescribendum

γενοῦ et κραίνετε hic tertia persona præsentis indicativi ξυμβάλλει, ut vulgo legitur, interrumpi. Longe igitur concinnius est et gravius ξύμβαλλε; *Mars Marti auxiliare, Vindex Vindici;* h. e. *O pater, filii tui fortitudinem tua fortitudine subleva, ejusque ultionem justam tui ipsius vindicta haud minus justa corrobora.* Populares mei brevitatem græcæ dictionis sic fere assequantur: *Steh als Held dem Helden, als Rächer dem Rächer bey.*

460. Diligenter in hoc cantico observandum est, quod neglexerunt interpretes, Chorum duplici sensu animatum ista dicere. Partim enim Orestis causa optat, ut ei consilium occidendæ Clytæmnestræ feliciter eveniat; partim tamen horret et abominatur diram matris a filio necandæ necessitatem. Hinc intelligitur, cur horrore se correptum dicat, auditis Electræ precibus.

462. 'Ιὼ πόνος ἐγγενής. Etsi explicari potest πόνος haud scio tamen an multo aptius sit

'Ιὼ φ ό ν ο ς ἐγγενὴς,

nam in sequentibus unice agitur de tristi fato, quo sæve Pelopis domus agitetur, ut consanguinei consanguineos trucident. Eadem sententia novo colore expressa, verbis quæ sequuntur καὶ παράμουσος ἄτης αἱματόεσσα πλαγά. Germanice sic extulerim: *O weh des Familienmordes! O traurig schwirrender blutiger Schwerdtschlag des Verderbens.*

467, 468. 'Ιὼ δυσκατάπαυστον ἄλγος δώμασιν ἔμμοτον. Recte aspernatur Heathius Pauwii conjecturam ἔμμονον. Explicat vero ἔμμοτον *ædibus inhærens ad similitudinem linimenti ulceri infarcti.* Neque tamen adeo hic premenda est etymologia a vocabulo μοτὸς, sed ἔμμοτον omnino significare potest *ulcerosum, veteris ulceris instar insanabile,* quemadmodum Hippocrati cavo ulcere laborantes dicuntur ἔμμοτοι. Haud scio tamen, an potius legendum sit

δώμασιν ἄμοτον, vel ἄμμοτον,
vulnus inexplebile.

469. τῶν δ' ἔτας. E vulgari lectione τῶν δ' ἑκὰς mirum est quantas nobis ineptias extuderint interpretes. Stanleius ista arctissime cum prioribus

Ἔκτοθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν
Αἰῶν' ἀναιρεῖν, αἱματηρᾶν
Θεῶν κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος.
Ἀλλὰ κλύοντες, μάκαρες χθόνιοι,
Τῆσδε κατευχῆς, πέμπετ' ἀρωγὴν
Παισὶ προφρόνως ἐπὶ νίκην.
Ὀρ. Πάτερ τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανὼν,
Αἰτουμένῳ μοι δὸς κράτος τῶν σῶν δόμων.
Ἠλ. Κἀγὼ, πάτερ, τοιάνδε σου χρείαν ἔχω,
Φυγεῖν, μέγαν προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον.

duximus, cum vulgo sine sensu ederetur τῶνδ' ἑκάς. Quod Stanleius commendabat:

τῶν δ' ἕκατ' οὐδ' ἀπ' ἄλλων
ἔκτοθεν. Ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν

nimis abruptum est, et flumen orationis turbat. 477. αἰτουμένῳ] αἰτούμενος Rob. 479. μόρον abest Rob. Cant. conj. φυγεῖν με λαμπρὸν θεῖσαν. Forte μέλανα—μόρον Pauw.

copulata, et post ἔκτοθεν puncto posito a sequentibus disjuncta sic vertit: *Eheu dolorem non sedandum ædibus impactum, ipsorum voluntate, non ab aliis extra.* Pauwius: *Non ab ædibus longinquis et exteris, sed ab hisce ipsis vitam* h. e. *quicquid vivit, tollere annituntur Furiæ.* Heathius corrigit οὐκ ἀπὸ τῶν γ' ἑκὰς οὐδ' ἀπ' ἄλλων ἔκτοθεν—deinde hoc modo latine effert græca: *Eheu dolorem non sedandum huic familiæ velut linimentum ulceri penitus inhærens, ut vita iis eripiatur, non longinquorum aut exterorum, sed propriis ipsorum mutuo manibus. Talis dearum sanguinearum sub terra est hymnus.* Has igitur turbas dedit unica litera a librariis depravata, cum pro ἕτας scriberent ἑκάς. Verum igitur sensum, hac emendatione fultum, sic assecuti nobis videmur. *Harum vero* (ædium, τῶν δὲ refertur ad δώμασιν) *propinquos vitam non alienis et peregrinis, sed sibi ipsis invicem adimere, hæc est sanguinolentarum in Orco dearum hymnis dira* proh dolor *materia.* Nempe ὅδ' ὕμνος non hoc significat: verba antecedentia ἰὼ πόνος ἐγγενὴς—ἀναιρεῖν a Furiis cantari, sed ὕμνος dicitur pro *hymnorum argumento.* Nostrorum poëtarum aliquis recte dicerat. *Und dass die Verwandten dieses Hauses morden, und nicht etwa Fremde oder Feinde morden, sondern einander selbst ermorden, das ist der bluttriefenden Göttinnen der Unterwelt Hochgesang.*

476. τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς. Cf. v. 428. sqq.

479. φυγεῖν. " Φεύγειν pro eo quod est incolumem evadere, ita nude et absque regimine positum vix, puto, reperietur. Significat potius *fugam capessere, solum vertere.* At huic significationi plane adversantur ea, quæ statim subjicit Electra. Quomodo enim, si post mortem Ægistho illatam hæc fuga saluti suæ consulere cogere-

'Ορ. Οὕτω γὰρ ἄν σοι δαῖτες ἔννομοι βροτῶν
Κτιζοίατ'· εἰ δὲ μή, παρ' εὐδείπνοις ἔσῃ
Ἄτιμος ἐν πυροῖσι κνισσωτοῖς χθονός.
'Ηλ. Κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας
Οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων γαμηλίους·
Πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.
'Ορ. Ὦ Γαῖ', ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην.
'Ηλ. Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ' εὔμορφον κράτος.
'Ορ. Μέμνησο λουτρῶν οἷς ἐνοσφίσθης, πάτερ.
'Ηλ. Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον ᾧ σ' ἐκαίνισαν.
'Ορ. Πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ.

482. ἐν πυροῖσι] ἐμπύροισι conj. Canter.

tur, votum suum, quo dapes solennes et libamina nuptialia ex hæreditate propria, et paternis etiam ex ædibus ad bustum Agamemnonis afferenda nunc promittit, patria extorris persolvere poterat? Roponendum igitur existimo

Φυγεῖν μ ε γ' ο ὖ, προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον

ut ne exulare cogar, cum mortem Ægistho intulerim.—" *Heath*. At enim hoc est levem scrupulum sic eximere, ut multo graviorem injicias. Φεύγειν utique pro ἐκφεύγειν dici potest. Sed omnino quæritur, cur Æschylus Electram hic ita loquentem inducat, quasi suas quoque partes in occidendis Agamemnonis interfectoribus esse velit. Ejus autem consilii nullum est in hac tragœdia vestigium. Relinquitur, ut προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον de consiliis, quibus fratrem in paranda cæde adjuvisset, intelligatur. Cf. infra v. 575. sqq. Post hunc versum in ed. Robortelliana asteriscus ponitur, omissa quædam esse significans. Sed ejus rei nulla hic est suspicio. Si Æschylus scripsisset

Κἀγώ, πάτερ, τοιάνδε σοι χρείαν ἔχω,

Τ υ χ ε ῖ ν γ ά μ ω ν προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον,

bene id conveniret sequentibus versiculis, ubi sacrificiorum nuptialium mentionem facit.

480—482. vulgo in edd. Electræ tribuebantur. Sed Oresti assignandos esse, et carminis amœbæi ratio, et versuum argumentum, et versiculi 483. cum v. 478. comparati initium confirmat.

οὕτω γὰρ ἄν. Sic enim, nimirum si mihi petenti κράτος τῶν σῶν δόμων concedas, *justa tibi sacrificia fient, sin minus, inter medias sacrificantium epulas, inter lignorum strues hostiarum nidore fumantes tu honore tibi debito carebis*. cf. v. 258. Pro ἐν πυροῖσι, quod h. l. ineptum est, Canterus et Heathius ἐμπύροισι, *holocaustis*, legi volunt. Attamen præstat, ut opinor, rescribere

Ἄτιμος ἐν π υ ρ α ῖ σ ι κ ν ι σσω-τ α ῖ ς χθονός·

490. πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις. Indusio illo exitum non habente, quo eum irretiebant. cf. Agam. v. 1123. sq. 1393. Choëph. 978. sq.

Ἠλ. Αἰσχρῶς τε βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν.
Ὀρ. Ἆρ' ἐξεγείρῃ τοῖσδ' ὀνείδεσιν, πάτερ;
Ἠλ. Ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα;
Ὀρ. Ἤ τοι Δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις,
Ἢ τὰς ὁμοίας ἀντίδος βλαβὰς λαβεῖν,
Εἴπερ κρατηθείς γ' ἀντινικῆσαι θέλεις.
Ἠλ. Καὶ τῆσδ' ἄκουσον λοισθίου βοῆς, πάτερ,
Ἰδὼν νεοσσοὺς τούσδ' ἐφημένους τάφῳ.
Οἴκτειρε θῆλυν, ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνον·
Καὶ μὴ 'ξαλείψῃς σπέρμα Πελοπιδῶν τόδε.
Οὕτω γὰρ οὐ τέθνηκας, οὐδέ περ θανών.
Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι

502. *κληδόνες*] Stanleius *κίονες* legere malebat. Perperam. Nam aut verum est *κληδόνες*, aut reponendum *κληδόνος*.

491. *βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν.* Non est *in tegminibus turpiter excogitatis*, ut Stanl. vertit; *αἰσχρῶς* enim refertur ad ἐθηρεύθης, et *βουλευτοῖσιν* est i. q. ἐπιβουλευτοῖσιν; *turpiter captus es in veste insidiarum plena.*

494. sqq. *ἤτοι.* "Si Pauwio credis, *ἤτοι—ἢ* contraria exhibere debent, ideoque scribendum contendit *μὴ 'ντινικῆσαι*, si ipse *victus vicissim vincere nolis.* Mihi vero ipsa hæc suppositio, Agamemnonem ab inimicis oppressum, ipsos vicissim ulcisci nolle, ridicula prorsus videtur ac futilis. Vulgatam igitur scripturam omnino retinendam censeo. Nec particulæ istæ *ἤτοι—ἢ* contraria necessario designant; sufficit, si res quodammodo diversas distinguant. Itaque h. l. precatur Electra, ut aut ipse Orestes auxiliante justitia divina ab interemtoribus pœnas sumat, aut saltem hi alio quocunque modo similiter pereant." *Heath.* Non equidem nego particulas *ἤτοι—ἢ* Heathii explicationem admittere. Tamen verosimile mihi videtur olim sic in codicibus scriptum fuisse

Σύ τοι Δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις
Καὶ τὰς ὁμοίας ἀντίδος βλαβὰς βλαβεῖν;

id quod Orestis consilio multo melius respondet.

499. *οἴκτειρε θῆλυν ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνον.* Ferri potest enallage casus in *ἄρσενος*, etsi eam abfuisse mallem. Proprie enim *ἄρσενος γόνος* significat, *maris proles*, non *mascula proles.* Hic tamen propter antecedens *θῆλυν* amphibolia facile vitatur. Arnaldus vero *ἄρσενα* commendabat, putans *θ'* cum sequenti spiritu aspero positionem efficere, quod irrisit Pauwius, ipse tamen nihil excogitavit, quod ullo modo placere posset.

502. *κληδόνες.* Stanl. quasi *omina* interpretatur, quia liberi longiorem vitam auspicari videantur morientibus. Quod sane molestum est et e longinquo arcessitum. Quod vero idem proponit *κίονες σωτήριοι*, provocans ad Euripidem

Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες,

Θανόντι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον,
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.
Ἄκου'· ὑπέρ σου τοιάδ' ἐστ' ὀδύρματα.
[Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον]

504. λίνου] Sic Rob. Recte. Ceteræ edd. λίνον. λίνου confirmatur auctoritate Clementis Alex. Strom. lib. ii. p. 422. 506. Hunc versum aut insititium esse, id æque absonum est; non enim vidit vir doctus, liberos quidem recte dici στύλους οἴκων πατρῴων, non autem κίονας πατρὸς θανόντος. Optimum igitur fuerit legere

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνος σωτήριοι
Θανόντι.

Liberi enim hominis mortui famam et nomen servant. Si vero placeat vulgatum κληδόνες σωτήριοι, paulo durius dictum interpreteris necesse est, pro κληδόνα σώζοντες.

503. φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον. Similitudo novitate et aptitudine conspicua. *Idem præstant liberi parentibus, quod piscatoribus præstant suberes, qui ducunt rete, et contortum funiculum e fundo servant.* Simili comparatione utitur Pindarus:

Ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας ἀβά-
πτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς,
ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας,

reliquo enim instrumento nautico in profundo maris marinum laborem, i. e. naufragium, *experto ac depresso, equidem immersabilis tanquam suber, in superficie maris noto.* Sed in loco Æschyleo suspectum est mihi ἄγουσι δίκτυον, suberes enim non tam *ducunt* rete, quam *sustinent*. Et sic fere Oppianus *Halieut.* iii. 371. sqq. ubi docet, qua ratione pisces, admoës dicti, capiantur.

Ἄδμωσι δ' ἐπὶ κυρτὸν ὀπωρινὸν ὁπλίζονται
Οἰσύϊνον, μέσσοισι δ' ἐν οἴδμασιν ὁρμίζουσι
Νέρθεν ἀναψάμενοι τρητὸν λίθον εὐναστῆρα,
Φελλοὶ δ' ὀχμάζουσιν ἄνω δόλον ---

ut hic ὀχμάζουσιν est *detinent*, ne scilicet nassa in fundo maris pereat; sic h. l. aptius videri possit

φελλοὶ δ' ὡς ὀχοῦσι δίκτυον

sustinent rete.

ὡς ἄγουσι. "Eustath. in Iliad. Ι. ὅπως ἀντὶ τοῦ καθὰ, ὡς τό· φελλοὶ δ' ὅπως παρ' Αἰσχύλῳ et in Iliad. Θ΄. φελλοὶ ὅπως δίκτυον ἄγουσιν ἄνω, κατ' Αἰσχύλον, οὕτω καὶ τηλόθι ὢν κλέος ἔχει. Verum lapsus est memoria Eustathius, nam non ὅπως pro καθὰ hic sumitur, sed ὡς, neque matri lex τὸ ὅπως admittit." Stanl.

503, 504. φελλοὶ—λίνου. "Suberis similitudine utitur quoque Plut. de Sanitate tuenda, p. 127. c. οὐ δεῖ, inquit,—οὕτως ἐμπλήσαντας τὸ σῶμα καὶ βαρύναντας ὑποκαθαίρειν αὖθις καὶ ὑποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλὲς, ὅπως, κἂν πιεσθῇ ποτε, φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται.—" *Abresch.*

504. κλωστῆρα—λίνου. "Legendum potius κλωστῆρα λίνου, tum quod ita alibi scribitur ut in Polluce, vii. 31. tum quod ita alii poëtæ loquantur, ut Euripides apud Pollucem (ibid.), tum quod λίνον masculino genere Græci non usurpant. Hos versus laudat Clemens Alexandr. Strom. l. ii. p. 422. aut his similes e Sophocle. Locus autem est corruptus, in hunc modum apud Clementem reformandus:

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κατθανόντι κληδόνες
Γεγᾶσι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.

Apud Clem. est λίνῳ.—" *Stanl.*

506. sqq. Vulgatam lectionem

Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τιμήσας λόγον
Τίμημα τύμβου τοῦδ' ἀνοιμώκτου τύχης.
Τὰ δ' ἄλλ', ἐπειδὴ δρᾶν κατώρθωσαι φρενὶ,
Ἔρδοις ἂν ἤδη δαίμονος πειρώμενος.
Ορ. Ἔσται· πυθέσθαι δ' οὐδέν ἐστ' ἔξω δρόμου,

aut certe extremam ejus partem τόνδε τιμήσας λόγον ex sequentis versiculi clausula male confictam putamus. 507. καὶ μὴν—λόγον] Vulg. sine sensu editur: καὶ μὴν ἀμομφητὸν δέ τινα τὸν λόγον. 508. τοῦδ' ἀνοιμώκτου τύχης] Ita emendavimus vitiosam in edd. lectionem: τῆς δ' ἀνοιμώκτου τύχης.

Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον.
Καὶ μὴν ἀμομφητὸν δέ τ ι ν α τὸν λόγον
Τίμημα τύμβου τῆσδ' ἀνοιμώκτου τύχης.

Stanleius, qui pro τινὰ tacite substituit τίμα, sic vertit: *ipse vero servaris hunc honorans sermonem; et quidem inculpatum hunc sermonem honora, honorem indeploratæ tumuli fortunæ.* Quam inficeta autem hæc sint, et parum concinna, quivis, ut opinor, facile sentiat. Heathius transpositionem versiculorum et personarum tentat hoc modo:

Ὀρέστης.
Ἄκου' ὑπὲρ σοῦ τοιάδ' ἐστ' ὀδύρματα.
Τίμημα τύμβου, τῆς τ' ἀνοιμώκτου τύχης.
Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον.
Χορός.
Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τ ι μ ᾷ τὸν λόγον.

deinde hæc ita explicat: Or. *Audi, tua enim gratia fiunt hi quæstus, in tumuli compensationem, et infortunii tui nondum defleti. Ipse vero salutem obtines hunc honorans sermonem.* Chor. *Et quidem sermonem hunc absque reprehensione honorat ille:* id est, nullum indicium edit, quo testetur hunc sermonem sibi displicuisse, adeoque eum probare jure censendus est Agamemnon. At ne hoc quidem commentum, nimis et a textu et a sententiæ perpetuitate discedens, ejusmodi est, ut ad assensum invitet. Canterus nihil aliud affert, quam ut versum 507. ita refictum:

Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τίμα τὸν λόγον

Choro tribuat. Correctionem probavit etiam Dorvillius ad Charit. viii. 7. Sed hæc parum valent ad scrupulos, quibus hic locus afficitur, eximendos. Nostra vero ratione, v. 506. tanquam insititio, ejecto, sic decurrit sine ullis salebris oratio,

Ἄκου'· ὑπὲρ σου τοιάδ' ἐστ' ὀδύρματα,
Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τιμήσας λόγον
Τίμημα τύμβου τοῦδ' ἀνοιμώκτου τύχης.

Audi quæso; preces enim nostræ tuum ipsius emolumentum attingunt. Etenim si inculpabilem hanc nostram orationem felici successu *honoraveris, tu ipse honorem hujus sepulcri adhuc ne defleti quidem,* sed neglecti, *assequaris.* Hæc optime conveniunt cum v. 480—485. Τυγχάνειν cum accusativo constructum infra quoque occurrit v. 707.

509. τὰ δ' ἄλλα. Precibus jam finitis Electra ad fratrem convertitur: *Quod reliquum est, quoniam animo jam erectus es ad facinus aggrediendum, fac, quæso,* quod instituisti, *et experire fortunam.*

511. sqq. Pulcherrime et pro ætatis istius opinionibus aptissime instituit Æschylus, ut Orestes mollissimo anfractu deduceretur, ad causam inferiarum a matre missarum indagandam, eaque ratione visum nocturnum, quod

Πόθεν χοὰς ἔπεμψεν, ἐκ τίνος λόγου
Μεθύστερον τιμῶσ' ἀνήκεστον πάθος·
Θανοῦντι δ', οὐ φρονοῦντι, δειλαία χάρις
Ἐπέμπετ'· οὐκ ἔχοιμ' ἂν εἰκάσαι τάδε
Τὰ δῶρα, μείω δ' ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας.
Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας ἀνθ' αἵματος
Ἑνὸς, μάτην ὁ μόχθος· ὧδ' ἔχει λόγος.
Θέλοντι δ', εἴπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον τάδε.
Χο. Οἶδ', ὦ τέκνον, παρῆν γάρ· ἔκ τ' ὀνειράτων
Καὶ νυκτιπλάγκτων δειμάτων πεπαλμένη
Χοὰς ἔπεμψε τάσδε δύσθεος γυνή.
Ὀρ. Ἦ καὶ πέπυσθε τοὔναρ, ὥστ' ὀρθῶς φράσαι;
Χο. Τεκεῖν δράκοντ' ἔδοξεν, ὡς αὐτὴ λέγει . . .
Ὀρ. Καὶ πῆ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος;
Χο. Ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην
Τινὸς βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος,

522. πέπυσθε] πέπυσαι Turn. 524. καὶ πῆ] καὶ ποῖ Ald. Rob. Turn. 526. νεογενὲς] νεορενὲς Ald. Minime audiendus Abreschius qui huic versui Orestis personam præponendam censet, sententiamque interrogative efferendam.

in terrorem eam conjecisset, narrari audiret, cujus deinde interpretatione mirum in modum confirmaretur.

511. ἔξω δρόμου. Proverbialis locutio, *non est alienum a consilio*, seu ab ista re, quam trectamus. Sic Pindarus de digressione in carmine lyrico eleganter Pyth. xi. 61. πλόου ἔξω ἔβαλε μέ τις ἄνεμος.

513. τιμῶσ' ἀνήκεστον πάθος. Τιμᾷν h. l. de diligentia in curando morbo posita; cui contrarium est negligere morbum, parvi pendere. Sensus: *scire aveo, quid matri in mentem venerit, ut jam, sero quidem, curare quodammodo velit insanabile malum?*

514. θανοῦντι δ', οὐ φρονοῦντι. Hæc illustrantur simili loco apud Sophoclem Electr. v. 407. sqq. v. 444. sqq.

519. οἶδ', ὦ τέκνον. Perperam Abreschius hic *nutricem* loqui fingit; quæ infra demum in scenam venit. Est potius una ex Choricis mulieribus, quæ somnium Clytæmnestræ narrat.

520. νυκτιπλάγκτων δειμάτων. *Terroribus, qui eam noctu oberrare cogerent.*

πεπαλμένη. *Concussa, graviter agitata, perculsa.*

525. ἐν σπαργάνοισι. Hic fortasse excidit δὲ, quod hanc orationis partem cum priore abrupta τεκεῖν δράκοντ' ἔδοξεν continuaret.

526. χρῄζοντα. Quamquam hoc sic explicari potest, ut referatur ad δράκοντα v. 523. haud scio tamen, an Æschylus ita potius exaraverit:

Αὐτὴ προσέσχε μαζὸν ἐν τ' ὀνείρατι.
'Ορ. Καὶ πῶς; ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός;
Χο. Ὥστ' ἐν γάλακτι θρόμβον αἵματος σπάσαι.
'Ορ. Οὔτοι μάταιον ἀνδρὸς ὄψανον πέλει.
Χο. Ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκραγεν ἐπτοημένη.
Πολλοὶ δ' ἀνῆλθον, ἐκτυφλωθέντες σκότῳ,
Λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν·
Πέμπει τ' ἔπειτα τάσδε κηδείους χοὰς,
Ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων.
'Ορ. 'Αλλ' εὔχομαι γῆ τῆδε καὶ πατρὸς τάφῳ
Τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον.
Κρίνω δέ τοι νὶν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.

528. οὖθαρ ἦν] οὐ χάριν Ald. Rob. οὐκ ἆρ' ἦν Turn. etc. οὖθαρ verum esse divinavit Pauw. Nihil autem durius est Heathii ratione : Καὶ πῶς (ἄτρωτος οὐκ ἆρ' ἦν ὑπὸ) στύγος? quod ille sic exponit : Et *quid fecit detestandum illud monstrum? Non certe ab illa invulnerata mansit.* 531. κέκραγεν] κέκλαγεν Ald. 538. συγκόλλως] δυσκόλως Turn.

'Εν σπαργάνοισι δὲ παιδὸς ὁρμίσαι δίκην
Τινὸς βορᾶς χρῆζον τὸ νεογενὲς δάκος
deinde visa sibi est fasciis involvere, tanquam infantem, recens natam illam beluam, cibi jam appetentem.

528. οὖθαρ. Hanc lectionem video *Valckenario* quoque placuisse, cui in his rebus plurimum tribuo; diatr. in Eurip. fragm. p. 286. "In Æschyli Choëph. v. 528. inquit, genuianæ, quæ tantum conjungi debuerant, literæ ο ὖ θ α ρ in οὐκ ἆρ' (ut εἶδαρ in εἶδ' ἆρ' in versu 460. Maximi περὶ καταρχῶν) ut puto transiere. Legendum arbitror

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός; *et quomodo mamma, quam draco sugebat, mansit invulnerata.* Clytæmnestræ mammam v. 541. μασθὸν dictam hic non frustra, tanquam de bellua loquens, dixerat οὖθαρ." Hactenus V. Cl. Cui prorsus assentior, nisi quod post καὶ πῶς interrogandi signo posito paullo aliter converto Orestis quæstionem: *Et quomodo?* (Vel: Quid narras?) *Mansitne mamma ab odioso animali invulnerata?* Sic enim responsio melius aptatur: Ὡς' ἐν γάλακτι—Scilicet tantum abfuit, ut invulnerata maneret, *ut potius draco una cum lacte grumum sanguinis educeret.*

ὑπὸ στυγός. Donec exemplum afferatur, vocabulum στὺξ usurpatum fuisse de serpente, aut omnino de animali noxio, legendum arbitror ὑπὸ στύγους. Notum est enim στύγος de *re* aut *persona* odiosa frequenter adhiberi. Et Schol. expl. τοῦ μισητοῦ θηρίου. Sic nostri populares dicerent: *Und wie lief's denn ab? Liess denn das Scheusal ihr die Brust unverwundet?*

530. ἀνδρὸς ὄψανον. *Visum ei a marito immissum.*

538. ὥστε. Cum hæc particula hic parum apte ad sensum ponatur, verius fuerit rescribere.

Εἰ γὰρ τὸν αὐτὸν χῶρον ἐκλείπων ἐμοὶ,
Ὄφις τε πᾶσιν σπαργάνοις ὡπλίζετο,
Καὶ μασθὸν ἀμφέχασκ᾽ ἐμὸν θρεπτήριον,
Θρόμβῳ δ᾽ ἔμιξεν αἵματος φίλον γάλα·
Ἡ δ᾽ ἀμφιταρβὴς τῷδ᾽ ἐπῴμωξεν πάθει,
Δεῖ τοι νιν, ὡς ἔθρεψεν ἔκπαγλον τέρας,
Θανεῖν βιαίως· ἐκδρακοντωθεὶς δ᾽ ἐγὼ
Κτενῶ νιν, ὡς τοὔνειρον ἐννέπει τόδε,
Τερασκόπον δὲ τῶνδέ σ᾽ αἱροῦμαι πέρι.
Χο. Γένοιτο δ᾽ οὕτως. Τἄλλα δ᾽ ἐξηγοῦ φίλοις·
Τοὺς μέν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.
᾽Ορ. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στείχειν ἔσω,

540. ὄφις—ὡπλίζετο] Heathius legendum existimat: ὄφις γε, παῖς ἐν σπαργάνοις ὥς, ἵζετο. 541. ἀμφέχασκ᾽] ἀμφίσχηκ᾽ Rob. 543. ἀμφιταρβὴς τῷδ᾽] In Ald. Rob. corrupte ἀμφιταρβείτω δ᾽ forte ortum e lectione ἀμφιτάρβει τῷδ᾽. 549. τοὺς μὲν] Ex emendatione Stanl. Antea legebatur τοὺς ἔν τι σ.

κρίνω δέ τοι νιν ὧδε συγκόλλως ἔχειν. *Judico autem illud somnium hoc modo* (quem jam explicaturus est Orestes) *bene congruere.* Abreschius quidem, οὕτως post νιν suppressum existimans, hunc sensum e vulgata lectione elicit: *Quapropter ita conjecto et interpreto somnium, ut conveniat et cohæreat cum rebus quas continet.* At hoc duriusculum est, et suspicionem movet interpretis non sensum e somnio quodam elicientis, sed potius interpretationem, quo jure quave injuria ad somnium accommodantis.

540. ὄφις τε πᾶσιν. Acute sensit Pauwius, frigidum esse πᾶσιν, neque tamen emendationem, quam protulit, cuiquam docto persuaserit. Paulo felicius Heathius in loco versatus est, nihilo tamen magis rem expedivit. Legendum scilicet existimat

Ὄφις γε, παῖς ἐν σπαργάνοις ὥς, ἵζετο.

Sed particula γε hic prorsus redundat, et ἵζετο parum aptum est verbum, ubi de infante fasciis involuto agitur. Itaque mollius est, ut opinor, sic emendare:

Ὄφις, ὥστε παῖς, ἐν σπαργάνοις ὡρμίζετο,

quod planissime congruit cum v. 525.

ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην.

ὡπλίζετο vel ex glossa, vel ex errore describentis librarii oriri potuit.

544. ἔκπαγλον τέρας. Idem quod antea στύγος, ut vel hac formula lectio, quam commendavimus, ὑπὸ στύγους confirmetur.

550. τήνδε μέν. Hoc præceptum ad Electram pertinet, quo ducitur Orestes ad universum consilium de cæde Ægisthi exsequenda exponendum v. 556. sqq. Tum v. 575. repetit monitum Electræ datum; v. 576. autem Choro præcipit, quæ ipsum agere velit.

ἁπλοῦς ὁ μῦθος. *Non est multis verbis opus; paucis explicari potest, quid fieri a vobis velim.*

Αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας ἐμάς·
Ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον,
Δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταυτῷ βρόχῳ
Θανόντες, ᾗ καὶ Λοξίας ἐφήμισεν,
Ἄναξ Ἀπόλλων, μάντις ἀψευδὴς τὸ πρίν.
Ξένῳ γὰρ εἰκὼς παντελῆ σάγην ἔχων
Ἥξω ξὺν ἀνδρὶ τῷδ' ἐφ' ἑρκείους πύλας
Πυλάδῃ, ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων.
Ἄμφω δὲ φωνὴν ἥσομεν Παρνησσίδα,
Γλώσσης ἀϋτὴν Φωκίδος μιμουμένω.
Καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ
Δέξαιτ', ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.
Μενοῦμεν οὕτως, ὥστ' ἐπεικάζειν τινὰ
Δόμοις παραστείχοντα, καὶ τάδ' ἐννέπειν·

553. δόλῳ τε] δόλῳ γε mavult Pauw. Sed nil mutandum. 561, 562. Mire depravati sic leguntur in Rob. οὔτις ἂν φαιδροὺς φρενὶ λέξαιτ' ἐπειδὴ δαίμοι αΐδόμος κακεῖ. 561. καὶ δὴ] Valckenaer ad Eurip. Ph. v. 1001. em. κεὶ δή. οὔτις ἂν] Stanl. conj. εἴτις οὐ. 564. παραστείχοντα] παραστίχοντα Turn.

555. ἀψευδὴς τὸ πρίν. Cf. Eumenid. v. 612. "Alibi noster a Platone laudatus de Rep. l. ii.

Κἀγώ τε Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἤλπιζον εἶναι μαντικῇ βρύον τέχνῃ.

Virgil. Æneid. vi.

—namque mihi fallax haud ante repertus
Hoc uno responso animum delusit Apollo.

—" *Stanl.*

556. παντελῆ σάγην ἔχων. "Viatoris scilicet. Σάγη proprie ὅπλισις, vestis militaris, quo sensu bis usus est noster Pers. v. et v. 240.—Inde metaphorice pro quovis habitu externo. In Rheso, dramate inter Euripidea servato, v. 207. Chorus ita loquitur

Λέξον, τί δ' ἔσαι τοῦδε σώματος σάγη;

corporis tegumentum; cui respondet Dolon

Λύκειον ἀμφὶ σῶμα θήσομαι δοράν.

—" *Stanl.*

558. ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων. "*Hospes et amicus ædium.* δορύξενοι proprie dicti, qui de hostibus amici facti. Generalius pro amico quovis accipitur. Eurip. Med. v. 687.

Κἀμοὶ δὲ πάντων φίλτατος δορυξένων.

—" *Stanl.*

561. καὶ δή. Valde blanditur Valckenarii emendatio κεὶ δή, *et si forte nemo janitorum benevolo animo nos excipiat, quod facile fieri possit, quia universam domum ex tot malis insanire credibile est, manebimus ita, donec aliquis forte prætereuntium persentiscat.*

562. δαιμονᾷ. Significat servulos quoque sic exasperatos Ægisthi tyrannide, ut etiam in peregrinos morosiores sint.

Τί δὴ πύλῃσι τὸν ἱκέτην ἀπείργετε;
Αἴγισθος εἴπερ οἶδεν ἔνδημος παρών . . .
Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βηλὸν ἕρκειον πυλῶν,
Κἀκεῖνον ἐν θρόνοισιν εὑρήσω πατρὸς,
Ἢ καὶ μολὼν ἔπειτά μοι κατὰ στόμα
Ἐρεῖ, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ,
Πρὶν αὐτὸν εἰπεῖν· Ποδαπὸς ὁ ξένος; νεκρὸν
Θήσω, ποδώκει περιβαλὼν χαλκεύματι.
Φόνου δ' Ἐριννὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη
Ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν.
Πρόσθ' οὖν σὺ μὲν φύλασσε τἀν οἴκῳ καλῶς
Ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε.
Ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
Σιγᾶν δ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια.
Τὰ δ' ἄλλα τούτῳ δεῦρ' ἐποπτεῦσαι λέγω,

565. ἀπείργετε] ἀπείργεται Rob. 567. βηλὸν] βαλὼν Rob. ἕρκειον] ἑρκείων conj. Stanl. 570. ἐρεῖ] ἕρπει conj. Pauw. ἔλθοι—βάλοι commendat Heath. At non opus est emendatione. 575. πρόσθ' οὖν] Σὺ οὖν Ald. etc. quod sequentibus minime convenit. Πρόσθ' οὖν in peroratione Æschylo familiare.

567. sqq. εἰ δ' οὖν ἀμείψω. *Itaque si transgressus fuero portæ aulicæ limen, eumque in solio patris sedentem invenero, vel is etiam deinceps accedens me alloquatur, et oculos in me conjiciat.* Pro ἔπειτα doctiss. Wakefield in sylva critica Cantabr. a. 1792. edita P. iii. p. 153. corrigit ἐ ν ά ν τ α, quod sane non spreverim; sed concedere ei non possum μοι in μου et ἐρεῖ cum Pauwio in ἕρπει mutanti.

βηλὸν ἕρκειον πυλῶν. Planior utique constructio postulat βηλὸν ἑρκείων πυλῶν, quod Stanl. mavult, comparatis v. 557. 649. Attamen hæc enallage structuræ Tragico nostro non est inusitata.

574. τρίτην πόσιν. Ambiguum est, quomodo tres cædes in domo Agamemnonis factas, seu tres illos *sanguinis haustus quasi poculis epoti* numeret. Si fingamus, Iphigeniæ cædem primo loco a poëta numerari, Agamemnonis est secunda, Ægisthi tertia; quod nobis quidem præcipue arridet. Sed si ab Agamemnone numerare inceperit, Ægisthi cædes erit secunda, et τρίτη πόσις αἵματος v. 574. ad Clytæmnestram pertinebit.

576. ἀρτίκολλα. Hesych. Ἀρτίκολλα, ἡρμοσμένα.

579. τὰ δ' ἄλλα. Stanleius, præeunte Scholiaste, hæc verba ad Pyladem refert. Sed ἐποπτεύειν apud Æschylum semper, si recte memini, de diis usurpatur. Et fortasse scripsit Æschylus

Τὰ δ' ἄλλα Φ ο ί β ῳ δεῦρ' ἐποπτεῦσαι λέγω.

Ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

ΠΟΛΛΑ μὲν γαῖα τρέφει στροφὴ α΄.

581. γαῖα] γὰρ Ald. Rob. γ' ἀὴρ Turn. γαῖα ex Heathii emendatione.

Ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι. Quod reliquum est, Apollinem precor ut huc respiciat et huic gladii mei certamini felicem successum præbeat.

IN SCENAM III.

v. 581—648.

Oreste et Pylade digressis ad sumendum corporis habitum consilio convenientem, Electra autem ædes regias ingressa, Chorus hoc cantico hominum audaciam, inprimis vim amoris omnia quæ sint in rerum natura terribilia superare significat, idque Althææ et Scyllæ exemplis declarat, quibus ad novum Clytæmnestræ facinus deducitur, omninoque in malitia hominum deploranda, annunciandaque Agamemnonis interfectoribus numinis vindicta subsistit.

581—598. πολλὰ—καὶ βροτῶν. Primam hanc stropham cum antistrophe hoc modo transtulit Stanleius: *Multa quidem aër nutrit horrenda et terribilia, marinæque ulnæ animalia adversa mortalibus producunt, nascuntur etiam mediæ* (inter cœlum et terram) *lampades excelsæ, volucresque et pedestria* (animalia) *et ventosarum procellarum iram considera. Sed audacissimam viri mentem quis animo concipiat, et mulierum infelicium, et in omnia audaces amores mortalium noxis æquales, conjugalesque cohabitationes? Mulieribus imperans amor inamabilis vincit et bestias et homines.* Jam multo melius Heathius, qui vidit, in lectione γ' ἀὴρ, quæ fluxit ex Turnebiana, latere *telluris* vocabulum, intellexitque, versum Ξυζύγους θ' ὁμαυλίας non interrogationis nota, ut fit, apposita ad priora retrahendum, sed potius arctissime cum sequentibus copulandum esse. Unde subnata est hæc interpretatio: *Multa quidem terra nutrit, quæ terrorem horribilem incutiunt, marinæque ulnæ plenæ sunt ferarum hominibus inimicarum, emicant etiam inter cœlum et terram fulgura sublimia, atque animalia et volucria et pedestria ventosarum procellarum horrent* (φρίσσει pro vulg. φράσαι reposito) *rabiem. At quis enarret virorum immanem audaciam et mulierum animis audacium, et quidlibet audentes mortalium amores calamitatibus contubernales? Conjugales vero consociationes pecudum atque hominum evertit cupido pervicax* (e Pauwii conjectura, ἀπέρωπος emendantis) *ferminarum dominator.*

Sane multum profuit huic cantici particulæ Heathii studium; haud pauca tamen supersunt nobis expolienda. Quid enim v. 582. est δεινὰ δειμάτων ἄχη? Quis ferat latine ita loquentem, *terribiles terrorum angores?* Quis delectetur numeris hisce similiter cadentibus βροτοῖσι πλαθοῦσι βλαστοῦσι? quomodo fulmina dicantur βλαστεῖν? Itaque sic demum nobis videmur textus Æschylei filum restituisse:

Στροφὴ α΄.

Πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει
Δεινὰ δείματ' οὖν δάκη,
Ποντίας τ' ἀγκάλας κνωδάλων
'Ανταίων βροτοῖς
Πλάθουσι βλάσται καὶ πεδαιφνίους
Λαμπάδας πεδηόρους

Δεινὰ δειμάτων ἄχη,
Πόντιαί τ' ἀγκάλαι κνωδάλων
'Ανταίων βροτοῖς
Πλάθουσι, βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι

582. δεινὰ] δεινὰ καὶ Ald. Rob. Turn. καὶ omittendum censuit Heath. 584. βροτοῖς] βροτοῖσι Ald. Rob. Turn. 585. πεδαίχμιοι] μεταίχμιοι Vict.

Πτηνά τε καὶ πεδοβά-
μονα κἀνεμοέσσων
Αἰγίδων φρίσσει κότον.

'Αντιστροφὴ α'.

'Αλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι;
Καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων;
Καὶ παναθλίους
Ἔρωτας ἄταις συννόμους βροτῶν;
Ξυζύγους θ' ὁμαυλίας
Θηλυκρατὴς ἀπέρω-
τος ἐρὼς παρανικᾷ
Κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.

Multas quidem terra nutrit feras immaniter terribiles, marinosque recessus beluarum hominibus infestarum opplent fœtus; et sublimes dirasque fulminum faces nec non ventosarum procellarum rabiem exhorrent volucria quadrupedia. Sed immodicam virorum audaciam quis enarret? et mulierum quidlibet audentium? et infelices amores cum mortalium calamitatibus conjunctos? Scilicet domesticam quoque consuetudinem in animalibus pariter atque hominibus vincit infaustus amor muliebri animo imperans.

581. γαῖα τρέφει. Rectius fuerat scribere γᾶ τρέφει; id enim et metro versus antistrophici convenit, et ad scripturam vett. codd. et editionum propius accedit, in quibus legitur γὰρ τρέφει. δεινὰ δειματοῦν δάκη bene dicere potuit Æschylus; ut δεινὸς λέγειν est *eloquentia potens*, sic δεινὸς δειματοῦν *terrore potens.* Δάκος alibi etiam ab Æschylo usurpatum; et sic terrestria δάκη bene respondet κνωδάλοις maritimis versu sq.

583. ποντίαι τ' ἀγκάλαι—πλάθουσι. Hæc non egerent emendatione (πλάθουσι enim neutraliter posset accipi,) nisi incommodum ex sequenti βλαστοῦσι oriretur, vix aliter eliminandum, nisi mecum reponas

Ποντίας τ' ἀγκάλας κνωδάλων
'Ανταίων βροτοῖς
Πλάθουσι βλάσται.

Βλάστη non solum de plantarum germinibus, verum etiam de animalium hominumque fœtu ac sobole ponitur. Sic v. c. apud Plutarch. conf. ad Apoll. Niobe in versiculis ex antiquo Tragico (ipso fortasse Æschylo) depromtis appellatur βλάσταις τέκνων βριθομένα.

585. πεδαίχμιοι. "Pro μεταίχμιοι Æolice. Hesychius Πέδα· μετά. Alcman apud Hephæstionem

αἶαν ἄριστον πέδ' 'Αχιλλέα.

Ita apud Pindarum πεδαμείβομαι, πεδέρχομαι, et πεδαφρών. Et πεδέχω in Alcæo apud Hephæstionem

ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδ'
ἐχοίσαν.

lege πεδέχουσαν, pro μετέχουσαν." Hactenus Stanleius. Nec profecto, quo minus pro μεταίχμιοι scribere potuerit Æschylus πεδαίχμιοι, quisquam repugnabit. Sed quid significent πεδαίχμιοι λαμπάδες, magna quæstio est. Quis *medias faces sublimes* intelligat fulmina? Mira esset ellipsis, si quis cum Stanleio suppleri vellet, *inter cœlum et terram.* Quærendum igitur est aliud epitheton, quod *fulmini* melius conveniat. Ad scripturæ vestigia proxime accederet πεδαίφνιος, pro

Λάμπαδες πεδάοροι,
Πτηνά τε καὶ πεδοβά-
μονα, κἀνεμοέντων
Αἰγίδων φράσαι κότον.
Ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν- ἀντιϛ. α΄.
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι;
Καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων,
Καὶ παντόλμους
Ἔρωτας ἄταισι συννόμους βροτῶν;
Ξυζύγους θ' ὁμαυλίας;
Θηλυκρατὴς ἀπέρω-

586. πεδάοροι] πεδάμαροι Ald. Rob. Turn. πεδάοροι emendationi Stanleii debetur. 587. πεδοβάμονα] πεδοβάμονες ἀνεμοέντων placet Heathio. 589. φράσαι] Heathius corr. φρίσσει. 590, 591. Metri causa sic constituit Pauw.

Ἀλλ' ὑπέρτολμόν γ' ἄνε-
ρος φρόνημα τὶς ἂν λέγοι.

Priorem versiculum Heathius ita conformat:

Ἀλλ' ὑπέρτολμον μὲν ἀν—.

593. καὶ παντόλμους] καὶ παντολμίους conj. Heath.

μεταίφνιος, quod est apud Hesychium. Ubi de terrore fulminis agitur, nihil fere aptius est, quam *repentinæ* ejus apparitionis mentionem facere, qua maxime scimus et animalia et homines perterreri. Λαμπὰς de *fulmine* ap. Euripid. Bacch. 594. ἅπτε κεραύνιον αἴθοπα λαμπάδα. Sic *trisulca mundus ardescit face* Senec. Hippol. v. 681. Semper tamen, ubi sic ponitur λαμπὰς, cum epitheto aliquo fulmen perspicue significante conjungatur necesse est. λαμπάδας igitur πεδαιφνίους καὶ πεδηόρους, præsertim in vicinia *procellarum*, nemini ambiguas esse puto, quin statim fulmina agnoscat.

588. κἀνεμοέντων. Haud dubie librarius errore quodam feminini generis formam, quam sequens αἰγίδων poscit, in masculinam detorsit.

593. καὶ παντόλμους. Hoc vocabulum nec antithetici versus metro respondet, et cum præcesserit ὑπέρτολμον, τλημόνων, vix est credibile Æschylum verborum minime inopem h. l. iterum adjectivo a verbo τολμᾷν derivato usum esse. παναθλίους, quod proposui, nec a metro, nec a sensu abhorret; idque sequentibus verbis ἄταις συννόμους βροτῶν magis declaratur.

595. Ξυζύγους ὁμαυλίας. Hæc vocabula diligenter lecta, cum et ad bruta et ad homines referantur (κνωδάλων τε καὶ βροτῶν). Significant autem omnem ex vitæ societate domestica consuetudinem, adeoque vincula inter parentes et liberos, inter fratres et sorores, inter maritos et uxores designant. Omnia enim hæc vincula ceteroquin sanctissima rumpuntur illicito mulierum amore. Sic quoque feræ cum gregalibus suis acerrime propter amores depugnant.

τος ἔρως παρανικᾷ
Κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.
Ἴστω δ', ὅστις οὐχ — στροφὴ β'.
Ὑποπτέροις φροντίσιν δαεὶς,
Τὰν ἁ παιδολύ-
μας τάλαινα Θεστιὰς μήσατο
Πυρδαῆ τινα πρόνοιαν,
Αἴθουσα παιδὸς δαφοινὸν
Δαλὸν ἥλικ', ἐπεὶ μολὼν

598. βροτῶν] βοτῶν Rob. 600. ὑποπτέροις] ὑπόπτερος al. teste Steph. 603. πυρδαῆ] πυρδαὴς Turn. 604. αἴθουσα] καίθουσα Ald. Rob.

599. sqq. Meleager cum aprum Calydonium una cum lecta juvenum manu (quos nominatim recenset Ovid. Metam. viii. 300. sqq.) adortus, et quoniam ejus præcipua in hac pugna virtus enituisset, exuviis apri præmii causa donatus esset, Atalantam Schœnei filiam, ipsam quoque venationis sociam, amore ductus hisce spoliis ornavit. Quem honorem cum puellæ Meleagri avunculi, Thestii filii, matris Althææ fratres invidissent, per vim ei munus eripiunt, propter eaque a Meleagro occiduntur. Quam fratrum cædem ægerrime tulit Althæa, filioque mortem, vel ut Homerus narrat Iliad. ix. 562. imprecationibus, vel ut recentiores perhibent, mirabilem illum titionem, cujus a conservatione filii vita pendebat, comburendo, acceleravit. Nempe secundum Ovidium

> Stipes erat, quem cum partus enixa jaceret,
> Thestias, in flammam triplices posuere sorores,
> Staminaque impresso fatalia pollice nentes
> Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique
> O modo nate, damus. Quo postquam carmine dicto
> Excessere deæ, flagrantem mater ab igne
> Eripuit torrem, sparsitque liquentibus undis.

Hanc igitur fabulam, etiam Apollodoro lib. i. c. 8. et Diodoro Siculo lib. iv. c. 34. memoratam hic sequitur Æschylus.

603. πυρδαῆ πρόνοιαν. *Astutiam in comburendo* illo titione *spectatam*. Audax est verborum compositio, sed ab ingenio Æschyleo haud aliena, ut lectio Turnebiana πυρδαὴς minime revocanda sit.

604. δαφοινόν. Stanl. vertit *cruentum*, et in notis exponit *candentem*. At hoc ferri non potest. Aut igitur reddendum est *torrem sanguinarium*, h. e. mortis Meleagri, dum comburebatur, auctorem, quemadmodum Ovidius *funereum* dixit, Metam. viii. 511.

> funereum torrem medios conjecit in ignes.

aut si hoc tibi catachresticum videatur, videas an legendum potius sit παιδὸς δαφοινοῦ, *cruenti filii*, h. e. Meleagri sanguine avunculorum Althææ fratrum polluti.

605. ἥλικα. Quia hujus titionis conservatio cum Meleagri recens nati salute conjungebatur, recte poterat Meleagri *æqualis* dici.

Ματρόθεν κελάδησε,
Ξύμμετρόν τε διὰ βίου
Μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.
Ἄλλαν δεῖ τιν᾽ ἐν ἀντισ. β'.
Λόγοις στυγεῖν φοινίαν Σκύλλαν,
Ἅτ᾽ ἐχθρῶν ὕπαὶ
Φῶτ᾽ ἀπώλεσεν φίλον, Κρητικοῖς
Χρυσεοδμήτοισιν ὅρμοις
Πεισθεῖσα, δώροισι Μίνω,
Νίσον ἀθανάτας τριχὸς
Νοσφίσασ᾽ ἀπροβούλως

608. μοιρόκραντον] μοιρόκρατον Rob. Turn. 609. ἄλλαν δεῖ] ἀλλὰ δὴ Ald. Rob. ἀλλὰ δεῖ Turn. 614. πεισθεῖσα] πειθήσασα Ald. Rob. πείθουσα conj. Pauw.

607. ξύμμετρον—ἦμαρ. Sic Ovidius de hoc titione l. l. v. 458. sq.

Ille diu fuerat penetralibus abditus imis
Servatusque tuos juvenis servaverat annos.

609. sqq. De Scylla, Nisi Megarensium regis filia, duplex est fabularum series. Alii narravere, cum Minos Cretæ rex Megara urbem obsideret, Scyllam a Minoë aureo monili corruptam, Niso patri capillum abscidisse, a cujus conservatione vita ejus esset suspensa. Sic Apollodorus iii. 15. 8. qui tamen doni illius mentionem haud facit. Alii, ut Ovidius Metamorph. lib. viii. et Virgilius in Ciri, amore Minois captam fuisse Scyllam perhibent, purpureum in Nisi vertice capillum urbi et regno fatalem fuisse, adeo ut Megara capi non possent, quamdiu ille incolumis maneret. Hunc igitur capillum clam a patris capite abscissum Scyllam Minoi tradidisse.

Nam capite a summo regis, mirabile dictu,
Candida cæsaries, florebant tempora lauro,
At roseus medio fulgebat vertice crinis,
Cujus quam servata diu natura fuisset
Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
Concordes stabili firmarunt numine Parcæ.

611. ἐχθρῶν ὑπαί. Non *inimicorum gratia*, ut Stanl. vertit, sed, *hostibus patriam obsidentibus*.

612. φῶτα—φίλον. *Virum summa caritate sibi conjunctum*, h. e. patrem. φίλον opponitur τῷ ἐχθρῶν.

615. ἀθανάτας τριχός. *Capilli immortalitatem Niso, si servatus fuisset, conciliaturi.*

616. νοσφίσασ᾽. *Spolians.* Ovid. Met.

fatali nata parentem
Crine suum spoliat; unde ei nomen *Ciris*, Virgil.

et a tonso est hoc nomen adepta capillo.

616. ἀπροβούλως. Stanleius, qui lectionem ἁ κυνόφρων servat, hoc ἀπροβούλως ad Scyllæ imprudentiam refert, quod calamitosum sibi fore faci-

Πνείοντ' ἀγανόφρον' ὕπνῳ,
Κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς.
Ἐπεὶ δ' ἐπέμνησα μὲν ἀμειλίχων στρ. γ'.
Πόνων ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς γαμή-

617. ὕπνῳ] πνίον θ' ἀκανόφρων ὕπνῳ. corrupte Ald. πνέονθ' ἁ κυνόφρων ὕπνῳ Rob. πνέονθ' ἀγανόφρονι ὕπνῳ Turn. 619. ἐπέμνησα μὲν] ἐπεμνήσαμεν edd. ἐπεμνησάμεσθ' conj. Pauw. 620. πόνων] Stanl. mavult πόθων.

noris exitum haud providisset. Sed etiamsi lectio ἁ κυνόφρων metro haud adversaretur, præferenda tamen esset suavitate imaginis altera, quam expressimus in textu, ἀπροβούλως πνείοντ' ἀγανόφρον' ὕπνῳ, *improvide blando in somno stertentem.* Scyllæ vero pœna sequenti demum versiculo 618. tangitur.

618. κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς. Male Scholiastes, quem Heathius quoque sequitur, ad Nisum refert. Nisum enim capillorum furto mortuum esse, jam v. 612. satis declaratum erat. Multo magis attinebat Scyllæ pœnam hic tribus verbis memorare, quod Chorum odio facinoris incensum, et nunquam non vindictæ divinæ cogitatione erectum maxime decebat. Sed quid significat *Mercurium eam assecutum esse?* Vulgo accipiunt de *morte,* quia Mercurius est πομπαῖος *animarum deductor;* Pauwius autem ad Mercurium lucrorum præsidem retulit, quod cur Heathius adeo fastidiose spernat, non video. Cum enim Tragicus memorasset Scyllam aureo monili, adeoque lucri potius cupiditate, quam amore ductam parricidio se contaminasse, quidni Chorus hoc sarcasmo narrationem concludat: *Sed assecutus est ipsam lucro inhiantem Mercurius lucrorum præses, eamque gravi damno mactavit.* Ceterum de Scyllæ pœna cf. Virgil. Cir. v. 389. et quos ibi laudat Heynius V. C.

619. ἀμειλίχων πόνων. Πόνων vix satis congruit antecedentibus. Itaque Stanleius πόθων emendabat, quod sane non aspernarer, nisi in promtu esset legere ἀμειλίχων φόνων, nam duas jam cædes a mulieribus factas memoraverat Æschylus, jamque transit ad Agamemnonis cædem.

620. ἀκαίρως δέ. Valde importunum est hoc ἀκαίρως! Cur enim, quæso, Chorus intempestivum dicat h. l. cædis Agamemnoniæ mentionem facere? Neque vero Abreschii rationem opinor multis probatum iri, qui ἀκαίρως δὲ ad priora refert vertitque: *quamquam loco non commodo,* quia ante omnia facti tam atrocis cædis Agamemnonæ mentio fuisset facienda. Præterea hic deesse videtur verbum, a quo sequentes accusativi γαμήλευμα —μητίδας—ἑστίαν—αἰχμὰν pendeant. Hoc verbum nonnulli ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex ἐπεμνήσαμεν, repetunt ut suppleatur ἐπεὶ δ' ἐπεμνήσαμεν—μνήσομεν δὲ καὶ δυσφιλές. Si quis igitur hoc arripiat, ei auctor sim, ut ἀχηρὲς pro ἀκαίρως reponat. Mihi vero incommodum h. l. videtur verbum diserte expressum abesse. Itaque sic Æschylum scripsisse conjicio:

Ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων
Φόνων, ἀγείρω δὲ δυσφιλὲς γαμή-
λευμ' ἀπεύχετον δόμοις.

Quandoquidem vero mentionem feci immitium cædium a mulieribus perpetratarum, *memorabo etiam exosum illud* Ægisthi et Clytæmnestræ *abominandumque conjugium* etc. Sic ἀγείρω recurrit v. 634. ubi Scholiastes interpretatur συνάξας κατηγορῶ, quod optime huic quoque loco v. 620. convenit, ubi complura deinceps recensentur, et quasi *colliguntur.*

λευμ' ἀπεύχετον δόμοις,
Γυναικοβούλους τε μητίδας φρενῶν·
Ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
Ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότῳ σέβας·
Τίων δ' ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων
Γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν.
Κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον   ἀντ. γ'.

623. abest Rob.   625. τίων δ'] τοιῶν δ' Turn. τίω δ' conj. Stanl.

624, 625. ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότῳ σέβας· τίων δέ. Circa hunc locum trepidant interpretes, nec vidi quemquam, qui se commode satis ex hisce tricis expediret. Stanleius pro τίων δὲ legit τίω δὲ, vertitque: *Contra maritum etiam hostibus formidandum et verendum; colo vero ignem ædium non calescentem, femineamque minime audacem hastam.* Idem amplectitur Heathius, qui tamen paulo clarius explicat: *contra vero approbo ædium penetralia omni perturbatione immunia, animos mulierum inaudaces.* Sed vellem docuissent viri docti, quid h. l. sit *ignis ædium non calescens*, aut quomodo ἀθέρμαντον ἑστίαν possit significare ædium penetralia *omni perturbatione libera.* Et si post σέβας cum Heathio supplere velis ἐστὶ, quam inconcinne et frigide hic interponitur locus communis: *Viro arma tractanti, viro contra hostes furenti inest decus quiddam venerandum.* Levi igitur correctione sic, nisi me omnia fallunt, et flumini verborum lyrico, et sententiæ gravitati consulemus:

Γυναικοβούλους τε μητίδας φρενῶν
Ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ
Ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότῳ· σ ε β α-
σ μ ί ω ν δ' ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων,
Γυναικείαν δ' ἄτολμον αἰχμάν.

Et astuta mulieris consilia, adversus virum bellicosum, adversus virum hostibus infensum; venerandarum vero ædium focum non calefactum, h. e. neglectum et inhonoratum, *mulierisque gladium immania facinora ausum.* ἑστία δόμων ἀθέρμαντος respicit fidem conjugii a Clytæmnestra læsam, quæ res adumbratur imagine ignis in foco a domestico per negligentiam aut contemtum exstincti. γυναικεία ἄτολμος αἰχμὰ de cæde Agamemnonis minime a muliere exspectanda. ἄτολμος est enim *qui audet, quæ audenda non essent, immaniter audet*, ut Agam. v. 385. ἀτόλμητος Ἄρης. Atque adeo his duobus versiculis inchoatæ v. 620—624. imagines pulcre absolvuntur.

627. κακῶν δὲ—τὸ Λήμνιον. "Satis nota est immanis illa mulierum Lemniarum in maritos crudelitas. Unde Pindarus Pyth. Od. 4.

Λημνιᾶν
τ' ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.

Orpheus;

Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ τόθι περ κακὰ ἔργα μεμήλει
Θηλυτέραις.

Rem narrant Scholiastes Pindari et Scholiastes Apollonii in lib. i. Argonaut. Similis est alia virorum crudelitas, hujus quasi ἀντίποινος, quam fuse narrat Herodotus lib. vi. paucis vero perstringit Eustathius ad Dionysium Afrum. Καὶ ἡ Λῆμνος δέ ποτε (inquit) ᾠκεῖτο ὑπὸ Πελασγῶν, ἐξ ὧν Λήμνια παροιμιάζονται κακὰ διὰ τοὺς φόνους οὓς ἐποίησαν, γυναῖκάς τε κτείναντες αἰχμαλώτους ἀδίκως καὶ παῖδας

Λόγῳ· γοᾶται δὲ δήπουθεν κατά-
πτυστον· εἴκασε δέ τις
Τὸ δεινὸν αὖ Λημνίοισι πήμασι.
Θεοστυγήτῳ δ' ἄχει
Βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος.
Σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.
Τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγείρω;
Τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος — στροφὴ δ'.
Διανταίαν ὀξυπευκὲς οὖται
Διὰ δίκας.

628. δήπουθεν] δήποθ' εἰ Rob. 630. αὖ] ἂν emend. Stanl.

οὓς ἐξ αὐτῶν ἐτεκνοποιήσαντο. Pelasgi multas Atheniensium mulieres rapuerunt, et cum iis in Lemnum abierunt; cumque jam ipsis filii nascerentur, eos Pelasgi ad unum omnes cum matribus interfecerunt, veriti ne aliquando viri facti Atheniensium injurias ulciscerentur. Ab hac et mulierum et virorum immanitate nata illa apud Hesychium, Suidam et Eustathium proverbia Λήμνια κακά· Λημνία χείρ· τὸ Λήμνιον βλέπειν, aliaque. Herodotus: Λήμνια ἔργα ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα πάντα τὰ σχέτλια νενόμισται καλέεσθαι.—" *Stanl.*

κακῶν δὲ πρεσβεύεται. *Inter omnia immania facinora maxime omnium sermone celebratur Lemnium, et cum abominatione deploratur; hoc autem* (Clytæmnestræ) *grave facinus haud immerito possit aliquis cum Lemnio comparare.* Nimirum v. 629. et 630. ut et metro et sententiæ satis fiat, rescribendum est

εἰκάσαι δέ τις
Τὸ δεινὸν ἂν Λημνίοισι πήμασι.

631. Θεοστυγήτῳ δ' ἄχει. Sine dubio legendum est ἄγει. Nempe ἄγος piaculum, scelus, quo quis se contaminavit, recte dicitur θεοστύγητον, non item ἄχος, *calamitas.* Jam sequentia etiam melius cohærent. *Piaculis autem deo exosis genus mortalium inhonoratum perit. Nemo enim id quod diis invisum est, colit.* θεοστύγητον ἄχος Heathius invita linguæ analogia interpretabatur *calamitatem ex odio deorum ortum.*

635. τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος. Hæc non universe ad justitiæ ultionem, sed ad ipsam Clytæmnestræ et Ægisthi cædem ab Oreste iis inferendam diriguntur. *Jam vero in eo est, ut sævus gladius adversa* eorum *pectora transfigat.*

ἄγχι πλευμόνων. " Eurip. Ione

διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με
Πνευμόνων τῶνδ' ἔσω.

—" *Stanl.*

636. ὀξυπευκές. Hesych. Ὀξυπευκὲς, ὀξύπικρον.

637. διὰ δίκας. Hæc lectio et metrum pessumdat, et sententiam obscurat. Reponendum arbitror

Βίᾳ Δίκας.

Nempe Justitiæ tribuitur gladius, facinorum Ægisthi et Clytæmnestræ vindex, hunc igitur ait poëta ejus *vi*, seu *violenta manu*, mox *in pectora* facinorosorum *adactum iri.* Eadem imago, qua nihil potest esse sublimius, paulo aliis coloribus informata recurrit infra, v. 945. sqq.

Τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ
Λὰξ πέδον πατούμενον.
Τὸ πᾶν Διὸς
Σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως.
Δίκας δ' ἐρείδεται πυθμήν. ἀντις. δ'.
Προσχαλκεύει δ' αἶσα φασγανουργός·

638. τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ λὰξ πέδον πατούμενον. Hic aberrarunt interpretes, quod non viderunt λὰξ πατεῖν duplicem vim habere, alteram propriam, qua significat, præsertim si πέδον ut h. l. diserte adjiciatur, *viam calcare, viam ingredi*, alteram metaphoricam, qua, pedibus calcare, idem est ac *negligere, contemnere*. Sic πέδον πατεῖν proprie sumtum occurrit Agam. 1368. Heathius vertit: *Quod enim contra jus fasque patratum est, non calce humi calcatur*, i. e. non negligitur, sicut vile quiddam, nullius æstimationis, quod pedibus conculcari solet. In quo, præter id quod diximus, Heathium etiam hoc fugit, si λὰξ πατεῖν *negligere* significet, semper inesse significationem *rei procaciter neglectæ et contemtæ, quæ coli potius et magni æstimari* debebat. Sic ponitur Eumenid. v. 110.

Καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα.

Sed cum negamus Justitiam divinam improbos negligere, h. e. cum in eos animadvertere dicimus, hoc profecto sic græce enuntiari non potest: τὸ μὴ θέμις οὐ λὰξ πέδον πατούμενον. Itaque si pignoribus in ejusmodi rebus locus esset, quovis pignore certarem, Æschylum scripsisse:

Τὸ μὴ θέμις γὰρ ὁ ρ ῶ
Λὰξ πέδον πατούμενον.

Video enim injustitiam campum s. *viam esse tritam et ab hisce hominibus calcatam*: *Ich sehe, die Ungerechtigkeit ist ein sehr betretnes Feld*. Jam optime conveniunt sequentia

Τὸ πᾶν Διὸς
Σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως.

Quippe qui omnia, quæ Jovis legibus sancta et veneranda sunt, nefarie transgredi haud dubitaverint. Διὸς σέβας, *Jovis majestas*, h. l. *sancta ejus jura* designat. παρεκβάντες est nominativus consequentiæ. Jam allegoriæ tenorem diligenter servatum, imaginemque sibi bene constare vides. *Homines improbi* dicuntur rectam divinarum legum *tramitem transgressi, ita ut jam in via injustitiæ ambulent, eamque pedibus calcent*.

642. δίκας δ' ἐρείδεται πυθμήν. *Justitiæ radix firmatur*. Sic vertit Stanleius. Πυθμὴν tamen *ramum* potius quam *radicem* significat. Præterea hæc sententia sequentium verborum nexum prorsus interturbat. Scholiastes intp. ῥίζα δικαιοσύνης καταβάλλεται, ut videatur in suo codice legisse ἐ ρ ε ί π ε τ α ι, non ἐρείδεται. Iterum mihi videor conjectura veram Æschyli manum indagasse. Corrigendum enim censeo:

Δίκη δ' ἐρείδεται πυγμήν,

Justitia autem roboratur quoad pugnum, h. e. *viribus in pugnum collectis*, quo gladium tenet, *accingit se ad pugnam*. Sic l. l. v. 945. dicitur Justitia χερὸς ἐτήτυμος.

643. Προσχαλκεύει δ' αἶσα φασγανουργός. Justitiæ ultrici poëta Fatum s. Parcam sic fingit subministrare, ut militi armorum fabrum. Videtur animo ejus insedisse Vulcani species Achilli Patrocli cædem ulturo arma fabricantis. Similis fere Δίκας et Μοίρας compositio Agam. v. 1546. sq.

Τέκνον δ' ἐπεισ-
φέρει δώμασι
Αἱμάτων παλαιτέρων.
Τίνει μῦσος

646. αἱμάτων] δωμάτων Ald. Rob. Turn. Stanleius ita distinguendum existimabat:

τέκνον δ' ἐπεισ-
φέρει δώμασι.
Αἱμάτων παλαιτέρων
Τίνει μῦσος etc.

647. τίνει] τείνει Ald. Rob.

644, 645. τέκνον δ' ἐπεισφέρει δώμασι. Et metrum et sententia defectu laborant, ita ut arbitror supplenda:

Τέκνον δ' ἐπεισ-
φέρει δόμοισι νέον.

Sic νέον opponitur τῷ παλαιτέρων, (ut in eadem re, Agam. v. 1491. τὸ παλαιὸν ἄχος et νέος ἰχὼρ opponuntur) et v. 645. ut nunc est prorsus ἄμετρος strophici metro prorsus exæquatur.

647. τίνει μῦσος. Stanl. intp. *punit scelus.* At τίνειν non est *punire facinus, sed pœnam facinoris luere.* Schol. vertit ἀπαιτεῖ, quo quidem verbo non τίνει, sed aliam nescio quam lectionem expressisse videtur. Nobis vero corrigendum videtur

Τείνει μῦσος.

Furia dudum invocata, profunda mentis altitudine pollens, extendit scelus, h. e. longa serie scelera cum sceleribus connectit, ita ut priora a posterioribus puniantur. Sic τείνειν φόνον apud Eurip. Suppl. v. 672. (neglecta sepultura) cædem in longum extendere, et quasi perpetuare. Jam totum quod hucusque tractavimus Chori canticum adjecta versione germanica ponemus, ut loca a nobis emendata uno obtutu perlustrari, et quid ad universi argumenti conformationem, colorumque poëticorum floriditatem crisis nostra contulerit, facilius intelligi possit:

Στροφὴ α'.

Πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει
Δεινὰ δειματοῦν δάκη,
Ποντίας τ' ἀγκάλας κνωδάλων

Ἀνταίων βροτοῖς
Πλάθουσι βλάσται· καὶ πεδαιφνίους
Λαμπάδας πεδαόρους

Πτηνά τε καὶ πεδοβάμονα κἀνεμοέντων

Αἰγίδων φρίσσει κότον.

Str. 1.

Zwar ernährt die Erde schon
Furchtbarer Gewilde viel;
Und des Meers weiten Schooss füllt die Brut
Menschenfeindlicher
Seeungeheuer; und den plötzlichen
Hoch vom Himmel leuchtenden Blitz
Fürchtet Vogel und Säugthier,
Fürchtet der stürmenden Windsbraut
Unaufhaltsamen Zorn.

Χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων Ἐριννύς.

'Αντιςροφὴ α'.

'Αλλ' ὑπέρτολμον ἀν-
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι;
Καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων;
Καὶ π α ν α θ λ ί ο υ ς
Ἔρωτας ἄταις ξυννόμους βροτῶν;

Ξυζύγους θ' ὁμαυλίας

Θηλυκρατὴς ἀπέρω-
τος ἐρὼς παρανικᾷ
Κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.

Antist. 1.

Aber wer ermisst des Manns
Ueberkühnen Frevelsinn?
Wer des allwagenden Weibes Rath?
Wer der Liebe Macht,
Der leidigen, der Unglücksnachba-
rinn?
Jedes häusliche Freundschaft-
sband
Unter Menschen und Thieren
Bricht der weiberbeherrschenden
Lieb' unliebliche Wuth.

Στροφὴ β'.

Ἴςω δ' ὅτις οὐχ
Ὑποπτέροις φροντίσιν δαεὶς,

Τὰν ἁ παιδολύ-
μας τάλαινα Θεςιὰς μήσατο
Πυρδαῆ τινα πρόνοιαν,
Αἴθουσα παιδὸς δαφοι ν ο ῦ

Δαλὸν ἥλικ', ἐπεὶ μολὼν

Ματρόθεν κελάδησε

Ξύμμετρόν τε διὰ βίου

Μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.

Str. 2.

Denke doch jeder, wer
Nicht mit flüchtigem Leichtsinn
lernt,
Welche List ihren Sohn
Zu verderben Althæa ersann,
Welche feuergelehrte Erfindung?
Ins Feuer warf sie des blutigen
Sohns
Seit seiner Geburt erhaltnen
Löschbrand,
Ihn, der seit seinem ersten
Wimmern,
Bis zum bestimmten Todes-
tage,
Maassstab seines Lebens war.

'Αντιςροφὴ β'.

Ἄλλαν δεῖ τιν' ἐν
Λόγοις ςυγεῖν φοινίαν Σκύλλαν,
Ἅτ' ἐχθρῶν ὕπαὶ
Φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον, Κρητικοῖς
Χρυσεοδμήτοισιν ὅρμοις
Πεισθεῖσα, δώροισι Μίνω,

Νίσον ἀθανάτας τριχὸς
Νοσφίσασ', ἀκροβούλως
Πνείοντ' ἀγανόφρον' ὕπνῳ.
Κιχάνει δέ μιν Ἑρμῆς.

Antist. 2.

Solch eine Mörderinn
Nennt an der Scylla mein Gesang,
Die dem Feind vor dem Thor
Ihren eigenen Vater verrieth!
Von Geschenken des Minos bestochen,
Ach durch ein goldnes Halsband be-
thört
Stiehlt sie des Nisus Purpurlocke,
An der sein Leben hing, indess er
Im sanften Schlummer sicher träumte.
Doch sie zog das schlimmste Loos.

Στροφὴ γ'.

Ἐπεὶ δ' ἐπεμνη σ ά μ η ν ἀμειλίχων

Str. 3.

Und weil mein Lied so herzempörender

ΟΡΕΣΤΗΣ. ΠΥΛΑΔΗΣ. ΟΙΚΕΤΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

Ὀρ. ΠΑΙ, παῖ, θύρας ἄκουσον ἑρκείας κτύπον.

Φόνων, ἀγείρω δὲ δυσφιλὲς γαμη-
λευμ' ἀπεύχετον δόμοις
Γυναικοβούλους τε μητίδας φρενῶν
Ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ
Ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότῳ· σέβα-
σμίων τ' ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων
Γυναικείαν τ' ἄτολμον αἰχμάν.

Mordthaten denkt, führts auch den Liebesbund,
Den grässlichen herbey, den unser Herz verwünscht;
Der schlauen Königinn verrätherische Erfindung
Gegen den Helden, ihren Gemahl,
Gegen den Helden, der Feinde Schrecken;
Des hohen Hauses unbesorgten Herd,
Und des Weibes frevelkühnen Dolch.

Ἀντισ. γ'.

Κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον
Λόγῳ. γοᾶται δὲ δή ποθεν κατά-
πτυστον· εἴκασαι δέ τις
Τὸ δεινὸν ἂν Λημνίοισι πήμασι.
Θεοστυγήτῳ δ' ἄγει
Βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος.
Σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.
Τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγείρω;

Antist. 3.

Sonst ist vor allen Greuelsünden wohl die Schuld
Der Lemnischen Ehweiber hochberühmt,
Ein allgemeines Scheusal; aber jene That
Vergleicht man billig wohl dem Lemnischen Verbrechen.
Gedrückt von Gottverhasster Blutschuld
Geht dis Geschlecht mit Schanden unter.
Denn niemand ehrt, was Göttern unwerth ist.
Hab ich nicht dis anzuführen Recht?

Στροφὴ δ'.

Τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος
Διανταίαν ὀξυπευκὲς οὖται
Βίᾳ Δίκας.
Τὸ μὴ θέμις γὰρ ὁρῶ
Λὰξ πέδον πατούμενον.
Τὸ πᾶν Διὸς
Σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως.

Str. 4.

Aber bald wird ihre Brust
Das bittre Todesschwert durchdringen
Von mächtiger Rache geführt.
Denn Ungerechtigkeit, seh'ich,
Ist ein sehr betretnes Feld
Und jedes hohe Gesetz des Zeus
Haben sie freventlich überschritten.

Τίς ἔνδον, ὦ παῖ; παῖ, μάλ' αὖθις, ἐν δόμοις;

'Αντις. δ'.

Δίκα δ' ἐρείδεται πυγμήν.
Προσχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανοῦργος.

Τέκνον δ' ἐπεισ-

φέρει δόμοισι νέον

Αἱμάτων παλαιτέρων.
Τείνει μῦσος
Χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων 'Ερινύς.

Antist. 4.

Doch schon rüstet ihre Faust
Die Rache, und ihr stählt das Schicksal
Auf seinem Ambos schon das Schwert.
Von alter Blutschuld wird ein neuer Sprössling
Diesem Hause zugeführt,
Und so verlängt den Grevel noch
Der lang erflehten Erinnys Tiefsinn.

Jam mihi comparet aliquis versionem hujus cantici Gallicam, ab Anonymo editam. (*Oreste ou les Choëphores*, Tr. d' *Eschyle*. Paris 1770. p. 63.)

" *Les airs sont peuplés d'oiseaux cruels et redoutables; les rochers de la mer recèlent dans leurs antres creux des monstres ennemis des mortels; les vapeurs exhalés de la terre forment dans les nues la foudre et les tempêtes; de ces oiseaux, de ces monstres, de ces tempêtes, on connoît jusqu' où va le danger, on peut s' en defendre.*

Mais qui connoît jusqu' où peut aller l'audace des humains? qui connoît ce dont est capable une femme hardie, et jusqu' où peut porter une passion effrenée, l'amour? l'amour fait pour le malheur des mortels; l'amour, tyran cruel, qui, s'il asservit une fois le cœur d'une femme, la fait surpasser en fureur les hommes et les animaux les plus féroces.

Faut-il en convaincre celui même que n'a point instruit la haute philosophie? qu' il songe à l' horrible projet, qu' osa concevoir la malheureuse fille de Thestie pour perdre son propre fils. Elle ne craignit point d'enflammer le fatal tison auquel les Parques avoient attaché la durée de sa vie à l'instant qu'il vit le jour et qu'il fit entendre ses premiers cris.

On se rappelle encore avec indignation la cruelle Scylla, qui séduite par l'or des Cretois et par les dons de Minos, fit périr pour plaire à ses ennemis, un mortel qu' elle eût dû chérir. L' impie! Elle coupa sans balancer l'immortel cheveu de Nisus endormi, et soudain Mercure l'entraina chez les Ombres.

Puisque nous retraçons ici ces malheurs affreux, joignons encore (exemple trop frappant) joignons un odieux hymen, funeste à une famille entière, et les embûches qu'une épouse osa dresser à un époux vaillant et courageux. Qu' un homme se venge avec courage de ses ennemis, c'est sa gloire et sa grandeur; l' honneur d'une femme est de régler en paix sa maison; que jamais elle n'ose armer ses mains.

Mais le plus abominable crime est celui dont Lemnos fut temoin; il excite partout l' horreur et l' indignatione. Que peut-on comparer aux forfaits que cette Isle a vu commettre? Aussi la race entière, dont l'odieux sacrilège avoit irrité les Dieux, également abhorrée des mortels a disparu de la terre; car l'ennemi des Dieux devient celui des hommes.

De ce terrible exemple, que ne dois-je point augurer? Le glaive tranchant de la Vengeance menace de près deux têtes criminelles. Les forfaits ne restent point impunis. Jupiter fut outragé par un parricide, mais les fondemens de sa justice sont inébranlables. La Parque aiguise ses traits, elle ramene un fils dans cette maison; et la Furie vengeresse, qui n'oublie point les coupables, vient demander compte d'un sang versé depuis long-temps.

Τρίτον τόδ' ἐκπέραμα δωμάτων καλῶ,
Εἴπερ φιλόξενός ἐστιν Αἰγίσθου βία.
Οἰ. Εἶεν· ἀκούω. Ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν;
Ὀρ. Ἄγγελλε τοῖσι κυρίοισι δωμάτων,
Πρὸς οὕσπερ ἥκω καὶ φέρω καινοὺς λόγους.
Τάχυνε δ', ὡς καὶ νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται
Σκοτεινὸν, ὥρα δ' ἐμπόρους μεθιέναι
Ἄγκυραν ἐν δόμοισι πανδόκοις ξένων.
Ἐξελθέτω τις δωμάτων τελεσφόρος

652. φιλόξενος] φιλόξεν' Ald. βία] δίαι Ald.

IN SCENAM IV.

v. 649—663.

Orestes cum Pylade ad aulam ædium regiarum accedit, foresque pulsat; janitorem deinde, unde veniat, sciscitantem jubet dominis nuntiare, adesse hominem, qui nova quædam narraturus, cum ipsis colloqui velit.

651. τρίτον τόδ' ἐκπέραμα. Recte vertit Heathius: *Jam tertium clamo, ut aliquis ex ædibus prodeat, siquidem Ægisthus hospites benevole excipere solet.* Prorsus ridicule Gallus interpres *du Theil* ἐκπέραμα pro *excubiatore* (*für eine Schildwache*) accepit.

653. ποδαπὸς ὁ ξένος; "Verte: *unde seu cujas es hospes?* non *cujas est,* ut male interpres hic pariter atque v. 571. Nominativi ponuntur attice pro vocativis. Vid. *Bos* ad Luc. 18. 13. Ex Nostro, ut videtur, citat Eustath. ad Il. φ'. p. 1337. et exponit ποίου ἐδάφους ἢ γῆς." *Abresch.*

654. Ἄγγελλε. Scil. ἐμὰν παρουσίαν vel ἐμέ. Nostri dicunt: *Melde mich bey der Herrschaft.*

655. καινούς. Quod Abreschio in mentem venit κοινοὺς λόγους, *quos scire utriusque interest,* id minime probandum. Infr. v. 732. νεάγγελτος φάτις eodem sensu, quo h. l. καινοὶ λόγοι.

656. νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται. "Non tantum Soli sive Diei currum tribuere Poëtæ, sed etiam Nocti. Euripides, fragm. Androm. xxviii:

Ὦ νὺξ ἱερὰ ὡς μακρὸν
Ἵππευμα διώκεις ἀστεροειδῆ
Νῶτα διαφέρουσα.

Theocr. Idyll. 2.

— —χαίρετε δ' ἄλλοι
Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

—" *Stanl.*

657. ἐμπόρους. "I. e. ὁδοιπόρους, ut in Sophocl. Œd. Colon. v. 955. 307.

659. ἐξελθέτω τις—γυνὴ, τόπαρχος. "I. e. ἢ τόπαρχος ut in Eumen. v. 785. τί ῥέξω; γένωμαι; pro ἢ γένωμαι, quod nec latuit Schol. cujus explicatio ἀρχηγὸς, διοικητὴς, non videtur esse τοῦ τελεσφόρος, sed ad τόπαρχος referenda, quod verbum non comparet in Stephani Thesauro; nec vertendum adeo erat *loci domina,* sed *dominus,* quod manifestum, ni fallor, est ex eo quod subdit, ἄνδρα δ' εὐπρεπέστερον, puta ἐξελθεῖν. Δόμων ἄνακτα vocat Eurip. Helen. v. 472. et 512. Per τελεσφόρον γυναῖκα intelligit matrem familias, heram, quacum de negotio transigi potest. Hesych. Τελεσφόρος οἶκος τοῦ γεγαμηκότος καὶ τεκνώσαντος, pulcre sane, quisquis ille demum, qui ita fuit locutus." *Abresch.*

Ego vero per δωμάτων τελεσφόρον γυναῖκα intelligere malim mulierem cui res domestica credita si (*eine*

Γυνὴ, τόπαρχος. Ἄνδρα δ' εὐπρεπέστερον.
Αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
Λόγους τίθησιν· εἶπε θαρσήσας ἀνὴρ
Πρὸς ἄνδρα, κἀσήμηνεν ἐμφανὲς τέκμαρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ. ΠΥΛΑΔΗΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. ΗΛΕΚΤΡΑ. ΧΟΡΟΣ.

Κλ. ΞΕΝΟΙ, λέγοιτ' ἂν εἴ τι δεῖ· πάρεστι γὰρ

660. τόπαρχος] τἄπαρχος Rob. 611. οὐκ ἐπαργέμους] οὖν ἐπαργέμους conj. Heath. 663. κἀσήμηνεν] Legendum κἀσήμην' ἂν *Heath.*

Schaffnerin), non enim videtur Orestes postulare, ut ipsa statim regina exeat: et illud τις post ἐξελθέτω prorsus esset supervacuum, si reginam voluisset intelligi. Sic Orestes apud Euripidem sororis domicilium quærens, El. 104.

Ἢ γάρ τις ἀροτὴρ, ἤ τις οἰκέτις γυνὴ
Φανήσεται νῷν ἥντιν' ἱστορήσομεν,
Εἰ τούσδε ναίει σύγγονος τόπους ἐμή.

Neque vero dissimulandum puto, mihi τόπαρχος haud placere. Nisi enim exemplis ex antiquissimis scriptoribus græcis docear, vocabulum τόπαρχος jam tum usu receptum fuisse, pro δόμων ἄναξ, non possum, quin suspicer id ex interpretamento fluxisse.

661. οὐκ ἐπαργέμους. Absurdum est, quod Scholiastes dicit, οὐκ h. l. πλεονάζειν. Nec Stanleius tamen nec Heathius hic extricare se potuerunt. Itaque illi in mentem venit οὐκ ἀπαργέμους, huic autem οὖν ἐπαργέμους rescribere. Neutrum necessarium. Vere enim Abreschius monuit negandi particulam hic tantum, ut fit, transpositam esse, recteque vertit: *Neque enim, vir cum viro sermonem si habeat, pudor intermiscet verba obscura*, secus nempe ac fieri solet, si cum muliere colloquatur.

662. λόγους. Haud scio, an parum Æschyleum sit ἐν λεχθεῖσιν—λόγους τιθέναι. Fortasse poëta scripserat:

Αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
Πλόκους τίθησιν.

Sic πλόκιοι λόγοι apud Homerum Odyss. ν'. v. 295. quod Eustathius interpretatur λόγους σκολιοὺς καὶ πεπλεγμένους. Et quid in colloquiis viri cum muliere ob sexus reverentiam solennius est, quam verborum ambagibus et circuitionibus uti?

663. κασήμηνεν. Utique, quod Heathius monet, constructionis causa rescribendum est κασήμην' ἂν.

ἐμφανὲς τέκμαρ. Τέκμαρ h. l. non ut Abreschio placuit, i. q. τέλος s. πέρας notat, sed de *signo* accipiendum est, ἐμφανὲς τέκμαρ σημαίνειν igitur circumlocutio est, pro *aperte quæ significanda sint, significare*, metaphora fortasse a tesseris hospitalibus, vel etiam ab illis σήμασι, quæ ante usum scripturæ invectum nuntiis tradebantur, desumta. Istud et similiter, non tamen prorsus eodem modo, dicitur φήμης φέρειν ἐμφανῆ τεκμήρια Sophocl. El. v. 1115.

IN SCENAM V.

v. 664—714.

In hujus scenæ adornatione operæ pretium est artificium poëtæ cognoscere, quo Orestem sic loquentem induxit, ut singulis pæne verbis fictæ narrationis probabilitas augeretur.

664. sqq. πάρεστι—δικαίων τ' ὀμμάτων

Ὁποῖάπερ δόμοισι τοῖσδ᾽ ἐπεικότα,
Καὶ θερμὰ λουτρὰ, καὶ πόνων θελκτήρια,
Στρωμνὴ, δικαίων τ᾽ ὀμμάτων παρουσία.
Εἰ δ᾽ ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον
Ἀνδρῶν τόδ᾽ ἐστὶν ἔργον οἷς κοινώσομεν.
Ὀρ. Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων·
Στείχοντα δ᾽ αὐτόφορτον οἰκείᾳ σάγῃ
Ἐς Ἄργος· ὥσπερ δεῦρ᾽ ἀπεζύγην πόδας
Ἀγνὼς πρὸς ἀγνῶτ᾽ εἶπε συμβαλὼν ἀνὴρ
Ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδὸν,
Στρόφιος ὁ Φωκεύς· πεύθομαι γὰρ ἐν λόγῳ·
Ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν᾽, εἰς Ἄργος κίεις
Πρὸς τοὺς τεκόντας, πανδίκως μεμνημένος,
Τεθνεῶτ᾽ Ὀρέστην εἰπὲ, μηδαμῶς λάθῃ·
Εἴτ᾽ οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων
Εἴτ᾽ οὖν μέτοικον, εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον

671. στείχοντα—σάγῃ] στείχων δι᾽ αὐτόφορτον οἰκίας ἄγος Rob.

παρουσία. Incommode dictum videtur et frigide, *adest justorum oculorum præsentia.* Fortasse igitur liceat conjicere sic ab Æschylo scriptum esse:

δικαίοις τ᾽ ὄμμασι περιουσία

omnisque generis facultates, præsertim *victus abundantia, quæ, quantum in nobis est, justis oculis,* h. e. benevolis, non invidentibus, *ad usum patet.*

671. στείχοντα—σάγῃ. "Hoc est, *ipse gestans propriam* σάγην, cf. annot. ad v. 556." *Stanl.* Recte Gallus interpres: *chargé de mon propré bagage.*

672. ὥσπερ—πόδας. Quasi in parenthesi legendum, quod vidit Abreschius; *quemadmodum me huc venisse videtis.*

673. "συμβαλὼν ἀνὴρ est *obvius,* pro quo alias συμβολεῖν, vid. Sept. c. Theb. v. 358." *Abresch.*

674. ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδόν. Quia ὁδὸς tam *iter* quam *viam* significat, ἐξιστορήσας ὁδὸν est, *sciscitatus quo tenderem,* σαφηνίσας ὁδὸν autem, *viam cum monstrasset.*

676. ἐπείπερ ἄλλως. *Alia de causa, tuis negotiis intentus.* G. *Weil du doch ohnedem nach Argos gehst.*

677. πανδίκως μεμνημένος. "Sic πανδίκως ὑπίσχομαι Eumen. v. 807. et πανδίκως στελεῖν χιτῶνι Soph. Trach. 620. ubi exponunt Schol. ἀνενδοιάστως." *Abresch.* Nempe πανδίκως μεμνημένος, est, *bene ac diligenter, ut decet, memor;* uberiusque declaratur per μηδαμῶς λάθῃ. *Merke dir's ja recht sicher und gewiss, und vergiss es durchaus nicht.*

680. εἰς τὸ πᾶν. "Scil. χρόνου, id quod additur Eumen. v. 673. πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου." *Abresch.*

Θάπτειν, ἐφετμὰς τάσδε πόρθμευσον πάλιν.
Νῦν γὰρ λέβητος χαλκέου πλευρώματα
Σποδὸν κέκευθεν ἀνδρὸς εὖ κεκλαυμένου.
Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶπον. Εἰ δὲ τυγχάνω
Τοῖς κυρίοισι καὶ προσήκουσιν λέγων
Οὐκ οἶδα, τὸν τεκόντα δ' εἰκὸς εἰδέναι.
'Ηλ. Οἳ 'γὼ, κατ' ἄκρας ἐνθάδ' ὡς πορθούμεθα.
Ὦ δυσπάλαιστε τῶνδε δωμάτων Ἀρὰ
Ὡς πόλλ' ἐπωπᾷς κἀκποδὼν εὖ κείμενα
Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη,
Φιλῶν ἀποψιλοῖς με τὴν παναθλίαν.
Καὶ νῦν Ὀρέστης, ἦν γὰρ εὐβούλως ἔχων,

683. κεκλαυμένου] Forte κεκαυμένου. *Stanl.* 689. ἐπωπᾷς] ἐπ' ὠπαῖς Turn. ἐπ' ὠπᾶς Cant.

681. πόρθμευσον πάλιν. "Sic etiam loquitur Eurip. Iphig. Taur. v. 735. Ὅρκον δότω μοι τάσδε πορθμεύσειν γραφάς. Sophocli πορεύειν. Œd. Col. v. 1672. τάσδ' ἐπιςολὰς πατρὶ ταχεῖ πόρευσαν σὺν χρόνῳ—" *Abresch.*

683. κεκλαυμένου. Quamquam hæc lectio sensum præbet haud prorsus incommodum, multo tamen aptius est, quod Stanleius divinavit, κεκαυμένου *cadaveris rite combusti.* Et jam Abreschius huic emendationi Sophoclem favere vidit, Electr. v. 54. sqq.

— — ἄψορρον ἥξομεν πάλιν
Τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν
— — — — —
Ὅπως λόγῳ κλέπτοντες, ἡδεῖαν φάτιν
Φέροιμεν αὐτοῖς, τοὐμὸν ὡς ἔῤῥει δέμας
Φλογιςὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.

et v. 761. sqq.

Καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς ἐν βραχεῖ
Χαλκῷ μέγιςον σῶμα δειλαίας σπόδου
Φέρουσιν ἄνδρες.—

687. πορθούμεθα. Ineptissima est Stanleii conjectura, cui ipse tamen parum aut nihil tribuit, πορθμούμεθα. Sensus est: *eheu funditus igitur hic periimus!* Comparavit Abreschius Sophocl. Electr. v. 768. πρόῤῥιζον ἔφθαρται τοῖς πάλαι δεσπόταις τὸ πᾶν γένος.

689. ὡς πόλλ' ἐπωπᾷς. In hac lectionem nihil mutandum. Sensus est: *Quam multa oculis perlustras, et procul etiam bene constituta arcubus e longinquo bene collimantibus feriens, infelicem me omnibus amicis nudas et spolias.* Nempe in eo, quod Orestes peregre tutus esset, ac fortasse ex exsilio redux patris necem ulcisci posset, omnem Electra spem habebat repositam.

692. ἦν γὰρ—πόδα. Hæc veluti per parenthesin inter se conjungenda bene intellexit Stanleius, ut profecto mirer Heathio aliud placuisse, qui sic distinguendum censet:

Καὶ νῦν (Ὀρέστης ἦν γὰρ εὐβούλως ἔχων)
Ἔξω κομίζων — — πόδα.

Sensus nimirum optime sic decurrit: *Et jam quidem Orestes (prudenter enim egerat, quod pedem extra hoc limen perniciosum extulerat) jam vero* etc. Non opus est emendationem nostram βηλοῦ pro

Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου βηλοῦ πόδα,
Νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.
Ὀρ. Ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσι
Κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον
Γνωστὸς γενέσθαι καὶ ξενωθῆναι· τί γὰρ
Ξένου ξένοισίν ἐστιν εὐμενέστερον;
Πρὸς δυσσεβείας δ' ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσὶ

693. κομίζων] νομίζων Ald. βηλοῦ] Sic emendavimus pro vulg. πηλοῦ. 694. νῦν δ' ἥπερ] νῦν δήπερ Rob. καλῆς] Pauwius Heathio comprobante corr. κακῆς. 695. παροῦσαν ἐγγράφει] προδοῦσαν ἐγγράφει conj. Pauw. παροῦσαν ἐγγράφεις em. Heath.

πηλοῦ multis confirmare. Quod enim in proverbio est ἔξω πηλοῦ πόδα, ut Schol. quoque memorat, id ansam potuit librariis dare, ut πηλοῦ pro βηλοῦ scriberent, non autem, huic loco aptum esse πηλοῦ, inde efficitur.

694, 695. Νῦν δ' ἥπερ—παροῦσαν ἐγγράφει. Omnes fere editores atque interpretes in hoc loco hæserunt. Canterus emendabat ἀπούσαν ἐγράφου, parum commode ad sensum et orationis nexum. Heathio placebat ἐγγράφεις, oratione ad Ἀρὰν directa, quam sic interpretatur: Nunc vero spem illam, quæ licentiæ insanæ in *ædibus medicinam asserebat*, cum *præsto adest, in censum tuum refers*. Quod quam contortum ac durum sit, nemo non videt. Nihilo felicius in hoc loco versatus est Abreschius, qui hunc ordinem et sensum esse statuit, tanquam si scriptum legeretur, καὶ νῦν δὲ Ὀρέστης ἐγγράφει τὴν ἐλπίδα βακχείας καλῆς ἥπερ μόνη ἰατρὸς παρῆν ἐν τοῖς δόμοις. *Et nunc Orestes damnis reliquis, qua imprecatio, causata sua morte spem quoque addit, quæ sola nobis supererat, fore ut aliquando lætitia baccharemur.*—At βακχεία καλὴ ironice dicitur de *furoribus* Clytæmnestræ et Ægisthi, quorum sanctionem Electra ab Orestis adventu sperabat. Hæc βακχεία describitur v. 129—134. Itaque non opus est καλῆς in κακῆς cum Pauwio mutare. Sed inter reliqua hunc locum expediendi tentamina illud Pauwii commentum præ ceteris placet:

Νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν προδοῦσαν ἐγγράφει.

Spem inter proditrices refert. Haud scio tamen an magis se viris doctis probaturum sit, quod nobis in mentem venit:

Νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοις βακχείας καλῆς
Ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν προσπᾶσαν διαγράφει.

Jam vero omnem istam spem, quæ mihi aliquando domi mederi videbatur pulchris illis furoribus, prorsus expugnit ac delet.

697. κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων. Haud recte intp. Heathius *justis de causis*; sed potius hoc significat nuntius, vehementer se quidem optare, ut sibi licuisset bonum aliquem nuntium afferre, quo felicitas hujus familiæ non turbaretur; idque non solum se propterea optare, ut acceptior et gratior esset apud hospites, verum etiam benevolentia dictum.

700. πρὸς δυσσεβείας δ' ἦν ἐμοί. "Hoc perinde est, tamquam scripsisset ἔδοξεν

Τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις,
Καταινέσαντα καὶ κατεξενωμένον.
Κλ. Οὔτοι κυρήσεις μεῖον ἀξίων σέθεν,
Οὐδ᾽ ἧσσον ἂν γένοιο δώμασιν φίλος.
Ἄλλος δ᾽ ὁμοίως ἦλθεν ἂν τάδ᾽ ἀγγελῶν.
Ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους
Μακρᾶς κελεύθου, τυγχάνειν τὰ πρόσφορα.
Ἄγ᾽ αὐτὸν εἰς ἀνδρῶνας εὐξένους δόμων,
Ὀπισθόπους δὲ τούσδε καὶ ξυνεμπόρους·

701. δυσσεβείας δ᾽ ἦν] In edd. abest δὲ, quod hic supplendum esse vidit Pauw. 702. κατεξενωμένον] Male corrigit Pauw. κατεξηγουμένον. 703. ἀξίων] Sic edidimus postulante sententia et constructione, quod jam Pauwius vidit. Vulg. ἀξίως. 705. ἀγγελῶν] ἀγγέλλων Rob. 708—710. Omissi Ald. Rob. Turn. 709. Inepte Pauwius sic refingendum opinatur: ὀπισθόπουν δὲ τόνδε καὶ ξυνέμπορον.

εἶναι δυσσεβὲς, et τοιόνδε valet *tantam, tanti momenti rem.* cf. v. 743. Καρανῶσαι i. q. τελειοῦν uti expl. Hesych. *peragere.* Supra v. 524. πῆ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος, ubi Schol. exp. κεφαλαιοῦται, quomodo iterum Hesychius. Verba postrema interpreti non fuere pervia; Καταινέσαντα erat vertendum *cum promiserim,* Strophio nempe. Vid. v. 678. Sophocles Œd. Col. v. 1704. Καταίνεσον μήποτε προδώσειν τάσδ᾽ ἑκών· Ald. Suid. h. v. Ξυναινέσαι habuimus Agam. v. 1217." *Abresch.*

702. κατεξενωμένον haud aliter intelligendum est, quam de hospitio, quo fuerat apud Clytæmnestram exceptus, quod sane violasset, si grata potius, quam vera narrasset. Nam quod etiam de Strophii hospitio accipi posse putat Abreschius, quod nuntio, si peregisset mandata de Oreste, revertenti ac responsum referenti obtulerit, id justo subtilius est et altius, quam decet, repetitum.

706. ἀλλ᾽ ἴσθ᾽ ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους. "Eo intelligo sensu ἡμερεύειν, quo exponit Pollux i. 64. τὸ δι᾽ ὅλης τι πρᾶξαι ἡμέρας ἡ μ ε ρ ε ῦ σ α ι καὶ δ ι η μ ε ρ ε ῦ σ α ι, uti et Hesych. Διημερεύοντες explicat πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν. Gloss. vet. διημερεύω, *omnem diem exigo,* in quocunque nempe labore. vid. et Schol. Soph. ad Electr. v. 790. Hic loci supple ἐν τῇ ὁδῷ, seu potius ἐν τῇ μακρᾷ κελεύθῳ, quod et genitivis additis adsumi convenit, quos ceterum non putem regi ab ἡμερεύειν, sed ab adjecto τὰ πρόσφορα, atque distinctionem tollendam. Firmat me in ista opinatione Eurip. Hel. v. 515. ubi pari ratione habemus τὰ πρόσφορα τῆς νῦν παρούσης συμφορᾶς. Supra v. 668. πόνων θελκτήρια dixerat sensu non multum diverso." *Abresch.*

709. ὀπισθόπους. "Gravius hallucinatur doctissimus interpres (Stanl.) ὀπισθόπους vertens *pedissequas,* obversante opinor loco Eurip. Hippol. v. 54. πολὺς ἅμ᾽ αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους κῶμος λέλακε, et v. 1179. ὀπισθόπους φίλων ὁμήγυρις. Verum eadem hic si obtineret significatio, scriptum oportebat ὀπισθόποδας. Redde ergo *reversus.* Hesych. ad hunc ipsum fortasse locum: Ὀπισθόπους, ὑποστρέψας." *Abresch.*

[Κἀκεῖ κυρούντων δώμασιν τὰ πρόσφορα]
Αἰνῶ δὲ πράσσειν ὡς ὑπευθύνῳ τάδε.
Ἡμεῖς δὲ ταῦτα τοῖς κρατοῦσι δωμάτων
Κοινώσομέν τε κ' οὐ σπανίζοντες φίλων
Βουλευσόμεσθα τῆσδε συμφορᾶς πέρι.

ΧΟΡΟΣ.

ΕΙΕΝ, φίλαι δμωΐδες οἴκων,
Ποτὲ δὴ στομάτων

710. Insititius nobis videtur. 715. φίλαι] Legendum φίλιαι, nam φίλος apud Poëtas Atticos primam semper corripit. *Heath.*

710. Inanem habet eorum quæ jam antea dicta erant repetitionem; præterea non solet Æschylus versiculos vicinos ὁμοιοτελεύτως claudere, ut h. l. v. 707. et v. 710. τυγχάνειν τὰ πρόσφορα,—et δώμασιν τὰ πρόσφορα. His igitur causis adducor, ut versiculum a glossatore confictum putem.

711. ὡς ὑπευθύνῳ. "Recte interpretatur Scholiastes, *tanquam homini qui mihi rationem gestorum reddere debet.*" *Heath.* Nempe est locutio periphrastica; pro *rationem mihi ejus negotii reddes.*

714. βουλευσόμεθα. Guelf. Turn. habet βουλευόμεσθα. Rob. βουλευόμεθα. Lectionem βουλευσόμεσθα correctioni H. Steph. deberi putat Abreschius, ut qui ubique hanc temporum Præsentis et Aoristi enallagen impugnat. Non fuisse autem mutandi causam his exemplis evincit. Xenoph. Cyrop. vi. νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω ἑαυτῷ γίνεσθαι —— καὶ εἰς τὴν πόλιν τοὔνομα μειζόνως ἀφίξεσθαι αὐτοῦ. Sic Edit. Isingr. cum MSS. Steph. Rursus lib. vi. Cyrop. ἢν διαλύωμεν τὸ στράτευμα, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα γίνεται, τὰ δὲ τῶν πολεμίων πάλιν αὐξήσεται. Stephanus excudit γίγνοιτο ἄν. Themist. Orat. 33. p. 366. ἐὰν μὴ πρὸ τοῦ λόγου ὁμολογήσετε μὴ χαλεπαίνειν μηδὲ θορυβήσειν. Id. Orat. 20. princ. ἀπειλεῖ δεινὰ ἄττα με ἐργάζεσθαι, διαγράψειν μὲν— ἐξαλείψειν δέ; et tamen illud p. 239. A. τῶν τριάκοντα τυράννων ἀπειλούντων—ἀποκτενεῖν τε καὶ ἐξελαύνειν καὶ ἀνήκεστα ἐργάσεσθαι non tulit Petavius reponens ἐλάσειν.

IN SCENAM VI.

v. 715—725.

716. ποτὲ δὴ στομάτων δείξομεν ἰσχύν. Facile, si hæc ad verbum germanice vertas, ridiculi species induci possit. Sed nihil aliud significant, quam hoc: *agite jam caræ ancillæ, aliquando intenta voce* pro Orestis salute precemur. Ut hic ἰσχὺς στομάτων de *precibus alta voce pronuntiatis*, sic bene Hagedornius noster cantum appellavit *die süsse Kraft der Kehlen.* ποτὲ δὲ—Ὀρέστῃ male Abreschius interrogative capiendum putavit, supplendo εἰ μὴ νῦν, *si nunc non faciemus, quando ostendemus.* Sed multo aptior est hortandi forma.

Δείξομεν ἰσχὺν ἐπ᾽ Ὀρέστῃ.
Ὦ πότνια χθὼν, καὶ πότνι᾽ ἀκτὴ
Χώματος, ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ
Σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ,
Νῦν ἐπάκουσον, νῦν ἐπάρηξον.
Νῦν γὰρ ἀκμάζει Πειθὼ δολίαν
Συγκαταβῆναι, χθόνιον δ᾽ Ἑρμῆν
Καὶ τὸν νύχιον τοῖσδ᾽ ἐφοδεῦσαι
Ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.

ΟΙΚΕΤΗΣ. ΓΕΙΛΙΣΣΑ ΤΡΟΦΟΣ ΟΡΕΣΤΟΥ. ΧΟΡΟΣ.

Οἰ. ΕΟΙΚΕΝ ἀνὴρ ὁ ξένος τεύχειν κακὸν,
Τροφὸν δ᾽ Ὀρέστου τήνδ᾽ ὁρῶ κεκλαυμένην.
Ποῖ δὴ πατεῖς, Γείλισσα, δωμάτων πύλας;
Λύπη δ᾽ ἄμισθός ἐστί σοι ξυνέμπορος.
Τρ. Αἴγισθον ἡ κρατοῦσα τοὺς ξένους καλεῖν
Ὅπως τάχιστ᾽ ἄνωγεν, ὡς σαφέστερον
Ἀνὴρ ἀπ᾽ ἀνδρὸς τὴν νεάγγελτον φάτιν
Ἐλθὼν πύθηται τήνδε. Πρὸς μὲν οἰκέτας

722. Πειθὼ δολίαν] Sic emendandum esse recte judicavit Pauw. Vulgo Πειθὼ δολία. 723. δ᾽ Ἑρμῆν] γ᾽ Ἑρμῆα Rob. 730. ἡ κρατοῦσα τοὺς ξένους] Assentior Stanleio veram judicanti lectionem ἡ κρατοῦσα πρὸς ξένους. Nisi malis cum Pauwio τοῖς ξενοῖς.

IN SCENAM VII.

v. 726—778.

728. Γείλισσα. " Pindaro nutrix Orestis Arsinoë dicitur Pyth. Od. ii.
— — Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου,
Τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος.
Pherecydes vero Loadamiam appellat. Schol. ad locum Pindari citatum: Φερεκύδης δὲ Λαοδάμειαν λέγων αὐτὴν nutricem scil. Orestis." *Stanl.*

733. sqq. Sic interpungit Heathius ut punctum post κεύθουσ᾽ ponat, deinde verba ἔργοις διαπεπαραγμένοις omni distinctionis signo sublato cum καλῶς et sqq. conjungat. Inde igitur hunc sensum elicit: *coram famulis quidem risum intus sub oculis tristibus collo-*

Ἔθετο σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων,
Κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις. Καλῶς
Κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχει
Φήμης ὑφ' ἧς ἤγγειλαν οἱ ξένοι τορῶς.
Ἦ δὴ κλύων ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον
Εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον. Ὦ τάλαιν' ἐγώ·
Ὥς μοι τὰ μὲν παλαιὰ συγκεκραμένα
Ἄλγη δύσοιστα τοῖσδ' ἐν Ἀτρέως δόμοις
Τύχοντ', ἐμὴν ἤλγυνεν ἐν στέρνοις φρένα.
Ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδε πῆμ' ἀνεσχόμην·
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά·
Φίλον δ' Ὀρέστην, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβὴν,

734. ἔθετο] Vulg. θέτο. Sed augmentum Atticos haud abjicere bene monuit Heath.

cavit abscondens. Feliciter illi, propter facinora, quæ patrata sunt, pessime vero his ædibus consultum est eventu illo, cujus famam clare nuntiarunt hospites. Multo autem facilius est, ita construere: πρὸς μὲν οἰκέτας ἔθετο γέλων ἐντὸς σκυθρωπῶν ὀμμάτων, κεύθουσ' (αὐτὸν) ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις.

735. sq. καλῶς κείνῃ. " Hunc locum sibi imitandum proposuit Eurip. in Orest. v. 1121. ubi Pylades:

Γόους πρὸς αὐτὸν θήσομεσθ' ἃ πάσχομεν.

ad hæc Orestes:

Ὥστ' ἐνδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένη.

et v. 1319. Electra:

Κἀγὼ σκυθρωπὸς ὀμμάτων ἔξω κόρας
Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα.

ut et Sophocl. Electr. v. 808.

Ἆρ' ὑμῖν ὡς ἀλγοῦσα κ' ὀδυνωμένη
Δεινῶς δακρῦσαι κἀπικωκῦσαι δοκεῖ
Τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ' ὀλωλότα;
Ἀλλ' ἐγγελῶσα φροῦδος.— —

Apul. Metam. viii. p. 156. ed. goud. *At ille, quamquam perfecto voto, prostrato inimico lætus ageret, vultu tamen gaudium tegit, et frontem asseverat, dolorem simulans—et omnia quidem lugentium officia sollerter affingit, sed solæ lacrymæ procedere noluerunt;* ubi conf. quæ notat Pric. et Nostrum in Agam. v. 804. sqq. 1038. sqq. κεύθειν γέλων dixit ut Homer. Odyss. τ'. v. 212. δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε." *Abresch.*

737. φήμης ὑφ'. Recte Abreschius præcepit ut scriberetur φήμης ὕφ', accentu addito pro φήμης ὕπο.

745. τριβήν. " Circa quem versabatur tota mea cogitatio, τοὐμὸν μέλημα. Sappho:

Ἵνα σε τοὐμὸν μέλημα περιπτύξωμαι.

Aristoph. in Ἐκκλησ.

Ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα.

Latini Poëtæ *mea cura.* Val. Cato in Diris:

Dum mea jucundas exponat cura querelas.

Propertius:

Lyncea tune meam potuisti tangere curam?

—" *Stanl.*

Ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη
* * * * * * * * * * * *
Καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων,
Καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ᾽ ἀνωφέλητ᾽ ἐμοὶ
Τλάσῃ. Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ, ὡσπερεὶ βοτὸν,
Τρέφειν ἀνάγκη (πῶς γὰρ οὔ;) τρόπῳ φρενός·
Οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ᾽ ὢν ἐν σπαργάνοις,

746. Post hunc versum aliquot versiculos intercidisse nobis quidem extra dubium est. Pauwius tamen difficultatem tolli putat, si legatur φίλος δ᾽ Ὀρέστης—τριβὴ—Αἳ νυκτιπλάγκτων etc. 747. νυκτιπλάγκτων] νυκτίπλαγκτον Turn.

746. In duobus saltem versiculis, qui hic librariorum culpa, ut opinor, interciderunt, partim antecedens oratio finiebatur, hoc sensu: τοῦτον ἐμοὶ τεθνᾶναι, οὐκ ἔστιν ἀνεκτὸν ἐμοὶ, partim inchoabatur nova, hoc fere sensu, quem Sophocles sic expressit Electr. v. 114. sq. (qui locus omnino conferendus est,)

> Οἴ μοι, τάλαινα, τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς.

quacum statim conjungebatur:

> Καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων.

μητρόθεν δεδεγμένη. I. e. *a partu simulac in lucem erat editus*, cf. supra v. 686." *Abresch.*

747. καὶ νυκτιπλάγκτων. "Νυκτίπλαγκτα ὀρθία κελεύσματα vocat alloquia, quæ eam de nocte in ulnis gestantem per cubiculum vagari coëgerint clamoris sedandi ergo. Sic εὐνὴν νυκτίπλαγκτον dixit Agam. v. 12. νυκτίπλ. πόνον v. 388. νυκτίπλ. δείματα supra v. 520." *Abresch.*

749. τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ—τρόπῳ φρενός. *Infantem enim nondum ratione utentem pecudis ritu alere oportet*, (qui enim aliter fieri possit?) *tuopte rationis usu ac ministerio.* Hæc verborum constructio adeo simplex est et facilis, ut mirer Abreschio in mentem venire potuisse, quæ nimium quantum sunt abstrusa et perplexa. Τρέφει nimirum ἀνάγκη pro τρέφειν ἀνάγκῃ substituto sic ordinari putabat sententiam: ἡ γὰρ ἀνάγκη τῆς γαστρὸς αὐτάρκης πρόμαντις τρέφει καὶ ποιεῖ τρέφεσθαι τὸ βρέφος τὸ μὴ φρονοῦν ὥσπερ βοτὸν, τρόπῳ φρενός. *Necessitas loco rationis alit sicuti pecus infantem nondum rationis usu præditum*, vel etiam hoc modo: ἡ γὰρ ἀνάγκη τρόπῳ φρενὸς τρέφει παῖδα ἔτι ὄντα ἐν σπαργάνοις ὡσπερεὶ βοτὸν μὴ φρονοῦν. Quod autem Abreschius a faciliore, quam supra exposuimus, constructione declinandum putaret, hoc eam potissimum ob causam ei accidit, quod hæreret in verbis τρόπῳ φρενός. At hic ipse scrupulus levissimus erat, ac tantum non prorsus inanis. Sed mihi alia dubitatio subnata est, an non potius scripserit Æschylus

> ὡσπερεὶ φυτόν.

Nam etsi nutrix est, quæ loquitur, cujus in oratione non omnia sint ad amussim exigenda, tamen ipsi nutricis ἤθει convenientius esse videtur, infantem cum *planta*, quam cum *pecude* comparare; præsertim cum pecudes, etiam recens natæ, naturæ instinctu multo melius quam infantes vitæ necessitatibus consulere soleant.

Ἢ λιμὸς, ἢ δίψη τις, ἢ λιψουρία
Ἔχει, νέα δὲ νηδὺς αὐταρκὴς τέκνων.
Τούτων πρόμαντις οὖσα, πολλὰ δ' οἴομαι
Ψευσθεῖσα παιδὸς σπαργάνων φαιδρύντρια,
Γναφεὺς τροφεύς τε ταυτὸν εἰχέτην τέλος.
Ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας
Ἔχουσ' Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί.
Τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.

752. ἢ λιμὸς] forte ἦν vel εἰ legendum, *Stanl.* Eidem placet διψουρία. 755. ψευσθεῖσα] σπευσθεῖσα corr. Stanl. 756. τροφεὺς] forte τροφὸς Stanl.

752. λιψουρία. "Male vertit interpres *urinandi libidinem*, (imo etiam parum latine, nam *urinare* non est *mingere* apud Latinos, sed *mergi. S.*) conversum oportebat *humectatio ex urina* ex λίβειν, i. q. λείβειν, non ex λὶψ, i. q. ἐπιθυμία. Neque enim clamores vagitumve edet infans vesiculam exonerans, nisi forte ægre et cum dolore eunte lotio, sed fasciis urina madidis et incommodantibus in horas." Hactenus Abreschius, cui prorsus assentior, ut nec δυσουρία, quod ipse, nec διψουρία quod Stanl. attulit, attentione dignum putem.

753. νέα δὲ νηδὺς αὐταρκὴς τέκνων. Heathius intp. *tenera vero infantium alvus sibi ipsi sufficit*, i. e. nullius operam aut clamat aut expectat. Recte quidem, si vulgata lectio genuina est. Nonne autem hoc sensui, qui requiritur, aut plane contrarium, aut certe ad elocutionem nimis reconditum est, quam ut nutrici conveniat? Itaque haud vereor ne quis me nimiæ in conjectando temeritatis accuset, si sic Æschylum scripsisse divinem:

νέα δ' οὐ νηδὺς αὐταρκὴς τέκνων.

Non enim infantis venter sibi ipsi sine aliena ope consulere potest.

754. sqq. τούτων πρόμαντις οὖσα. "*Hæc omnia prædicens, sæpe vero existimo præ festinatione, quæ pueri fascias nitidas reddit, lotrix nutrixque eodem functæ sunt officio.* Ita hunc locum vertendum censeo, et pro ψευσθεῖσα lego per metathesin σπευσθεῖσα. Hunc locum citat Pollux. l. xii. c. 11. καὶ ἡ παρ' Αἰσχύλῳ παιδὸς σπαργάνων φαιδύντρια." *Stanl.* Verum recte judicavit Heathius οὖσα et ψευσθεῖσα nominativos esse consequentiæ. Sensus autem est: *Has pueri mei necessitates naturales cum præviderem, sæpe tamen ut fit deciperer, adeoque simul fascias pueri sæpe purgare deberem, lotrix nutrixque eodem fugebantur munere*, h. e. quæ nutrix, eadem et lotrix eram. Id quod aperte confirmatur sequentibus verbis ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας ἔχουσα —Mirum est Abreschium τέλος h. l. *fructum, exitum*, interpretari, cum *muneris* significatio in promtu sit. Sed haud raro illi accidit, ut in mediis arboribus silvam quærat.

758. Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί. "Superius v. 748. dixerat, ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη. Vox propria scil. obstetricum, quæ ut videtur simul nutricum officia obibant. Arist. t. i. p. 24. τῇ Λητοῖ πλανωμένῃ διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάττης ἡγεῖται (Minerva) πρὸς τὸν εἱμαρμένον χῶρον, οὗ μόνον ἦν αὐτῇ τεκεῖν, καὶ ἐπειδὴ ἔτικτε μαιοῦταί τε καὶ δέχεται τοὺς παῖδας. Hesiod. Theog. v. 479.

Στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον
Οἴκων, θέλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων.
Χο. Πῶς οὖν κελεύει νιν μολεῖν ἐσταλμένον;
Τρ. Ἢ πῶς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.
Χο. Εἰ ξὺν λοχίταις, εἴ τε καὶ μονοστιβῆ;
Τρ. Ἄγειν κελεύει δορυφόρους ὀπάονας.
Χο. Μὴ νῦν σὺ ταῦτ' ἄγγελλε δεσπότου στύγει·
Ἀλλ' αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἀδειμάντως κλύῃ,
Ἄνωχθ' ὅσον τάχιστα γηθούσῃ φρενί.
Εὐαγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ φρενί.

763. ἢ πῶς] Canterus Conj. τί πῶς; 768. γηθούσῃ] Vulg. γαθούσῃ. Verum Dorismo nullum hic locum esse bene monuit Heathius. 769. εὐαγγέλῳ] Sic emendavimus ipsi. Vulg. ἐν ἀγγέλῳ, sensu prorsus nullo. Præterea pro φρενὶ legendum existimamus φάτει. Stanleius emendabat: Ἐναγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ φρενί. Pauwius: ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθωθῇ φρενί; *animo enim clam erigatur nuncio isto*, vel ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὄρθωσις φρενὶ, *in nuncio sit occulta erectio animo*. Neutrum admittendum. Heathius; ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσει φρένα, *is enim qui sub persona nuntii occultus est, animum tibi eriget.*

Ὁππότ' ἄρ' ὑπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν· τὸν μέν οἱ ἐδέξατο Γαῖα πελώρη
Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.

Idem vero h. l. ἐκδέξασθαι πατρὶ, quod in laudato Hesiodi versu δέξασθαί οἱ τρέφειν,—ut adeo hic optime Schol. ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος explanet per ἔθρεψα, ἀπίσωσα, *accepi alendum curandumque*. Junxit hæc Soph. in Electr. v. 13. ubi itidem Orestis loquitur τροφεὺς,

—σὲ πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε
Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν
Ἤνεγκα, κἀξέσωσα κἀξεθρεψάμην.

cf. Harpocr. v. ἐκδεξάμενος ex eoque Suid.—" *Abresch.* Ceterum in toto hoc nutricis sermone admirabiliter effinxit Æschylus hoc muliercularum genus, earumque puerorum amorem, garrulitatem, minimarum rerum accuratam memoriam sic expressit, ut ex ipsa natura hausisse videatur, quamquam videtur etiam boni senis Phœnicis apud Hom. Il. ix. v. 482. sqq. imaginem animo et memoria recoluisse.

763. ἢ πῶς. Neque τί πῶς cum Cantero, neque ἢ πῶς cum Pauwio, nec denique cum Valckenario ad Eurip. Phœniss. v. 923. πῶς φῂς reponendum est; sed unice verum est rescribere ὅπως. Nam cum quis ad quæstionem, quæ a particula πῶς *quomodo* incipit, sic respondet, ut illud πῶς quasi mirabundus, aut hæritabundus, antequam ipsam facti rationem et modum describat, repetat, quod Latini sic reddere solent, *Quomodo? quæris!* tum semper in responsione dicitur ὅπως addita interrogationis nota. Cf. Lexic. Æschyl. v. ὅπως.

769. εὐαγγέλῳ. Chorus, cui curæ erat providere ne Ægisthus cum satellitibus, sed solus adveniret, jubet nutricem suppressa mandati Clytæ-

Τρ. Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;
Χο. Ἀλλ' εἰ τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ.
Τρ. Καὶ πῶς; Ὀρέστης ἐλπὶς οἴχεται δόμων.
Χο. Οὔπω· κακός γε μάντις ἂν γνοίη τάδε.
Τρ. Τί φής; ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα;
Χο. Ἄγγελλ' ἰοῦσα, πρᾶσσε τἀπεσταλμένα.
Μέλει θεοῖσιν ὧν περ ἂν μέλῃ πέρι.
Τρ. Ἀλλ' εἶμι καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις.
Γένοιτο δ' ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει.

ΧΟΡΟΣ.

ΝΥΝ παραιτουμένῃ μοι πάτερ στροφή.

771. ἀλλ' εἰ] Stanleio legendum videbatur ἀλλ' ἦ—*Imo Jupiter aliquando* etc. 776. μέλει] Heathius malebat μέλοι. 777. σοῖς] Veram hanc lectionem tenent Ald. Rob. Male postea invectum τοῖς.

mnestræ parte, quæ cum hastatos satellites secum adducere voluerat, sic omnia Ægistho narrare, ut nil nisi læta omnia ac tuta suspicari posset. Quapropter nutricem quoque vultus lætitiam adsimulare jubet, addita hac causa:

Εὐαγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθώσῃ φάτει.

Si enim te sub læto sermonis genere, quod gratum nuntium afferre videatur, occulueris, omnia bene et ex sententia procedent. Hanc igitur emendationem nostram nova, quam subdit nutrix, interrogatio extra dubium ponit:

Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;

Ceterum pro φάτει non impedio quo minus aliquis etiam λόγῳ præferat. Versiculum enim, quem Eustath. ad Iliad. ό. pag. 1013. ed. Rom. ex Euripide citat

Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος,

eum mihi videtur ex hoc Æschyli loco paulisper inflexum attulisse, memoriæque lapsu Euripidi tribuisse.

770. ἀλλ' ἦ. Hic ἀλλὰ cum ellipsi ponitur, q. d. *Verum enim vero;* tu desines mirari me his nuntiis lætari, *si Jupiter conversionem horum malorum nobis dederit.*

τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις. Hic accipio νῦν pro ἤδη, πρότερον *modo*, non autem v. 694. ubi sic exponebat Schol. Sequitur ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα; i. e. *nostine? scisne?* ut Soph. Antig. v. g. ἔχεις τι γ' εἰσήκουσας.

776. μέλει θεοῖσιν. H. e. *diis ista omnia curæ sunt, quæ te forte possint in curas conjicere.* Adeoque non opus est μέλοι cum Heathio reponere. Nam hæc oratio Chori non est optantis, sed asseverantis, trepidumque nutricis animum confirmaturi.

IN SCENAM VIII.

v. 779—834.

779. Νῦν παραιτουμένῃ. In hac stropha tres versiculi 781—783. corrup-

Ζεῦ θεῶν ὀλυμπίων,
Δὸς τύχας, τυχεῖν δ' ἐμοὶ κυρίως
Τὰ σώφροσιν εὖ μαιομένοις ἰδεῖν
Διαδικάσαι πᾶν ἔπος.
Ἔλακον Ζεῦ, σὺ δέ νιν φυλάσσοις,
Ἓ ἓ πρὸ δὲ δὴ 'χθρῶν μονος.
Τῶν ἔσω μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές.
Ἐπεί μιν μέγαν ἄρας,
Δίδυμα καὶ τριπλᾶ
Παλίμποινα θέλων ἀμείψει.
Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ- ἀντ.

781. τυχεῖν δ'] Forte τυχεῖν δέ με *Pauw.* Heathio in mentem venit sic versiculos istos constituere :

Δὸς τυχεῖν τ' εὐχὰς, μοὶ δὲ κυρίως
Τοῖς εὖ μαιομένοις ἰδεῖν
Διαδικάσαι πᾶν ἔπος.

hoc sensu : *Da et precum nos compotes fieri, mihi vero præcipue, ut iis qui hæc recte cognoscere cupiunt nunc quod dictura sum verbum comprobare passim.* At hæc prorsus aliena et incommoda sunt. 782. ἰδεῖν] forte σ' ἰδεῖν *Stanl.* 783. διαδικάσαι πᾶν ἔπος] Pauwius : διὰ δίκας π. ε. Inepte. 785. πρὸ δὲ δὴ 'χθρῶν] Vulg. corrupte πρὸ δὲ δὴχθρῶν. Stanl. emend. πρὸ δέ τ' ἐχθρῶν. Pauwii ratio verior, quam secuti sumus. 787. ἄρας] Auctore Heathio, et metro exigente sic edidimus. Vulg. ἄρας. 789. ἀμείψει] ἀμείψῃ Turn. 790. ἴσθι] ἴσχε conj. Pauw.

telam a librariis inductam et metri vitio et sententiæ obscuritate produnt. Missis aliorum conjecturis ita emendandum censeo :

Νῦν παραιτουμένῃ μοι, πάτερ
Ζεῦ θεῶν ὀλυμπίων,
Δὸς τύχας τυχεῖν, κυρίως
Τε σώφροσιν μαιομένῃ σ' ἰδεῖν
Δικάσαι πᾶν ἔπος.

Nunc precanti mihi, ó Jupiter, deorum cœlestium pater, da fortunam contingere, et, ut æquum est piis et justis, *cupienti mihi hoc concede, ut te videam hanc totam causam dijudicare.*

785. πρὸ δὲ δὴ 'χθρῶν. Optimum fuerit emendare

πρόσθε δ' ἐχθρῶν.

787. ἐπεί μιν. *Quandoquidem si eum erexeris, dupliciter ac tripliciter lubens tibi retribuet.* Sic et huic loco aptius, et similibus, ut v. 257. sqq. 480—485. convenientius est interpretari, quam quomodo Scholiastæ et Stanleio visum est, *quoniam si eum magnum feceris duplicem et triplicem remunerationem illis* (Ægistho et Clytæmnestræ) *retribuet.*

790. ἴσθι δ' ἀνδρός. " Hypallage est in verbis ἴσθι προσιθεὶς pro εἰδὼς προσίθητι, ut in Soph. Œd. Colon. v. 1559. τυγχάνων ὑπισχόμην, et Virg. Æn. i. 65. *submersas obrue puppes.* Deinde dictioni ζυγέντ' ἐν ἅρματι πημάτων geminum illud in Prometh. v. 580. ἐνέζευξας ἐν πημοναῖς." *Abresch.*

νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι
Πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς
Μέτρον. Τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον
'Ανομένων πημάτων ὄρεγμα;
Οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων μονος.

792. ἐν δρόμῳ] f. ἐνδρόμῳ Pauw. δρόμῳ *Heath.* 793. ῥυθμὸν] Staul. mavult ῥυμὸν *temonem.* Laborantibus hisce versiculis Heathius hoc modo succurrendum putat:

Τίς ἂν σώζοι μὲν ἂν ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἰδών γε δάπεδον
'Ανομένων πημάτων ὄρεγμα;

h. e. *quis moderationem aliquam retinere possit hoc intuens solum, aream scilicet in qua clades fuerant consummatæ.* 795. πημάτων] κτημάτων Rob.

793. sqq. τίς ἂν σωζόμενον—ὄρεγμα. "Nil facile mutem. Precatus erat chorus Oresti, viam ingresso ad patrem ulciscendum ut adesset Jupiter; nunc addit neminem alium in tam arduo negotio opem ei præstare posse. Itaque sic hæc acciperem, tanquam scriptum esset, τίς γὰρ ἂν ἄλλος ἢ σὺ Ζεὺς δοίη ἰδεῖν ῥυθμὸν σωζόμενον κατὰ τὸ ὄρεγμα τῶν πημάτων ἀνομένων κατὰ τοῦτο τὸ δάπεδον. Sic ῥυθμὸς σωζόμενος respondebit τῷ μέτρον προστιθεὶς, et κατὰ τὸ ὄρεγμα respiciet ad ἐν δρόμῳ. Hesych. Ὄρεγμα, βῆμα. Denique δάπεδον locum tenebit τοῦ ἅρμα. 'Ανόμενα πήματα reddo mala *exantlanda, perficienda,* non *finita.*" *Abresch.*

Quæ quidem Abreschii explicatio, qua nihil durius videre me memini, si cui placeat, non equidem invideo, nihilque moror, quo minus in eo acquiescat. Mihi vero liceat periculum facere h. l. alia via aggrediendi.

Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι
Πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθεὶς
Μέτρον. Ποτ' ἂν σωζόμενος ῥυθμὸν
Τοῦτ' ἴδοι δάπεδον
'Ανομένων βημάτων ὄρεγμα.

Respice vero dilecti viri (Agamemnonis filium, tanquam) *pullum orbum currui infortuniorum junctum ejusque cursui* (scil. calamitatum) *aliquando modum pone. Tandem aliquando mensuram servans,* (h. e. feliciori fatorum tramite pergens) *hoc patriæ solum videat, superatorum gressuum desiderium,* h. e. quam patriam in toto calamitatum cursu, exsilii præsertim tempore, nimium quantum desideravit. Sic tenor allegoriæ a principio usque ad finem sibi constat. Orestes enim patre orbatus et exsul cum pullo equino comparatur; calamitates ejus cum curru, cur equus junctus cursus immodica celeritate misere fatigatur; μέτρον et ῥυθμὸς prorsus idem significant, nimirum infortuniorum sublevationem; et sicut equus immodico cursu agitatus vehementer stabulum, ubi requiescere possit, desiderat, sic patria, cui restituendus eras Orestes, bene dici poterat δάπεδον ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα. Ceterum vulgatam lectionem πημάτων si quis servare malit, nihil equidem impedio; potest enim verti: *quod patriæ solum inter medias quas exantlavit calamitates desideravit.* Sed quia βημάτων in metaphora persistit, et facile a librario, cui πημάτων ex v. 792. obversabatur, idem hic pro βημάτων substitui potuit, fateor mihi hoc melius placere.

796. sqq. οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων—νομί-

Πλουταγαθῆ μυχὸν νομίζετε,
Κλύετε, σύμφρονες θεοί.
Ἄγετε τῶν πάλαι πεπραγμένων
Λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις.
Γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι,
Τοῖνδε καλῶς κταμένοιν. Ὦ

797. πλουταγαθῆ] πλουτογαθῆ Turn. 802. τοῖνδε—κταμένοιν] Sic rescripsimus, cum vulgo sine sensu ederetur τόδε—κτάμενον. Heathius conj. τοῦδε καλῶς κταμένου.

ζετε—θεοί. "*Penates* intellige cum Spanhemio ad Callim. Hymn. in Cerer. v. 88. et Julian. Imp. p. 68." *Abresch.*

797. πλουταγαθῆ. Lectionem Turnebian. π λ ο υ τ ο γ α θ ῆ unice veram esse puto; *penetralia divitiis læta.*

799. πεπραγμένων. Non est *perpetratorum*, ut Abresch. intp. sed *occisorum.*

800. λύσασθ'. "I. e. quasi παραμυθεῖσθε, *expiate*, quæ duo juncta incedunt in Aristid. tom. i. p. 445. τὰ τοῦ παρόντος ἀεὶ καιροῦ δυσχερῆ λύον καὶ παραμυθούμενον (ὕδωρ)—" *Abresch.*

802. τοῖνδε καλῶς κταμένοιν. Ineptissima est explicatio Scholiastæ, qui vulgatam lectionem τόδε καλῶς κτάμενον ad αἷμα relatam interpretatur καλῶς ἀναιρεθησόμενον. Durum quoque videtur cum Pauwio τόδε καλῶς κτάμενον pro τοῖνδε καλῶς κταμένοιν dictum accipere. Quod Heathio in mentem venit τοῦδε καλῶς κταμένου, ut de Ægistho intelligatur, id mihi ideo minus placet, quod Æschylus fere in hac tragœdia Ægisthi et Clytæmnestræ necem conjungere solet. Sic v. 863. sqq.

τοιάνδε πάλην μ ό ν ο ς ὢν ἔφεδρος
Δ ι σ σ ο ῖ ς μέλλει θεῖος Ὀρέστης
Ἅψειν . . .

802. sqq. Ὦ μέγα—καλύπτρας. "Male disponuntur metra, nec non laborat constructio, vitio utrique succurrere forsan poteris rescribendo:

Ὦ μέγα ναίων στόμιον anapæstic. dimet. brachycatal.
Εὖ δὸς γ' ἀνιδεῖν δόμον ἄνδρα parœmiacus.
Καί νιν ἐλευθερίως penthemimeris dactylica.
Λαμπρῶς τ' ἐσιδεῖν φιλίοις anapæstic. dim. brachycat.
Ὄμμασι δνοφερὰς basis anapæstica.
Καλύπτρας.

Verte: *Hoc fortiter occiso. O qui magnam speluncam occupas, da hominem hunc fauste invisere domum suam, et ut libere ac fulgide introspiciat propriis oculis obscuros ejus recessus.* Quod ad primum versum, qui a præcedente versu pendet, et cum eo jungi debet, attinet, *Pauwius* contra et ad finem versus præcedentis, plene distinguit, et scripturam vulgatem in hanc sententiam interpretatur: *Ægisthus jure occisus est.* At pace viri docti dicere liceat, Ægisthus nondum occisus fuerat, adeoque nec Chorus de occiso loqui poterat. Per μέγα στόμιον ναίων Apollinem intelligo, non Ditem, neque enim hic de Agamemnone ab inferis remittendo agitur, sed de Oreste Apollinis jussu ædes patrias revisente. Certe de Agamemnone mortuo, cujus præter cineres et umbram tenuem nihil erat reliquum, dici non poterat eum ἐλευθερίως, et λαμπρῶς, et φιλίοις ὄμμασι ἰδεῖν δόμων δνοφερὰς καλύπτρας. At vulgo notissimum est, Apollinem speluncam Delphis insedisse apud Græcos creditum, indeque oracula illa longe lateque celebrata

Μέγα ναίων στόμιον, εὖ
Δὸς ἀνιδεῖν δόμον ἀνδρὸς
Καί νιν ἐλευθερίως
Λαμπρῶς τ' ἰδεῖν φιλίοις
Ὄμμασι δνοφερᾶς
Καλύπτρας. Ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως
Παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
Πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.
Πολλὰ δ' ἄλλα φανεῖ χρηΐζων
Κρυπτά. ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων

312. κρυπτὰ] Hiatus vitandi causa Heathius rescribere jubet κρυπτά γ'· quod nobis non probatur.

edidisse. Ita infra Noster de eodem Apolline v. 951.

Μέγαν ἔχων μυχὸν χθονός.

Quin et Strabo disertis verbis στομίου mentionem facit lib. ix. p. 641. ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν. Et Dio Cassius lib. lxiii. §. 14. καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώποις ἐς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας. Adde quod illa quæ sequuntur infra v. 813—816. Apollinem certissime respiciunt, neque aut de Plutone, aut de Mercurio, quoquo modo intelligi possunt. In versu tertio ἄνδρα pro ἀνδρὸς præeunte *Pauwio* reposui. Per δνοφερᾶς καλύπτρας intelligo ædium penetralia, in quibus recondebantur thesauri regii, quorum etiam paullo infra occurrit mentio. *Pauwius* interpretatur: *Insidias quas struxerat Orestes*; sed neque hunc sensum agnoscunt Poëtæ verba, nec, etiamsi agnoscerent, video, cui bono precaretur Chorus, ut insidias istas aspiceret Agamemnon, nec magis assequor, quomodo eas ἐλευθερίως et λαμπρῶς intueri dicatur." *Heath.*

Heathio prorsus assentior, nisi quod δνοφερᾶς καλύπτρας de *ædibus Agamemnonis hucusque calamitate obnubilatis* intelligo. Cf. v. 49, 50.

ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς
δνόφοι καλύπτουσι δόμους
δεσποτῶν θανάτοισι.

Optat igitur Chorus, ut Orestes patrias ædes, hactenus calamitatum tenebris oppressas, libera et hilari mente, victis scil. hostibus, adspiciat.

808. sqq. ξυλλάβοι—θέλων. Hæc tanquam in parenthesi dicuntur; nam in verbis πολλὰ δ' ἄλλα statim Chorus a Mercurio redit ad Apollinem πρᾶξιν οὐρίαν θέλων, *successum prosperum largiens.*

811. sqq. πολλὰ δ' ἄλλα. Heathius exponit: *Multa vero alia occulta revelabit lubens, sermonem vero captu difficilem proferens et noctu tenebras ante oculos profert, et interdiu nihil est luculentior.* Nempe cum vulgatam lectionem ἐμφανέστερος teneret, fieri non poterat, ut sententiam eliceret clariorem. At illa certe nihil est obscurius. Sed si ἐμφανέστερον nobiscum corrigas, erit sensus pulcherrimus et nitidissimus: *Multa etiam alia* occulta revelabit oraculis suis Apollo (χρηΐζων scil. non est *volens*, sed *vaticinans*). *Quando autem oraculum edit nondum impletum, noctem solet ac tenebras oculis objicere; die autem exorto* (h. e. oraculis ad exitum perductis, ubi quasi lux ex tenebris vaticiniis affunditur) *nihil est* eo s. ejus vaticiniis *clarius et luculentius.*

Νύκτα πρό τ' ὀμμάτων σκότον φέρει,
Καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερον.
Καὶ τότε δὴ πλοῦτον
Δωμάτων λυτήριον
Θῆλυν οὐριοστάταν
Ὁμοῦ κρεκτὸν γοή-
των νόμον μεθήσομεν

814. οὐδὲν ἐμφανέστερον] Edd. omnes οὐδὲν ἐμφανέστερος præter Rob. in qua legitur οὐδενὶ ἐμφανέστερος.

815. sqq. καὶ τότε δὴ—πόλει. "Chorus quid facto opus esset post cædem peractam in antecessum meditans in versibus præcedentibus 815—817. donativum populo ex thesauro regio dandum ad facinus expiandum statuit, sequentibus vero 818—820. luctum publicum pro Agamemnone, qui nondum publice deploratus fuerat, (v. 427. sqq.) celebrandum auguratur, ut hoc pacto in populi animis excitaretur contra Ægisthum et Clytæmnestram indignatio, et erga Orestem et Electram commiseratio. Verte: *Et simul femineum propitium stridulum plorantium cantum per urbem dispergemus.* Pauwio autem assentior particulam copulativam hic excidisse. Legendum igitur puto:

θ' ὁμοῦ κρεκτὸν γοήτων pherecratius.
νόμον μεθήσομεν iamb. dim. brachycatal.

—" *Heath.*

At in illa Heathii interpretatione acquiescere non possum, nec inveni alium quemquam, qui in exponendo hoc loco satisfaceret. Primum enim πλοῦτος δωμάτων λυτήριος reddi nequit, *divitiæ ædium liberæ*, ut Stanleius præeunte Scholiaste fecit, qui λυτήριον exponit ἐλεύθερον. Λυτήριος δωμάτων potius est πλοῦτος, *idoneus ad expiandam domum, ad eam s. piaculo, s. voto quodam nondum exsoluto liberandam.* Sic ponitur λυτήριος Suppl. v. 283.

Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
Πράξας — —

Epitheta Θῆλυν οὐριοστάταν vulgo ad sequentia verba Ὁμοῦ κρεκτὸν trahuntur; multo autem concinnius est ad priora revocare. Οὐριοστάταν nemo adhuc sic explicavit, ut contentum dimitteret lectorem in scrutandis verborum significationibus paulo morosiorem. Schol. reddit οὐρίως σταθέντα. At hoc est obscurum per æque obscurum explicare. Stanl. interpretatur *intensum,* quæ vis in hoc vocabulum nullo modo cadere potest. Idem existimandum de Heathii versione, qui reddidit *propitium.* Sed nihil est ineptius, quam quod Abreschio in mentem venit. Eum operæ pretium est audire. "Sensus, inquit, sequendo enarratorem græcum, hic est: *interfectis Ægistho et Clytæmnestra opes ædium liberas iri dimissum in civitatis commodum, hactenus quæ fuerint nemini utiles;* quippe a triparcis illis κατάκλειστοι ἐν θύραις καὶ σκότῳ πεφυλαγμέναι, ut verbis utar Luciani. Ea scil. opum est natura, ut, sicuti occupatæ variosque in casus expensæ et possidenti pariunt commoda, et civibus, ita in arcis absconditæ non magis possint, quam quidvis vilissimum. Prius Noster hic sistit per τὸ θῆλυν, hoc latet in οὐριοστάταν i. e. οὐρίως σταθέντα, ut recte idem explanat Schol. Nempe οὔριον expono στεῖρον, ἄγονον, ἀχρεῖον, ut in οὔριον ᾠὸν, idem quod ὑπηνέμιον, nisi quis malit accipere

Πόλει· τὰ δ' εὖ,
Ἐμὸν, ἐμὸν κέρδος αὔξεται τόδε·
Ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων.
Σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ
Μέρος ἔργων,
Ἐπαΐσας πατρὸς ἔργῳ
Θρόουσαν πρὸς σὲ, τέκνον, πατρὸς αὐδὰν,

825. ἐπαΐσας—θρόουσαν] Vulgo edebatur: ἐπαΰσας—θροούσᾳ, qua quidem e lectione quoquo te vertas, elici sensus non potest. 826. πατρὸς] Stanl. conj. ματρός.

pro occasioni inhiante, qua evolare sibi detur; sed illud præfero." Hactenus ille. Nam facile abstineo manus, ne loca ex Luciano depromta, quibus ineptam hanc sententiam firmare voluit, cum prorsus nihil ad rem faciant, huc transcribam. Πλοῦτος δωμάτων λυτήριος sunt opima sacrificia pro liberata Agamemnonis domo diis oblata. Θῆλυς οὐριοστάτης ὁμοῦ κρεκτὸς γοήτων νόμος, designat muliebres faustos simulque citharæ sono perstrepentes cantus. Κρέκειν pro κιθαρίζειν nonnunquam dici, testis est Hesychius. Itaque significant mulieres, se liberatis ædibus non solum sacrificia diis oblaturas, sed etiam cantu fidibusque hanc fortunam per urbem celebraturas esse.

820. τὰ δ' εὖ, ἐμὸν, ἐμόν. Haud placet otiosa pronominis possessivi repetitio. Forsan Æschylus sic exaravit;

τὰ δ' ε ὖ-
θ ε ν ο ῦ ν τ' ἐμὸν κέρδος αὔξεταί π ο τ ε.

Hic autem prospere peractis mea quoque fortuna aliquando crescet, ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων, *et calamitas aliquando ab amicis* h. e. ab Oreste et Electra *recedet.*

823. sqq. σὺ δὲ θαρσῶν—μόρου. Hæc ex vulgata lectione (ἐπαΰσας—θροούσᾳ) et ματρὸς αὐδὰν pro πατρὸς αὐδὰν reposito, sic interpretatur Stanleius: *Tu autem confide, cum advenerit pars operis, inclamans facinus in patrem ingemiscenti ad te, fili, matris vocem, et perfice querulam vindictam. Perseique in animo cor retine, iis autem et qui sub terra sunt benevoli, et qui superius, reddens pro gratia tristes iras, intus fatalem vindictam cohibens, auctorem vero vocis interime.* Quam dura hæc sint, et quanta obscuritate premantur, non opus est monere. Ματρὸς αὐδὰ non potest esse *matris nomen,* s. *vocabulum;* sic enim in notis mentem suam explicat Stanleius; ex versione vix intelligendam: *Si illa matris nomen tibi objecerit, memora quid in patrem tuum commiserit.* Quæ sententia si cui placeat, multo certe aptius sit textum hoc modo refingere:

ἐπαΰσας πατρὸς ἔργον
θροούσᾳ πρὸς σὲ, τέκνον, ματρὸς αὐδᾷ.

Objiciens patris cædem matris voci te flebiliter imploranti. Eandem lectionem Heathius amplectitur, minus tamen commode sic interpretatus: *alta voce exprobrans facinus in patrem compellanti te filii nomine voce materna.* Τέκνον potius est blanda allocutio, qua Choëphoræ Orestem compellant. Sed nisi me omnia fallunt, multo aptiorem sensum præbet emendatio nostra ἐ π α ΐ σ α ς πατρὸς ἔργῳ θ ρ ό ο υ σ α ν πρὸς σὲ, τέκνον, πατρὸς αὐδάν; exaudiens in facinore patris causa suscepto clamantem ad te fili, patris vocem, ne scil. eum inultum sinas.

Καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν
Περσέως τ᾽ ἐν φρεσὶ
Καρδίαν σχέδων
Τοῖς δ᾽ ὑπὸ χθονὸς φίλοισιν
Τοῖς τ᾽ ἄνωθεν προπράσσων
Χάριτας ὀργᾶς λυπρὰς, ἔνδοθεν
Φοινίαν ἄταν τιθεὶς,
Τὸν αἴτιον δ᾽ ἐξαπολλὺς μόρου.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ. ΧΟΡΟΣ.

Αἴ. ΗΚΩ μὲν οὐκ ἄκλητος ἀλλ᾽ ὑπάγγελος,

832. *χάριτας ὀργᾶς λυπρὰς*] Ita emendavimus lectionem vulg. *χάριτος ὀργὰς λυπράς.*

827. *καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν.* Haud incommode Schol. de Ægistho et Clytæmnestra accepit, ita ut *περαίνειν* significet *perimere, conficere*. Alias etiam reddi potest *et finem impone calamitati huic abominandæ*; quod haud scio an melius h. l. conveniat.

828. sq. *Περσέως—καρδίαν σχέδων.* Perspicue refertur ad Medusam a Perseo aversa facie, ne ejus obtutu in lapidem converteretur, interemtam.

830. *τοῖς δ᾽ ὑπὸ χθονὸς φίλοισιν.* H. e. *patris tui Manibus.*

831. *Τοῖς τ᾽ ἄνωθεν.* Scil. Electræ, aliisque qui Oresti favebant.

προπράσσων. Malim *π ρ ό π ρ α σ σ ε*, ne desit imperativus, a quo participia *θαρσῶν, περαίων, σχίδων, τιθεὶς, ἐξαπολλὺς* pendeant.

832. *χάριτας ὀργᾶς λυπράς.* Non opus esse arbitror hanc emendationem multis verbis confirmare; vulgata enim lectio sensu idoneo prorsus destituitur. *χάριτας ὀργᾶς λυπρὰς* est *triste beneficium iræ vindicis*; hæc Orestis vindicta dicitur *tristis*, quia in matrem sæviebat; dicitur autem gratia, s. gratiosum beneficium, quod hac vindicta bene de patre merebatur.

832. sqq. *ἔνδοθεν—μόρου.* Scholiastes hæc ita accepit, quasi *ἄτα*, ut ante, Clytæmnestræ personam, *αἴτιον μόρου* autem Ægisthum significaret. Sed *ἔνδοθεν φοινίαν ἄταν τιθεὶς* nihil aliud est, quam *introferens cruentæ cædis calamitatem*, et *αἴτιον μόρου* collective de Clytæmnestra et Ægistho, Agamemnonis interfectoribus intelligendum. Ceterum Heathius emendandum censebat.

ἔνδοθι
Φοινίαν ἄταν τίθει
Τὸν αἴτιον γ᾽ ἐξαπολλὺς μόρου,

intus sanguineam cladem infer, cum auctorem necis exitio dederis.

IN SCENAM IX.

v. 835—851.

835. *ἥκω—ὑπάγγελος.* "Ὑπάγγελος i. e. *ὑπ᾽ ἀγγέλων κληθεὶς*, ut Nostrum manifesto imitatus loquitur Sophocl. in Ajac. v. 290. *τί τήνδ᾽ ἄκλητος, οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων κληθεὶς ἐφορμᾷς πεῖραν*, et in Trach. v. 395. *ὅδ᾽ ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ᾽ ἀγγέλων, ἀλλ᾽ αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται.*—" *Abresch.*

Νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινὰς
Ξένους μολόντας, οὐδαμῶς ἐφίμερον,
Μόρον δ' Ὀρέστου. Καὶ τόδ' ἀμφέρειν δόμοις
Γένοιτ' ἂν ἄχθος δειματοσταγὲς φόνῳ
Τῷ πρόσθεν ἑλκαινόντι καὶ δεδηγμένῳ.
Πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;
Ἢ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι
Πεδάρσιοι θρώσκουσι, θνήσκοντες μάτην;
Τί τῶνδ' ἂν εἴποις ὥστε δηλῶσαι φρενί;
Χο. Ἠκούσαμεν μὲν, πυνθάνου δὲ τῶν ξένων

839. δειματοσταγὲς] Poterit legi αἱματοσταγὲς *Stanl.* 842. δειματούμενοι] Forte δειματουμένων *Stanl.* At nihil opus.

839. δειματοσταγές. Stanleii conjecturam αἱματοσταγὲς cupide arripit Abreschius, quod nullum opinatur editæ lectionis sensum esse, et quod αἱματοσταγὴς φόβος dicatur Agam. 1318. αἱματοσταγεῖς νεκροί. Sept. adv. Theb. 842. αἱματοσταγὲς ἔθνος Eumenid. 366. Verum Heathio assentior lectionem δειματοσταγὴς defendenti, similemque locutionem comparanti ex Agam. 187.

στάζει δ' ἐν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος.

Attamen minus accurate vertit Heathius: *onus esset timoris plenum homini a cæde præcedente ulcere laborante et sauciato.* Rectius: *ex hoc rumore per domum sparso existeret novus dolor timorem stillans, accedens ad pristinam cædem, tanquam ad vulnus adhuc exulceratum et doloribus mordens.* δεδηγμένῳ nimirum h. l. active ponitur; et ἄχθος non est proprie *onus*, sed *dolor, molestia ex vulnere.* δειματοσταγὲς aptissime dicitur, propterea quod morte Orestis divulgata novæ civium suspiciones, adeoque nova odia erga Clytæmnestram et Ægisthum erumperent necesse erat: eaque in novos quoque terrores conjicere poterant reginam jam satis illius facinoris conscientia anxiam et excruciatam.

841. ἀληθῆ καὶ βλέποντα, *vera et clara;* sicut *cæca* dicuntur pro *obscuris.*

842. δειματούμενοι λόγοι, *rumores ad terrorem conficti*, ut bene explicat Abresch.

843. πεδάρσιοι θρώσκουσι, *sublimes discurrunt*, h. e. *volitant* rumores, θνήσκοντες μάτην, *intermorientes absque effectu*, h. e. qui quidem rumores evanescere solent, ita ut nihil in iis veri reperiatur.

845—847. Hi tres versiculi vulgo nuntio, h. e. nutrici Gilissæ tribuuntur. Sed bene Heathius animadvertit, eos Choro potius assignandos esse. Quod vel hoc argumento patet, quod pluraliter dicitur ἠκούσαμεν. Omninoque Ægisthi sermo aptior est, ad Chorum directus, quam si cum nutrice cum comitante habitum esse fingas. Nec satis constat, utrum poëta Gilissam una cum Ægistho hic redeuntem in scenam produxerit. Nullum certe ejus rei clarum est in verbis Ægisthi vestigium.

Ἔσω παρελθών· οὐδὲν ἀγγέλων σθένος
Ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.
Αἴ. Ἰδεῖν ἐλέγξαι τ᾽ αὖ θέλω τὸν ἄγγελον,
Εἴτ᾽ αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρὼν,
Εἴτ᾽ ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.
Οὔτοι φρένα κλέψει᾽ ἂν ὠμματωμένην.

ΧΟΡΟΣ. ΑΙΓΙΣΘΟΣ ἔνδον.

Χο. ΖΕΥ, Ζεῦ, τί λέγω, πόθεν ἄρξωμαι
Τάδ᾽ ἐπευχομένη, κἀπιθοάζουσ᾽,
Ὑπὸ δ᾽ εὐνοίας
Πῶς ἴσον εἰποῦσ᾽ ἀνύσωμαι;
Νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι

847. ὡς—πέρι] Veram restituisse lectionem nobis videmur. Vulg. ὡς αὐτὸς αὐτῶν—Stanleius ita medendum orationi censebat: ὡς αὐτὸς αὐτὸν ἄνδρα πεύθεσθαι πάρα, quod quomodo acceperit, nos quidem nescimus. 851. κλέψει᾽ ἂν] Vulg. κλέψειαν. Stanl. conj. κλέψειεν. 856. μιανθεῖσαι] μιανθῆναι Rob.

846. sq. οὐδὲν—πέρι. *Profecto non tantum valet nuntii relatio, quantum si dominus ipse de his rebus sciscitetur et inquirat.* Abreschius conj. ὡς αὐτὸς αὐτῶν ἄντα πεύθεσθαι πέρι. Sed non est quod ἄνδρα mutandum censeamus.

851. οὔτοι—ὠμματωμένην. *Nimirum is certe mentem meam satis oculatam haud fefellerit.* Bene Heathius monuit, particulam ἂν hic abesse non posse. Itaque κλέψει᾽ ἂν prætulimus lectioni κλέψει ἐν, quam Stanleius commendaverat.

IN SCENAM X.

v. 852—871.

852. sqq. Chorus ancipitem cædis Clytæmnestræ ejusque adultero paratæ exitum metuens, negat se satis scire, quid primo loco, quid postremo dicat. *O Jupiter, quid dicam? ubi perturbato animo bene precatura incipiam, ubi justa vota benevolentiæ causa finiam?* Abreschio videbatur ἴσον cum ἀνύσωμαι construendum, hoc sensu: *Quid præ benevolentia et favoris studio loquens impetrabo, quod æquum sit.* ἐπιθοάζειν h. l. est incitato animo ferri; ut Eurip. Med. 1409. τάδε θρηνῶ κἀπιθοάζω.

856. sqq. Νῦν γὰρ—πολισσονόμους. Circa hos versiculos sine causa trepidavit Heathius, implicatam verborum structuram questus, qua nihil est facilius, puncto post πολισσονόμους posito, quod jam in Stanleiana apparet. Jam enim in eo est, ut *mucrones cruenti gladiorum cædes minantium aut prorsus Agamemnoniæ domus stirpem interimant,* (Oreste occiso) aut *libertatis ab hostibus partæ signum edant, facibus incensis, justumque imperium urbi restituant.* Hea-

Πειραὶ κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
Ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
Οἴκων ὄλεθρον διὰ παντὸς,
Ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
Δαΐων, ἀρχάς τε πολισσονόμους.
Ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον.
Τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
Δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης
Ἅψειν· εἴη δ' ἐπὶ νίκῃ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ ἔνδον.

Ἒ, ἒ, ὀτοτοτοῖ.

Χο. Ἔα, ἔα μάλα,
Πῶς ἔχει, πῶς κέκρανται δόμοις;
Ἀποσταθῶμεν πράγματος τελουμένου·
Ὅπως δοκῶμεν τῶνδ' ἀναίτιαι κακῶν

862. πατέρων] πάτρων Ald. 863. τοιάνδε πάλην] τοίαν δὲ πάλιν Ald. μόνος ὢν ἔφεδρος] ὢν ἄρ' ἔφεδρος sine μόνος Turn. 864. θεῖος] θείοις Ald. Cant. θεῖος Turn. Ita quoque emendandum censuerunt Canter. et Spanh. ad Julian. p. 262. item Stanl. ad h. l. 865. νίκῃ] νίκην Ald. Turn. 868. κέκρανται] κέκαρται Ald. Turn.

thius primum ex Robortelliana scripturam μιανθῆναι revocandam putabat, deinde θήσει pro θήσειν reponendo, id cum ἕξει quod sequitur, puncto post πολισσονόμους sublato, copulabat. Quibus ita refictis hunc sensum efficiebat: *Aut plane consummabit* (Orestes) *domus Agamemnoniæ exitium in perpetuum, aut ignem et lucem ob libertatem recuperatam accendens imperia, quibus regitur civitas, obtinebit, magnas patrum opes.* Haud vereor, ne multi futuri sint, qui nostram rationem Heathianæ postponant.

862. sqq. ἕξει—νίκῃ. *Potietur utique ingentibus majorum fortunis; talem pugnam solus adversarius cum duobus congrediens divinus Orestes edet; faveat ei modo victoria.* Nullo autem pacto probari potest Heathii commentum δισσοῖς μέλλει θῶσιν Ὀρέστης, quis enim hic de thoibus aut lyncibus cogitet? Neque vero non facillime post δισσοῖς intelligi potest substantivum (quod ille scilicet desiderabat) ἐφέδροις, ex antecedente versu.

868. πῶς κέκρανται. *Quomodo negotium istud in ædibus peractum est? quem exitum habuit?* Κέκρανται, τετέλεσται *Hesych.*

870. ὅπως δοκῶμεν. Anxius mulierum chorus, cum nondum certo sciret, utrum Orestes an Ægisthus in certamine succubuerit, paulisper recedit ab ædibus, ne, si forte Ægisthus victor discessisset, in suspicionem adduceretur, se conscium fuisse facinoris ab Oreste incepti.

Εἶναι· μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος.

ΧΟΡΟΣ. ΟΙΚΕΤΗΣ.

Οἰ. ΟΙΜΟΙ πὰν, οἴμοι δεσπότου τελουμένου·
Οἴμοι μάλ' αὖθις, ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν.
Αἴγισθος οὐκ ἔτ' ἐστίν. Ἀλλ' ἀνοίξατε
Ὅπως τάχιστα, καὶ γυναικείας πύλας
Μοχλοῖς χαλᾶτε· καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ,
Οὐχ ὡς δ' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ· τί γάρ;
Ἰοὺ, ἰού. Κωφοῖς ἀϋτῶ, καὶ καθεύδουσιν μάτην
Ἄκραντα βάζω. Ποῖ Κλυταιμνήστρα; τί δρᾷ;
Ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας
Αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπληγμένης.

872. πὰν] πᾶν Rob. 881. αὐχὴν] ἀρχὴν Ald. ἀρχὴ Turn. πεπληγμένης] πεπληγμένος Ald.

IN SCENAM XI.

v. 872. sqq.

872. οἴμοι πάν. "Fortasse οἴμοι πάν' οἴμοι i. e. πάνυ. Tum τελεῖσθαι hic notes pro *occidi, interfici*, qui usus omnium verborum *faciendi* est communis. Sic mox διαπεπραγμένος, et v. 827. περαίνειν." *Abresch.*

876. πύλας μοχλοῖς χαλᾶτε. "Construendi ratio πύλας μοχλοῖς χαλᾷν obstitit nonnihil Arnaldo, cui ex usu consuetiore dicendum potius fuisse videbatur πύλης μοχλούς. Ego æque recte convenienterque linguæ rationi dici puto μοχλοῖς πύλας, atque μοχλοὺς πυλῶν, itemque πύλαις χαλᾷν, quin etiam πύλας ἀπὸ μοχλῶν et μοχλοὺς ἀπὸ πυλῶν. Nempe χαλᾷν plane est idem quod λύειν, ut Latinis *laxare*, quod *solvere* in talibus. Hinc quod nostro χαλᾷν μοχλοῖς πύλας, in Eurip. Iphig. Taur. v. 99. κλῇθρα λῦσαι μοχλοῖς. Similiter Sophocl. Electr. v. 1596. χαλᾶτε πᾶν κάλυμμ' ἀπ' ὀφθαλμῶν.—" *Abresch.*

πύλης μοχλοῖς χαλᾶτε. "Paulo a vulgato loquendi usu remotior est πύλας μοχλοῖς χαλᾷν; placuit scilicet Æschylo tragicam dictionem hypallage ornare; alius enim dixisset πύλης μοχλοὺς χαλᾷν. Sic Aristoph. in Lysistr. v. 310. κἂν μὴ καλούντων τοὺς μοχλοὺς χαλῶσιν αἱ γυναῖκες. Eadem significatione dixit Eurip. κλῇθρα χαλᾷν scil. πύλης. His contrarium est ἐπιβάλλειν μοχλοὺς pro *obserare januam*, quo utitur Aristoph. Thesmoph. v. 422. de feminarum thalamis." *Arnald.*

880. ἐπὶ ξυροῦ πέλας αὐχὴν πεσεῖσθαι. Abreschium offendebat πέλας, ut emendandum censeret ἐπιξήνου πέλας comparato loco Agam. v.

Βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει

ΧΟΡΟΣ. ΟΙΚΕΤΗΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Κλ. ΤΙ δ' ἐστὶ χρῆμα; τίνα βοὴν ἵστης δόμοις;
Οἰ. Τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω.
Κλ. Οἲ 'γώ. Ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων.
Δόλοις ὀλούμεθ' ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν.
Δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος·
Εἰδῶμεν εἰ νικῶμεν ἢ νικώμεθα.
'Ενταῦθα γὰρ δὴ τοῦδ' ἀφικόμην κακοῦ.

ΧΟΡΟΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. ΟΡΕΣΤΗΣ. ΠΥΛΑΔΗΣ.

'Ορ. ΣΕ καὶ ματεύω· τῷδε δ' ἀρκούντως ἔχει.
Κλ. Οἲ 'γώ. Τέθνηκας φίλτατ', Αἰγίσθου βία.
'Ορ. Φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοὶ γὰρ ἐν ταυτῷ τάφῳ
Κείσῃ. Θανόντα δ' οὔτι μὴ προδῷς ποτέ.
Κλ. 'Επίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἰδέσαι, τέκνον,

883. λέγω] Sic Ald. vere. λόγῳ Turn. Cantabr. etc. 886. ἀνδροκμῆτα] Ita recte Stanl. Vulg. ἀνδρόκμητα. 893. τόνδε δ' αἰδέσαι] τόνδε δήσεται Ald.

Θερμῷ κοπείσῃ φοινίῳ προσφάγματι. Sed πέλας respicere potest illud ποῖ Κλυταιμνήστρα? *quorsum abiit Clytæmnestra—Jam videtur alicubi in vicinia ejus cervix in novaculæ aciem incidere.* Optimum tamen fuerit, πέλας de propinquitate temporis accipere.

IN SCENAM XII.

v. 883. sqq.

883. λέγω. Hanc lectionem ex Aldina jure revocatam esse facile patet, quod in vulgata nihil est αἰνιγματῶδες, quod tamen his verbis inesse diserte significat Clytæmnestra. Nam eos, qui fama tantum mortui perhibebantur, vivum hominem occidere posse nemo dubitat; qui autem ita dicit: *Vivum hominem a mortuis occisum esse aio*, is perplexe et quasi ænigmata loquitur.

886. ἀνδροκμῆτα. Ineptum esset, quod Abreschio [illegible] mentem venit, hic eandem securim intelligere, qua Clytæmnestra maritum percusserat. Omnino est *securis homini occidendo idonea, ein Mordbeil.*

IN SCENAM XIII.

v. 889—931.

893. τόνδε δ' αἰδέσαι, τέκνον, μαστόν. " In Epigrammate:

Μαστὸν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα
Οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα.
Ὀρ. Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;
Πυ. Ποῦ δῆτα λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
Τὰ πυθόχρηστα; πιστὰ δ' εὐορκώματα;
Ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον.
Ὀρ. Κρίνω σὲ νικᾷν, καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.
Ἕπου, πρὸς αὐτὸν τόνδε σὲ σφάξαι θέλω,
Καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός·
Τούτῳ θανοῦσα συγκάθευδ', ἐπεὶ φιλεῖς
Τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν, στυγεῖς.
Κλ. Ἐγώ σ' ἔθρεψα, ξὺν δὲ γηράναι θέλω.
Ὀρ. Πατροκτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί;
Κλ. Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.
Ὀρ. Καὶ τόνδε τοίνυν μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον.
Κλ. Οὐδὲν σεβίζῃ γενεθλίους ἀρὰς, τέκνον;

897. δῆτα] Sic Turn. δὲ τὰ Ald. δαὶ τὰ Cant. 905. ξὺν] νῦν Ald. etc. Jam Stanleius vidit præferendum esse σὺν, ob ea quæ Orestes v. sq. respondet.

Πῇ ξίφος ἰθύνεις κατὰ γαστέρος ἢ κατὰ μαζῶν
Γαστὴρ ἥ σ' ἐλόχευσεν, ἀνεθρέψαντο δὲ μάζοι.

Ad hanc Clytæmnestræ apologiam collineare videntur Orestis verba apud Euripidem in tragœdia cognomine v. 566.

Εἰ γὰρ γυναῖκες εἰς τόδ' ἥξουσι θράσους
Ἄνδρας φονεύειν, καταφυγὰς ποιούμεναι
Εἰς τέκνα, μαστοῖς τὸν ἔλεον θηρώμεναι,
Παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις
Ἐπίκλημ' ἐχούσαις ὅ,τι τύχοι.

—*Stanlei.*

897. ποῦ δῆτα λοιπά. *Quorsum scilicet abirent, quo reciderent*, vaticinia et minæ Apollinis, cf. v. 280. sqq.

899. ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον. Grotius vertit: *omnes tibi hostes judica præter Deos.* Rectius quidem Stanleius: *omnes prius hostes quam deos existimes*, neque tamen satis apte. Est enim: *omnes tibi citius in inimicorum loco habendos esse judica, quam deos*, vel *omnium potius inimicitias tibi suscipiendas crede quam deorum.* Sic paullo post κρείσσον' ἡγήσω πατρὸς, *in potiore eum loco habuisti quam patrem.*

906. πατροκτονοῦσα γάρ. Hoc γὰρ ad suppressa ut fit quædam verba respicit, facile sic supplenda. *Fieri non potest quod cupis. Cum enim patrem meum occideris, quomodo mecum habitabis?*

909. οὐδὲν σεβίζῃ. "I.e. ἐντρέπῃ, αἰδῇ, ut in Pers. v. 696. Deinde γενέθλιος hic valet μητρῷος, ut in γενέθλιον αἷμα apud Eurip. Orest. v. 89. ubi vide Scho." *Abresch.*

'Ορ. Τεκοῦσα γάρ μ' ἔῤῥιψας ἐς τὸ δυστυχές.
Κλ. Οὔτοι σ' ἀπέῤῥιψ' εἰς δόμους δορυξένους . . .
'Ορ. Διχῶς ἐπράθην, ὢν ἐλευθέρου πατρός.
Κλ. Ποῦ δῆθ' ὁ τιμὸς ὅντιν' ἀντεδεξάμην ;
'Ορ. Αἰσχύνομαί σοι τοῦτ' ὀνειδίσαι σαφῶς.
Κλ. Μὴ, 'λλ' εἴφ' ὁμοίως καὶ πατρὸς τοῦ σοῦ μάτας.
'Ορ. Μὴ 'λεγχε τὸν πονοῦντ', ἔσω καθημένη.
Κλ. Ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.
'Ορ. Τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω.
Κλ. Κτενεῖν ἔοικας, ὦ τέκνον, τὴν μητέρα.
'Ορ. Σύ τοι σεαυτὴν, οὐκ ἐγὼ, κατακτενεῖς.
Κλ. Ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.
'Ορ. Τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φεύγω, παρεὶς τάδε ;

910. *τεκοῦσα γάρ.* Iterum ἐλλειπτικῶς dictum. Plenius enim sic erat efferendum. *Non est quod maternas tuas diras extimescam, cum tu ipsa dudum maternum erga me animum exueris. Quæ enim me pepereras, eadem me deinde ejecisti in miseriam.*

911. *ἐς δόμους δορυξένους.* Abrumpitur sermo vel Clytæmnestræ angore, vel Orestis interlocutione interceptus. Sequi enim debebat *σε ἀποπέμψασα.*

ἐς δόμους δορυξένους. "Strophii scilicet, quem in Agamemnone *δορύξενον* vocavit :

Τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεύς.

Eodem significatu Sophocles Electra itidem de Strophio :

ὁ γὰρ
Μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων.

Ad quem locum Scholiastes : *ἀντὶ τοῦ φίλων. Κυρίως δὲ οἱ ἐν πολέμῳ γιγνόμενοι φίλοι ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης.*—" *Stanl.*

912. *διχῶς ἐπράθην.* Primum nempe quasi vendiderat mater filium, ex ædibus cum paternis ejiciendo, iterum vero, patre occiso, bono ejus invadendo, quorum heres esse debebat. Heathio in mentem venit *αἰσχρῶς ἐπράθην.*

914. *Αἰσχύνομαί σοι.* "Edit. Turn. habet *σοῦ*, ut videtur quoque invenisse Schol. nec male ; intelligi quippe poterit *ἔργον* vel simile." *Abresch.* Ego vero non video, quid hoc faciat ad lectionem *σου* præ vulgata *σοι* commendandam. Quærenti enim Clytæmnestræ : *Ecquod autem pretium tuli hujus, cujus me accusas, venditionis ?* respondet Orestes : *Pudet me hoc tibi apertis verbis exprobrare.* Nempe adulteri amores, et impermissa gaudia.

915. *Μή.* Scil. *αἰσχύνου*, q. d. *remitto tibi istum pudorem ; exprobrare enim mihi licet, quæ vis, modo etiam patris tui malos errores similiter memores.* *Μάτας* cum dicit, concubinarum amores tangit, quibus Agamemnon obnoxius fuerat.

917. *Ἄλγος γυναιξίν.* "Eadem dixerat Clytæmnestra in Agam. v. 870.

Τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
Ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν."
Stanl.

Κλ. Ἔοικα θρηνεῖν ζῶσα πρὸς τύμβον μάτην.
Ὀρ. Πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδε σ' ὁρίζει μόρον.
Κλ. Οἲ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην.
῏Η κάρτα μάντις οὑξ ὀνειράτων φόβος.
Ὀρ. Ἔκανές γ' ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.
Χο. Στένωμεν οὖν καὶ τῶνδε συμφορὰν διπλῆν.
Ἐπεὶ δὲ πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισε
Τλήμων Ὀρέστης, τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα,
Ὀφθαλμὸν οἴκων μὴ πανώλεθρον πεσεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ΕΜΟΛΕ μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ, στροφή.

924. ὁρίζει μόρον] Pauwius mavult τόνδε σ' ὥρισεν μόρον. At nihil opus. 925. οἲ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην] Pauwius metri causa vel τόνδ' ὄφιν γ' ἐθρεψάμην, vel τόνδ' ὄφιν ἐξεθρεψάμην scribendum putat. 927. ἔκανές γ' ὃν] κἂν ἐς γ' ὃ Ald. Turn. 928. στένωμεν] στένω μὲν Ald. τῶνδε] τόνδε mendose Ald.

924. τόνδε σ' ὁρίζει μόρον. Heathius metri causa scribendum censet σ' ῴ ρ ί-ζ ε ι, facta scil. ex σοι et ὁρίζει crasi. Præferenda tamen videtur Arnaldi ratio, sic emendantis :

Πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδ' ὁρίζει σοὶ μόρον.

926. ἦ κάρτα μάντις. Conf. v. 30. sqq. v. 522. sqq.

927. πάθε. His dictis intro abripuit matrem Orestes, ut eam super Ægisthi cadavere trucidaret, cf. v. 901. Simul hac arte cavit Æschylus, ne spectatorum oculis objiceretur dira matris cædes filii manibus perpetrata.

929. ἐπήκρισε. "Id est *multis cædibus finem imposuit*. Hesych. ἐπήκρισεν, ἐπ' ἄκρον ἤγαγεν, τέλος ἐπέθηκεν." *Stanlei.* Ego vero ἐπήκρισε interpretari malim *exsuperavit.*

930. τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα. Male vertit Stanl. *hoc tamen optamus, ut oculus domus non omnino extinctus cadat.* Hic potius est verborum sensus : Quamquam humanitatis causa Ægisthi et Clytæmnestræ mortem dolemus, eædem tamen, cum Orestes tot cædes feliciter exsuperaverit, hoc *lætæ accipimus, ædium regiarum oculum non prorsus interiisse.*

IN SCENAM XIV.

v. 932.—969.

932. sqq. In Strophe hujus carminis Canterus et Heathius ultimum versiculum, nempe undecimum, qui dochmaicus esset et huic Antistrophico

θεῖσαν ἐποίχεται

responderet, excidisse putabant. Attamen cum ad sensum nihil deesse videatur, in mentem nobis venit opinari, vocabulum Παρνάσσιος v. 950. a glossatore adjectum esse, eoque ex Antistrophe ejecto, metra sic satis sibi constarent.

Βαρύδικος ποινά.
Ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
Διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
Ἔλακε δὴ τὸ πᾶν
Ὁ πυθοχρήστας φυγὰς,
Θέοθεν δὲ φραδαῖσιν ὡρμημένος.

933. βαρύδικος] καρύδικος Ald. καρίδικος Turn. 936. ἔλακε δὴ] ἔλακε δὲ Turn. ἔλακε δ' ἐς Victor. etc. Illud metro, hoc sensui adversatur. Pauwius conj. ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν. Nobis autem verius esse videtur ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν. 938. θέοθεν δὲ

Στροφή.

1. Ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ
2. Βαρύδικος ποινά.
3. Ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
4. Διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
5. Ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν
6. Ὁ πυθοχρήστας φυγὰς,
7. Θεόθεν δὲ φραδαῖσιν ὡρμημένος.
8. Ἐπολολύξατω δεσποσύνων δόμων,
9. Ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς,
10. Ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν
11. Δυσοίμου τύχας.

Ἀντιστροφή.

1. Ἔμολε δ' ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας
2. Δολιόφρων ποινά.
3. Ἔθιγε δὴ μ ά χ α χερὸς ἐτήτυμος,
4. Διὸς κ ό ρ α, Δίκαν δέ νιν
5. Προσαγορεύομεν
6. Βροτοὶ τυχόντες καλῶς
7. Ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον
8. Τ ᾷ π ε ρ ὁ Λοξίας χθονὸς ἐπ' ὄχθεσι
9. Μέγαν ἔχων μυχὸν ἄξι, δολοῖς δολίαν
10. Ἀ ν τ ι β λαπτομέναν χρονισθεῖσά γ' ἐποίχεται.
11. σθεῖσά γ' ἐποίχεται.

935. διπλοῦς λέων. "Orestem (in fallor) intelligit et Pyladem, quos Euripides etiam in Oreste διδύμους λέοντας vocat v. 1402.

ἦλθον εἰς δόμους, ἵν' αὔθ' ἕκαστά σοι λέγω,
λέοντες Ἕλλανες δύω διδύμω·
τῷ μὲν ῥατηλάτας πατὴρ ἐκλῄζετο,
ὁ δὲ παῖς Στροφίου.

et postea v. 1556.

ἥκω κλύων τὰ δεινὰ καὶ δραστήρια
δισσοῖν λεόντοιν· οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτὼ καλῶ."

Hactenus bene Stanleius; idem tamen cum addit posse et δίπους legi, sicut Clytæmnestra in Agam. v. 1260. a Cassandra δίπους λέαινα dicatur, joculari errore abreptus haud animadvertit si hic δίπους λέων scriberetur, reponendum etiam esse δίπους Ἄρης, quod esset ridiculum.

936. ἔλακε δὴ τὸ πᾶν. Lectionem ἔλακε nemo est, qui commode explicaverit. Scholiastes legisse videtur:

ἤλασε δ' ἐς τέλος

vel

ἤλασε δ' εἰς ἀγῶν'.

Interpretatur enim: ἤλασε δὲ εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου· ὅ ἐστιν, ἤνυσε τὸν ἀγῶνα. Ἀφίκετο, φησὶν, εἰς τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος. Qua in explicatione nullum certe lectionis vulgatæ est vestigium. Sed certi nihil definire ausim. Ad scripturam vulgatam proxime accederet

ἔλαχε δὴ τὸ πᾶν.

Totum nempe hoc negotium quasi sortito obtingit Oresti.

938. θέοθεν δὲ φραδαῖσιν ὡρμημένος, divinitus oraculis (i. e. divinis oraculis) ad sumendum de Agamemnonis interfectoribus supplicium incitatus.

Ἐπολολυξάτω δεσποσύνων δόμων,
Ἀναφυγὰς κακῶν, καὶ κτεάνων τριβᾶς
Ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν
Δυσοίμου τύχας.
Ἔμολε δ' ᾧ μέλει κρυπταδίου μάχας ἀντισ.
Δολιόφρων ποινά.
Ἔθιγε δὴ μάχᾳ χερὸς ἐπήτυμος
Διὸς κόρα· Δίκαν δέ νιν
Προσαγορεύομεν
Βροτοὶ τυχόντες καλῶς·
Ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον.
Τάπερ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσσιος
Μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὄχθει·
Ἄξεν' ἀδόλως δολίαν

φραδαῖσιν] θέοθεν ἐφραδαῖσιν Ald. θεόθεν ἀφραδαῖσιν Rob. 940. ἀναφυγὰς—τριβᾶς] Vulg. τριβὰς—. Stanl. conj. ἀναφυγαῖς—τριβαῖς. 943. μέλει] Suspicor legendum esse μέλει pro ἔμελεν. 945. ἔθιγε δὴ μάχᾳ] ἔθιγε δὲ μάλα Ald. Sed particulam δὴ et metrum et sensus requirit. Pro μάχᾳ χερὸς Stanl. conj. μαχαίρας; Pauwius ἔθιγε δ' ἐν μάχᾳ, *tetigit manum Orestis*, ut scil. eam dirigeret. 946. κόρα] Vulg. κούρα. Illa vero forma metro convenit. Pauw. invertendam censebat κούρα Διός. 952. ἄξεν'] ἄξεν Ald. Turn. δολίαν] δολίας Turn. Heathius rescribendum opinatur :

939. ἐπολολυξάτω. *Maxima voce gratuletur sibi herilem domum* jam sua victoria *effugisse calamitates, effugisse patrimonii attritionem, quæ ei a duobus hisce ruentis* s. *pereuntis fortunæ contaminatoribus intendebatur*. Sic facillime sensus et constructio verborum decurrit.

945. μάχᾳ χερός. Quamquam Stanleii emendationi μαχαίρας favere videtur Scholiastes, qui sic locum exponit: ἡ δὲ Διὸς θυγάτηρ ἡ δίκη πάρεστιν ἐν τῇ πρὸς Αἴγισθον μάχῃ, καὶ ἐφήψατο τοῦ ξίφους, haud satis tuto tamen ex ista paraphrasi colligitur eum legisse in codice suo μαχαίρας. At si μάχας legatur, et χερὸς ἐπήτυμος exponatur *manu nunquam fallente confidens* (*die ihrer Faust sicher ist,*) elegantiæ imaginis ac sententiæ robori nihil decedit.

946—948. δίκαν—τυχόντες καλῶς. "Distinguit post τυχόντες interpres, accipitque pro ὄντες. Enimvero male. Tu me si satis audias, non divelles καλῶς, sed ex verbo adsumes τοῦ προσαγορεύματος i. e. τοῦ ὀνόματος. Hesych. προσαγορεύουσι, καλοῦσι. Verti oportuit *verum nomen assecuti*, vel *proxime accedentes ad verum nomen*." *Abresch*.

949. ὀλέθριον—ἐν ἐχθροῖς κότον. Bene reddit interpres *adversus hostes*, κατὰ τῶν ἐχθρῶν. Sic Soph. Ajac. v. 1335. βουλήσῃ ποτὲ καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.

952—954. ἄξεν' ἀδόλως—ἐποίχεται. "Apertum satis mendum obsidet illud θεῖσαν, pro quo τίσας reponit

Βλαπτομέναν ἐν χρόνοις
Θεῖσαν ἐποίχεται.
Κρατεῖται πῶς τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ἐπῳδ.
Ὑπουργεῖν κακοῖς.

"Αξεν. ἁ δ' ὅλως δολίαν
Βλαπτομέναν χρονι-
σθεῖσά γ' ἐποίχεται.

hoc sensu: *Adduxit. Illa vero dolosam mulierem noxa omnino irretitam diu cunctata assequitur.*

Stanl. Totius loci sententia valde est impedita, in quam dum inquiro, variæ oriuntur suspiciones.—Primo conjiciebam legendum

ἀξέναν δολοῖς δολίαν
βλαπτομένα δ' ἐν χρόνοις
τίσασ' ἐποίχεται.

ad Dicen ut referatur, et sensus sit: ἡ δὲ δίκη βλαπτομένη τίσασα δόλοις ἐποίχεται τὴν δολίαν ἐν χρόνοις. Sensu satis apposito, nisi Dicen suo officio jam defunctam legeremus in antecedentibus, neque ita legendo nominativus ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσσιος destitueretur verbo, unde pendeat, et foret adeo ceu in parenthesi legendum, καθάπερ καὶ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσσιος. Hoc quum minus satisfaceret, nec viderem quo posset referri ἄξενα, aut quomodo commode legeretur ἀξέν' i. e. ἀξένᾳ cum ὄχθῃ ut construeretur (nam ὄχθος, τὸ, unde foret ὄχθει, mihi ignotum) ariolabar nunc fortasse ἄξεν esse verbum pro ἐπήγαγε. Sententia foret ἅπερ i. e. καθάπερ ὁ Λ. ὁ Π. τίσας ἐποίχεται (Sic in Abreschii animadversionibus expressum legitur, operarum, ni fallor, errore, pro καθάπερ ὁ Λ. ὁ Π. ἄξεν τίσασ' ἐποίχεται.) τὴν ἀδόλως δολίαν βλαπτομέναν ἐν χρόνοις. Sed et ἀξέναν δόλοις tentabam, de Clytæmnestra ut acciperetur, et ordo esset, καθάπερ ὁ Λ. ὁ Π. τίσας ἐποίχεται δόλοις τὴν ἀξέναν καὶ δολίαν βλαπτομέναν ἐν χρόνοις. Mutationi videbatur favere, quod supra legimus v. 888. δόλοις ὀλούμεθ' ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν, et Orestis ac Electræ verba apud Eurip. in Electr. v. 983. Et quod apud nostrum dixerat Orestes v. 564. καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ Δέξαιτ', ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς. Unde recte ἄξενος eadem Clytæmnestra, et quæ præterea Agamemnonem et Cassandram ἀπὸ ξένης reduces et advenas sustulerat. Tandem si quis posthabita difficultate, quæ in ἄξεν' subnascitur, ab edita nolit facile recedere, is ἀδόλως δολίαν Clytæmnestram ideo per oxymoron a poëta dictam fingat, quia magni cum gaudii testificatione maritum reducem exceperat. Quin cogitavi corrigere ὅλοις, ut ὅλοις ἐν χρόνοις foret *per integros annos*, quomodo ἐντὸς χρόνου, *intra annum*, vertit interpres Herodoti lib. viii. c. 114.—" *Abresch.* At in tanta trepidatione Abreschius nihil invenit, quod probari possit. Videant lectores, an emendatio nostra, proxime ad vestigia scripturæ accedens, sensus etiam facilitate ac gravitate se commendet. Ea scil. Δικη, *qua cum Apollo magnum in edito terræ colle* (Parnasso) *recessum inhabitans duxit, dolosam mulierem dolis vicissim puniendam, quamvis aliquantum morata, persequitur.*

955. κρατεῖται — κακοῖς. *Manet in proposito divinum numen, quo constituit malis hominibus non opitulari.* Grotius in excerptis verterat:

Quædam vis inhibet deum
Ne pravis et atrocibus
Factis auxilium ferat.

Sed κρατεῖσθαι παρά τι est *firmiter alieni inhærere.*

Ἄξιον δ' οὐρανοῦχον ἀρχὰν σέβειν.
Πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν, μέγαν δ' ἀφηρέθην
Ἄλιον οἴκων.
Ἄναγε μὰν δόμοις, πολὺν ἄγαν χρόνον
Χαμαιπετὴς ἔκειτ' ἀεί.
Τάχα παντελὴς ἀμείψεται
Πρόθυρα δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑστίας
Μῦσος πᾶν ἐλάσῃ καθαρμοῖς
Ἀτᾶν ἐλατηρίοις. Τύχαι

958. πάρα] Sic erat scribendum, non ut vulgo παρὰ—. ἀφηρέθην] Stanl. conj. ἀφηρέθη vel ἀφηρέθης. 959. Ἄλιον] e Pauwii emendat. Edd. omnes ψάλιον. 961. χαμαιπετὴς ἔκειτ' ἀεὶ] Vere sic, ut abitror, Pauwius. χαμαιπετεῖ σε κεῖσθ' ἀεὶ Ald. Turn. 965. ἀτᾶν ἐλατηρίοις] In Edd. ἅπαν ἐλατήριον. Inde Stanl. emendandum censebat καθαρμὸς ἀτᾶν ἐλατήριος. Nobis vero lectio, quam in textu expressimus, propius ad veteris scripturæ vestigia, quæ supersunt in Codd. accedere videbatur. τύχαι] Ita rescripsimus pro vulg. τύχα. Nimirum τύχαι copulandum est cum πεσοῦνται πάλιν.

958. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν. Sine dubio sic erat scribendum, πάρα (pro πάρεστι), non παρὰ, quod sensum pervertit. Et Stanleius, quamquam nihil de emendanda scriptura monuit, lectionem nostram tamen versione expressit: *adest tempus lucem videndi.*

959. ἄλιον οἴκων. Hac una emendatione Pauwius multa futilia commenta expiare poterat. Ψάλιον h. l. prorsus ineptum est. Ἅλιος οἴκων vero dicitur Orestes, unica familiæ Agamemnonis spes et solatium. Et *solis* imagine nihil est quod aptius respondeat verbis præcedentibus πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

960. ἄναγε μάν. Stanl. conjicit ἀνήγουμαν, idque cum lectione σε κεῖσθ' ἀεὶ sic verti: *diu existimavi domi, quod humi prostratus in perpetuum jaceres.* Multo autem concinnius est legere:

ἄναγε μιν δόμοις, πολὺν ἄγαν χρόνον
χαμαιπετὴς ἔκειτ' ἀεί.

Reduc eum (ὁ deus) in ædes nostras; inde enim a longo tempore semper humi prostratus jacuit. Χαμαιπετὴς de sole dici recte potest, qui non oritur.

962. τάχα παντελής. Hic expunximus χρόνος, quod in omnibus legitur, et sententiam prorsus pessumdat. Videtur autem ex glossa irrepsisse, cum scholiastes quidam forte putasset ad παντελὴς repetendum esse ex v. 960. χρόνος. Sed παντελὴς pertinet ad Orestem, ἥλιον οἴκων; et significat Chorus eum mox ab omni labe purum ad ædes rediturum, si maculas e tot cædibus familiæ adspersas piaculis noxam propulsantibus abstersisset.

964. sq. καθαρμοῖς ἀτᾶν ἐλατηρίοις. Cf. v. 1030. sqq. et vers. 1056.

965. sqq. τύχαι—πεσοῦνται πάλιν. Sic mollius correctum censeo, quam quomodo Stanleio placebat τύχα—πεσεῖται. Nempe comparatio ducta est a talorum lusu, in quo jactus Venerius εὐπρόσωπον κοίταν sistit. Germanice vertas licebit: *Und so werden die Würfel des Schicksals einmal für uns wieder glücklich fallen und einen fröhlichen Anblick geben.*

Δ' εὐπροσώπῳ κοίτᾳ
Τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις
Μετοικοδόμων
Πεσοῦνται πάλιν. Πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

'Ορ. ΙΔΕΣΘΕ χώρας τὴν διπλῆν τυραννίδα
Πατροκτόνους τε δωμάτων πορθήτορας.
Σεμνοὶ μὲν ἦσαν, ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι,
Φίλοι τε καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη
Πάρεστιν, ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασι.
Ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίως πατρὶ,
Καὶ ξυνθανεῖσθαι· καὶ τάδ' εὐόρκως ἔχει.
Ἴδεσθε δ' αὖτε, τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν,
Τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρὶ,
Πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα.
Ἐκτείνατ' αὐτὸν, καὶ κύκλῳ παρασταδὸν

967. θρεομένοις] forte θ' ἱεμένοις Stanl. 968. μετοικοδόμων] μετ' οἰκοδόμων Ald. Turn. 969. πάρα] Vulg. παρὰ ut supra. πεσοῦνται] Stanl. conj. πεσεῖται scil. ut ad τύχα referatur. Mollius autem concinniusque videtur, ut edidimus, τύχαι —πεσοῦνται. 975. ἀθλίως] Rectius puto ἀθλίῳ vel ἄθλιον. Nisi forte, quia statim ἀθλίῳ πατρὶ recurrit, hoc loco in ἀθλίῳ verbi cujusdam infinitivus latet, qui accusativum θάνατον regebat, hoc fere sensu: *conjurarunt se mortem patri illaturos, et una*, si opus esset, *morituros.*

967. τὸ πᾶν ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις μετοικοδόμων. Legendum censemus μετοίκοις δόμων. Nempe *ædium regiarum incolis, qui jam se omnia* scil. mala *vidisse et audivisse querebantur, aliquando feliciores cadent fortunæ tali.* Heathius h. l. nihil attulit, quod operæ pretium esset referre.

IN SCENAM XV.

v. 970—1061.

Orestes primum Choro cadavera Ægisthi et Clytæmnestræ ostendit, et acerbe meritam eorum fortunam exagitat. Deinde indusium illud in medium profert, quo tanquam reti captum Agamemnonem necaverant.

971. δωμάτων πορθήτορας. Cf. v. 941. sq.

973. φίλοι τε καὶ νῦν. Simili usus erat sarcasmo v. 891. sq.

980. καὶ κύκλῳ παρασταδόν. A vera verborum constructione aberravit Stanleius hoc modo interpretatus: *et circumcirca stantes integumentum virorum*

Στέγαστρον ἀνδρῶν δείξαθ', ὡς ἴδοι πατὴρ,
Οὐχ οὑμὸς, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε
Ἥλιος, ἄναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς.
Ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτὲ,
Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον
Τὸν μητρός· Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον·
Ἔχει γὰρ, αἰσχυντῆρος ὡς, νόμου δίκην·
Ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος,
Ἐξ οὗ τέκνων ἤνεγχ' ὑπὸ ζώνην βάρος,
Φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρὸν, ὡς φαίνει, κακόν.
Τί σοι δοκεῖ; μύραινά γ' ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ,
Σήπειν θίγουσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον
Τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος.
Τί νιν προσείπω, κἂν τύχω μάλ' εὐστομῶν;
Ἄγρευμα θηρὸς, ἢ νεκροῦ ποδένδυτον

986. λέγω] ψέγω Ald. 987. νόμου] Canterus emendat νόμος hac scil. ratione sensum verborum informans i. γ. αἰσχυντῆρος ὡς νόμος, δίκην. 991. ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ] Vulgo cum hiatu ἢ ἔχιδν' Rob. μύραινα τ' ἤτ' ἔχιδν' ἔφυ. 992. θίγουσ' ἂν] θίγουσαν Ald. σήπειν] forte verius σήποι.

ostendite. Ordo est: καὶ κύκλῳ ἀνδρῶν παραστάδὸν στέγαστρον δείξατε, *et circulo virorum in propinquo adstantium hoc integumentum ostendite;* quod Abreschius quoque recte intellexit.

987. αἰσχυντῆρος ὥς. Hac interpunctione usus non est quod in constructione labores, aut emendationem quæras. *Habet enim legis pœnam, ei ut adultero constitutam.* Nihili est, quod Abreschio in mentem venerat αἰσχυντηρὸς ὥς.

990. φίλον τέως (scil. τέκνων βάρος), νῦν δ' ἐχθρὸν, ὡς φαίνει, κακὸν, *qui liberi ipsi cari ejusque amantes erant*, donec licebat, *nunc vero* ipsius culpa, *ut apparet, ei infesti et exitiosi facti sunt.*

992. σήπειν. Vacillat constructio, haud aliter fulcienda, quam si mecum rescripseris

σήποι θίγουσ' ἄν.

Possit sane aliquem etiam absque morsu vel solo tactu putrefacere.

993. τόλμης— φρονήματος. *Propter immane illud ausum et impium* quamvis *callidum commentum.* ἄδικον φρόνημα nempe de *indusio* illo dicitur, quod ante oculos positum erat, et quod sequitur τί νιν προσείπω arctissime cum hoc φρόνημα copulandum. Versionem Stanleianam hic magna premit obscuritas. Vertit enim: *Audaciæ causa et injusti animi. Quid modo appellarem?* Imo φρόνημα est idem quod δόλωμα v. 1000. et vertendum erat: *Quibus nominibus illud indusii commentum compellem, aut quomodo ejus diritatem verbis eloquar, etiamsi magna dicendi copia abundem?*

995. ἄγρευμα θηρός. An illud *rete captandis feris idoneum, an potius integu-*

Δρύτης κατασκήνωμα, δίκτυον μὲν οὖν·
Ἄρκυν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους.
Τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φιλήτης ἀνὴρ
Ξένων ἀπαιόλημα, κἀργυροστερῆ
Βίον νομίζων· τῷδε τ' ἂν δολώματι
Πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θερμαίνοι φρενί.

997. *ἄρκυν*] *ἄρην* Rob. unde infeliciter Pauwius hariolatur—*ἄρην δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας ἐρίβους.* 998. *τοιοῦτον ἂν*] *τοιοῦτο μὰν* Rob. 1001. *θερμαίνοι*] *θερμαίνει* Ald. *θ' ὁρμαίνοι* conj. Heath.

mentum appellem cadaveris pedibus in loculo involvendis paratum (ein wahres Leichentuch oder Todtenhemde); rete utique et casses et vestimentum pedes irretiens dicere possis. Ridicule hic erravit Heathius, hæc omnia v. 995—997. de Clytæmnestra dici somnians, quod non viderat *νιν* in verbis *τί νιν προσείπω* v. 994. non ad *μύραινα* v. 991. sed ad *φρονήματος* v. 993. referendum esse.

Sed hoc loco non possum quin expromam suspicionem, qua fere inducor ut credam v. 997.

Ἄρκυν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους

a glossatore confictum esse. Certe inanem habet eorum, quæ jam antea dicta erant, repetitionem, et multo gravius sententia caderet, si hæc esset clausula:

Δρύτης κατασκήνωμα; Δίκτυον μὲν οὖν!

996. *δρύτης κατασκήνωμα.* "Scholiastes reddit *παραπέτασμα ὄρους.* Sensu, ut opinor, nullo. Scribendum autem *σοροῦ* pro *ὄρους*, iisdem plane litteris, sed transpositione facta. *Δρύτη* enim est *loculus, sandapila, capulum.* Neque aliter intellexit Scholiastes noster, ut apparet ex loco huic gemino in Eumenidibus v. 635. ubi Scholiastes vocabulum *δρύτῃ* sic exponit: *πυέλῳ τῇ ὡς σορῷ αὐτῷ γινομένῃ.* Et licet *δροίτη* potius a Grammaticis quibusdam observetur *sandapilam* significare, quasi *δρυοίτη*; idem tamen nunc *δροίτη*, nunc *δρύτη* scribitur. Et in hoc ipso negotio Æschylus utrumque usurpat; in Agamemnone *δ ρ ο ί τ η*, ut veteres Grammatici observarunt. Etymolog. *Δροίτη· ἡ πύελος. Ὁ δὲ Αἰτωλός φησι τὴν σκάφην ἐν ᾗ τιθηνεῖται τὰ βρέφη. Παρθένιος δὲ τὴν σορὸν καὶ Αἰσχύλος.* Eustathius ad Odyss. *μ'*. *Καὶ δρύτη δέ φασι κυρίως ἡ ξυλίνη, ὡς ἀπὸ δρυὸς, ἧς χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι. Εἰ δὲ διὰ διφθόγγου γράφεται ἡ δ ρ ο ί τ η ἐκεῖ* (scil. in Agamemnone Æschyli) *διὰ τὸν οἶτον οὐ κωλεύει τοῦτο τὴν ῥηθεῖσαν ἑρμηνείαν αὐτῆς· συγκέκοπται γὰρ ἐκ τοῦ δρυοίτη. ἵνα ᾖ κυρίως δροίτη, πύελος ἢ λάρναξ τοῖς τεθνεῶσιν.*—" *Stanl.*

998. *φιλήτης ἀνήρ.* "Hesychius: *Φιλήτης· κλέπτης, λῃστής.* Et *Φιλητῶν, γένος κλεπτῶν,* hunc locum Euripidis Rheso respiciens: v. 217. (ubi tamen altera scriptura non minus usitata obtinet *φηλητῶν*).

Ἀλλ' εὖ σ' ὁ Μαίας παῖς ἐκεῖσε καὶ πάλιν
Πέμψειεν Ἑρμῆς, ὅς γε φηλητῶν ἄναξ." *Stanl.*

999. *κἀργυροστερῆ βίον νομίζων*, *vitam furacem agens, der die Profession eines Beutelschneiders treibt.* "*Νομίζειν* valet *profiteri, exercere.* Ita *ὁ νομιζόμενος πρὸ Τριπτολέμου βίος* Aristid. Tom. i. p. 395. et *τέχνην νομίζειν* Eurip. in fragm. ex Alcmæone v. 3.—" *Abresch.*

1001. *πολλὰ θερμαίνοι φρενί.* Vel

Τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
Γένοιτ'· ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

Χο. Αἶ, αἶ, μελέων ἔργων·
Στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης.
Ἓ, ἕ, μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.

Ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασε· μαρτυρεῖ δέ μοι
Φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.
Φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται
Πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος.

1006. *μίμνοντι*] In hoc vocabulo latet *δράσαντι* vel aliud quidpiam participium ejusdem significationis.

sic accipiendum, *incalescat ad plura ejusmodi facinora perpetranda*, vel de angore et perturbatione animi ex mala tot cædium conscientia intelligendum.

1002. *τοιάδε μοι.* Jam tandem Orestes, hactenus v. 994—1001. exitiale illud indusium abominatus, ad ipsam Clytæmnestram redit.

1003. *ἐκ θεῶν, diis sic volentibus.*

1006. *μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.* Stanl. vertit : *manenti vero etiam dolor augescit,* quasi Chorus significet, se, quo diutius hæc cadavera spectet, eo majore etiam dolore et miseratione capi. Verum hæc aliena sunt a Chori sententia, qui modo cœperat indignam Agamemnonis cædem misereri. Quo magis autem de h. l. cogito, eo certius mihi persuadeo, lectionem *μίμνοντι* librariis deberi, Æschylumque scripsisse

Δράσαντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.

Gravem enim hanc sententiam Æschylus valde frequentat, ut supra v. 310.

Δράσαντι παθεῖν,
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Quia tamen subdifficile est, explicare, quomodo librariis in mentem venerit pro *δράσαντι* lectionem *μίμνοντι* substituere, fortasse propius ad vestigia scripturæ accedendo sic reponere præstet :

Μίμνει δράσαντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖν.

quemadmodum supra :

Μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς
Παθεῖν τὸν ἔρξαντα.

1007. sqq. *Ἔδρασεν—ἔχων μιάσματα.* Quod jam Stanleius Heathiusque monuerunt, id nobis quoque extra dubitationem positum esse videtur, hæc non Choro, sed Oresti tribuenda esse.

ἔδρασεν. Ut in hanc *ῥῆσιν* incideret Orestes, occasionem dedit Chori dictum *δράσαντι καὶ πάθος ἀνθεῖ.* Inde, quæ Orestis humanitas erat, paululum cœpit addubitare, utrum Ægisthus vere patrem suum occiderit necne ? Itaque post *ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασεν* signum interrogandi ponendum est ; et supplendum Ἀλλ' *ἔδρασε,* ante *μαρτυρεῖ δέ μοι.* *Fecitne an non fecit ? Imo vero fecit. Testatur scilicet hoc vestimentum, quomodo eum Ægisthi ensis confoderit.*

1009. *φόνου κηκὶς* est *sanguinis ex vulneribus scaturigo,* de qua etiam post longum tempus liceat conjecturam facere ex maculis, quæ vestis colorem multis locis vitiaverint. Nimirum *κηκὶς* h. l. non est *στύμμα,* s. *βάμμα,* nec glossæ sic exponentes vocabulum ad h. l. pertinent. Sed *κηκὶς* est i. q. *ἀνάδοσις,* quo sensu jam occurrit Agam. v. 969. et Choëph. v. 265.

Νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρὼν,
Πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε.
Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
Ἄζηλα νίκας τῆσδ' ἔχων μιάσματα.
Οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
Διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται·
Ἐς μόχθον δ' ὁ μὲν αὐτίχ' ὁ δ' * * * ἥξεν.
Ὀρ. Ἄλλος γ' ἂν εἴδοι, τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅπῃ τελεῖ.
Ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφον δρόμου

1016. ἀμείψεται] Stanl. ἀμείψηται. 1017. ὁ δ' * * * ἥξεν] hic omissum est adverbium quod priori αὐτίκα opponebatur, ut ὕστερον vel simile. 1018. εἴδοι] Vulg. εἰδῇ. 1019. ἡνιοστρόφον] Sic edidimus pro vulg. ἡνιοστρόφου, quod sensu caret. Stanleio placebat ἡνιοστροφῶ.

1011. sqq. Νῦν αὐτὸν αἰνῶ. Hæc verba, si a Choro pronuntiarentur, facilem haberent explicationem; tum enim αὐτὸν ad Orestem referretur, quem Chorus ob justitiam cædis perpetratæ laudare, simul autem ob diritatem parricidii, cujus ei necessitas esse imposita, misereri posset. Jam vero, cum aliunde constet, totam hanc ῥῆσιν v. 1006—1014. Oresti tribuendam esse, profecto haud proclive est exponere, quid sit illud νῦν αὐτὸν αἰνῶ. Cum enim h. l. αὐτὸν neminem alium, quam Ægisthum respiciat, quid quæso in eo erat, quod *laudare* posset Orestes? Totum igitur hunc locum, ut nunc est, valde intricatum, levi emendatione expediemus:

Νῦν αὖ τόδ' αἰνῶ, νῦν δ' ἀποιμώζω παρὼν,
Πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε
Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
Ἄζηλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.

Nunc vicissim hoc (scil. facinus meum) *probo, nunc vero ob id ingemisco præsens* (i. e. huic spectaculo adstans) *et hocce vestimentum, quo pater necatus est, inclamans,* (et quasi antestans) *doleo equidem* (istorum, Ægisthi scil. et matris) *facinora, et tristem* (quo puniti sunt) *exitum, omninoque totum* parentum *genus* misereor, *victoriam adeptus haud sane invidendam,* et *cum tristi manuum pollutione* (hausto matris sanguine) *conjunctam.*

1016. ἄτιμος non est, ut Schol. explicat, ἀτιμώρητος, quod non solum tautologiam induceret, sed etiam sententiam efficeret a consilio Chori alienam. Non enim omnibus hominibus calamitates impendere, sed facinorosos omnes serius ocyus in pœnas incidere significaturus erat. Itaque ἄτιμος, h. l. est *infamis, turpis,* totumque hoc epiphonema sic vertendum: *Nemo hominum, qui se turpibus facinoribus inquinavit, totam vitam sine calamitate ac pœna transigit; in infortunium potius alius confestim alius sero incidit.* cf. v. 59. sqq.

1018. ἄλλος γ' ἂν—τελεῖ. *De his quidem* (nempe quæ Chorus modo dixerat) *alius viderit,* verane an falsa sint; *sed* ea quæ ad me attinent, *quorsum casura sint, satis certo scio.* Nempe jam sentire incipit Orestes insaniæ accessum.

1019. sqq. ὥσπερ—δύσαρκτοι. *Mens*

Ἐξωτέρω φέρουσι γὰρ νικώμενον
Φρένες δύσαρκτοι. Πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
Ἄδειν ἕτοιμος ἠδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.
Ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμὶ, κηρύσσω φίλοις
Κτανεῖν τέ φημι μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης,
Πατροκτόνον μίασμα, καὶ θεῶν στύγος.
Καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι
Τὸν πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοὶ,
Πράξαντι μὲν ταῦτ' ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
Εἶναι, παρέντι δ' οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν.
Τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων προσίξεται.
Καὶ νῦν ὁρᾶτε μ' ὡς παρεσκευασμένος
Ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι

1029. παρέντι] παρόντα Ald. 1030. τόξῳ] τόξων Ald.

enim perturbata et *vix* in quieto statu *continenda* me piaculi in matrem commissi vi *superatum extra viam* (sanæ rationis) *rapit, haud secus ac aurigum una cum equis* et curru habenas non audiente extra viam raptum. Nempe ordo verborum hic est: φέρουσι γὰρ (ἐμὲ) νικώμενον φρένες δύσαρκτοι ἔξω δρόμου, ὥσπερ ἡνιοστρόφον ξὺν ἵπποις (ἔξω δρόμου φερόμενον).

1021. πρὸς δὲ καρδίᾳ—κότῳ. Solenne est Æschylo, vehementiorem cordis pulsum, timoris, angoris, vel iræ affectu concitatum, cum saltatione comparare. Sic v. 164. ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ. Ut autem cor salire præ timore dicitur, sic dubium non est, quin de timore recte dicatur eum cordi assilire, et quasi insultare. Quoniam autem cum saltatione cantum conjungere moris erat, hanc quoque imaginem in figuram dictionis allegoricam assumit ᾄδειν ἕτοιμος. Κότος furiosum timoris impetum designat. Abreschius tamen haud male sic legi posse opinatur:

πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
ᾄδειν ἕτοιμος, ἢ δ' ὑπορχεῖσθαι κρότῳ.

ut timor quasi præcentorem agat, cujus modulationem et plausum cor saltando subsequatur.

1025. πατροκτόνον μίασμα—στύγος. *Cædis paternæ auctorem, fœdissimum monstrum ac diis detestabile.*

1026. καὶ φίλτρα. *Et præterea incitamentum hujus facinoris me habuisse præ me fero Apollinem.*

1029. οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν. Quam pœnam hic majorem esse pronuntiat, quam ut eam verbis libeat describere, eam supra v. 270. sqq. fusius enarraverat.

1030. τόξῳ γάρ. τόξῳ significat *conjecturam.* γὰρ ad brevem sententiam, suppressam quidem, sed facile supplendam refertur. *Non lubet dicere,* inquit, *quantas mihi pœnas minatus sit Apollo;* adeoque vobis eas haud licet animo informare. *Nam conjectura quidem nemo earum atrocitatem assequatur.*

Μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα Λοξίου πέδον,
Πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον·
Φεύγειν τόδ' αἷμα κοινὸν, οὐδ' ἐφ' ἑστίαν
Ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο.
Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
Καὶ μαρτυρεῖν μοι, πῶς ἐπορσύνθη κακά.
Ἐγὼ δ' ἀλήτης τῆσδε γῆς ἀπόξενος

1035. κοινὸν] Stanl. conj. καινόν. 1038. πῶς] μενέλεως Ald. λεὼς Turn. etc. Sed hoc aperte vitiosum est, et sensu cassum. Πῶς jam Stanleio placuerat; nisi quis ita malit τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι, πάντας Ἀργείους λέγω καὶ μαρτυρεῖ μοι λεὼς, ἐπορσύνθη κακά. Equidem πῶς unice verum existimo, sed hactenus, ut etiam γέγει pro λέγω substituatur, ad Apollinem illud quidem relatum.

1033. μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα. "Delphos scilicet, de quibus Strabo: τῆς γὰρ Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πως ἐςὶ (Delphi) τῆς συμπάσης τῆς τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός· ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὄμφαλον. Ita certe vocarunt plurimi scriptores tam græci quam latini, et frequenter Pindarus in Pyth." *Stanl.*

1034. πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον. "Æterni ignis Delphis servati meminit et Plutarchus vita Numæ: Ἐπεί τοι τῆς Ἑλλάδος ὅπου πῦρ ἄσβεςόν ἐςιν ὡς Πυθοῖ καὶ Ἀθήνησιν οὐ παρθένοι, γυναῖκες δὲ πεπαυμέναι γάμων ἔχουσι τὴν ἐπιμέλειαν—Hunc Delphicum ignem ligno nutritum fuisse, apparet ex Callimachi hymno in Apollinem:

ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ
οὐδέποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη." *Stanl.*

Verum Callimachus de igne in templo Apollinis Καρνείου apud Cyrenæos loquitur.

1035. αἷμα κοινόν. Nisi hoc placeat interpretari *sanguinem communem*, s. cognatum, facile se probabit Stanleii emendatio καινὸν, sicut v. 1052. ποταίνιον αἷμα dicitur.

1037. τὰ δ' ἐν χρόνῳ. Nondum his quæ in notis ad V. L. proposui, profligatam esse sentio horum versiculorum corruptelam. Sic potius emendandi sunt:

Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
Ξυμμαρτυρεῖν ὅπως ἐπορσύνθη κακά.

In vulgata lectione καὶ ante μαρτυρεῖν et alterum μοὶ prorsus supervacuum est: et cum interrogatio hic non directa, sed obliqua sit, non πῶς cum Stanleio, sed ὅπως reponendum. *Wakefield*, vir doctissimus, in silva critica (Cantabrigiæ anno 1792. edita) P. iii. p. 68. emendabat:

Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μου πάντας Ἀργείους λέγω
Καταμαρτυρεῖν ὅπως ἐπορσύνθη κακά.

At καταμαρτυρεῖν τινος est *testimonium adversus aliquem dicere*, s. eum *testimonio premere*.

1039. sqq. Ἐγὼ δ' ἀλήτης—τιμῶν κάρα. Hic primum post λιπὼν aposiopeseos vel pausæ signum appingendum, deinde pro εὖτε rescribendum est εὖ γε. Ipse nimirum Orestes hic secum pugnat, et in diversas partes animi fluctuatione distrahitur. *Ego vero jam exul ab hac terra errabo, et vivus mortuusque pessima hac fama* (matricidæ scil.) *urgebor . . . . At enim recte cum fecerim, neque malis rumoribus obmutescam* quasi turpitudinis convictus, *neque ipse*

Ζῶν καὶ τεθνηκὼς τάσδε κλῄδονας λιπὼν,
Ἀλλ' εὖτε πράξας, μηδ' ἐπιζευχθῶ στόμα
Φήμαις πονηραῖς, μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακὰ,
Ἐλευθερώσας πᾶσαν Ἀργείην πόλιν,
Δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.
Ἆ, ἆ. Δμωαὶ γυναῖκες, αἵδε Γοργόνων δίκην
Φαιοχίτωνες, καὶ πεπλεκτανημέναι
Πυκνοῖς δράκουσιν· οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
Χο. Τίνες σε δόξαι, φίλτατ' ἀνθρώπων πατρὶ,

1041, 1042. *ἐπιζευχθῶ στόμα φήμαις πονηραῖς*] Vulg. interrupta verborum constructione, et vacillante sensu, *ἐπιζευχθῇ στόμα φῆμαι πονηραί.* Stanleio nihil mutandum videbatur præter *φῆμαι πονηραὶ* in *φήμᾳ πονηρᾷ.* Heathius vero hosce versiculos Choro tribuit ita constitutos:

ἀλλ' εὖ τ' ἔπραξας, μηδ' ἐπιζευχθῇς στόμα,
φήμῃ πονηρᾷ, μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακά.

vertendumque existimat: *At tu bene quidem fecisti, neque malæ famæ os tuum adjungas, neque mala ominare.*

mihi mala, v. c. perpetuum exsilium, *vaticinabor.* *ἐπιγλωσσᾷν κακὰ* est *mala ore proloqui, lingua uti mala ominante.* Hesychius: *ἐπιγλωσσῶ ὀποιονίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.*

1045. *Δμωαὶ γυναῖκες.* Hæc per appositionem conjungi posse non equidem nego; melius tamen arbitror sejungi, ut *γυναῖκες* ad Furias pertineat.

Δμωαί! Γυναῖκες αἵδε, Γοργόνων δίκην
Φαιωχίτωνες.

Γοργόνων δίκην. "Nempe *πεπλεκτανημέναι δράκουσιν.* Apollodorus lib. ii. *εἶχον δὲ αἱ Γοργόνες κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων.* In Prometheo v. 797.

— τρεῖς κατάπτεροι
Δρακοντόμαλλοι Γοργόνες." *Stanl.*

1046. *Φαιωχίτωνες.* "Ita Menedemo Cynico, qui Furias vestitu imitatus esse dicitur, *χιτὼν* erat *φαιὸς ποδήρης* teste Diogene Laërtio in vita ejus. Et Cassiteridum insularum incolæ, Furiis itidem similes, *μελαγχλαίνοι* describuntur Straboni lib. iii. *ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας.* Porro ipsas Furias, quæ Orestem insectatæ sunt, nigris vestibus indutas fuisse discimus ex Eumenid. v. 52. ubi dicuntur

μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι.

Refert et Pausanias in Arcadicis eas Oresti primum nigras apparuisse. De nigra seu pulla veste accipiendus Lycophron cum *Ἐριννύων ἐσθῆτα* dicit." *Stanl.*

1047. *πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δράκουσιν.* "Orestes apud Euripidem in tragœdia cognomine

— μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας.

Catullus, 65, 193.

Quare facta virum mulctantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons expirnatis præportat pectoris iras.

Horat. Carm. ii. 13.

et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.

Æschylum fictionis auctorem laudat

Στροβοῦσιν; ἴσχε, μὴ φοβοῦ νικῶν πολύ.
Ὀρ. Οὐκ εἰσὶ δόξαι τῶνδε πημάτων ἐμοί.
Σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.
Χο. Ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι,
Ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς ἐς φρένας πιτνεῖ.
Ὀρ. Ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δή,
Κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.
Χο. Εἴσω καθαρμός. Λοξίου δὲ προσθίγων
Ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.
Ὀρ. Ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ,
Ἐλαύνομαι δέ, κ' οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.
Χο. Ἀλλ' εὐτυχοίης, καὶ σ' ἐποπτεύων πρόφρων
Θεὸς φυλάσσοι καιρίοις ἐν συμφοραῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ΟΔΕ τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
Τρίτος αὖ χειμὼν
Πνεούσας γονίας ἐτελέσθη.

1064. πνεούσας γονίας] Heathius conjicit πνεύσας φόνιός γ' ἐτελέσθη.

Pausanias in Atticis: Πρῶτος δέ σφισιν Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησε ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι." *Stanl.*

1051. μητρὸς ἔγκοτοι κύνες. Supra v. 921.

φυλάξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.

Recte canes. Eumenid. v. 131.

Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ
Κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.

et v. 246.

Τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν
Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.

Ita Virgilio etiam dictæ lib. 6.

— Visæque canes ululare per umbram
Adventante dea.

Et Lucano, vi. 733.

— Stygiasque canes in luce superna
Destituam—" *Stanl.*

1052. ποταίνιον. Hesych.: Ποταίνιον· νέον, πρόσφατον.

1055. αἷμα δυσφιλές. "Virus quo inficiebantur cuncta. cf. Eumenid. v. 54." *Stanl.*

1060. ἀλλ' εὐτυχοίης. "Nostrum aperte imitatus Sophocl. Œd. Tyr. v. 1492. Ἀλλ' εὐτυχοίης καὶ σὲ τῆσδε τῆς ὁδοῦ Δαίμων ἄμεινον ἢ μὲ φρουρήσας τύχοι. Et sic ἀλλ' εὐτυχοίτην Eurip. Iph. Aul. v. 716. Add. v. 1557. et Iph. Taur. v. 841." *Abresch.*

IN SCENAM XVI.

1064. πνεούσας γονίας. Locus et metro iniquus, cum in anapæsticis iam-

Παιδόβοροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν
Μόχθοι τάλανές τε Θυέστου.
Δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη·
Λουτροδάϊκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
Πολέμαρχος ἀνήρ.
Νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτήρ·
Ἦ μόρον εἴπω;
Ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει
Μετακοιμισθὲν μένος ἄτης;

1065. παιδόβοροι] E Valckenarii emendatione ad Eurip. Phœniss. v. 1576. Vulg. παιδόμοροι. 1066. τάλανές τε] Heathius mavult τάλανές γε. 1073. μετακοιμισθὲν] Valckenarius ad Eurip. Phœniss. v. 1576. reponendum censet μέγα κοιμισθέν; sed correctione textus non eget.

bus ferri nequeat (πνεουσας), et ob vocabulum γονίας non solum inusitatum sed etiam explicatu difficile mendi suspectus. Hesychius quidem hanc glossam suppeditat Γονίας, εὐχερής. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Sed in Agamemnone vocabulum Γονίας nusquam occurrit, et si Hesychius hunc nostrum locum respexit, nec omnino intelligitur, quomodo γονίας possit εὐχερὴς significare, neque, quid ad h. l. εὐχερείας notio pertineat. Heathius Pauwiana commenta jure suo aspernatus nihil tamen attulit, quod magnopere placeat. Languet enim emendatio: πνεύσας φόνιός γ' ἐτελέσθη. Si γονίας librariis debetur, Æschylum forsan scripserat

πνεύσας μ α ν ί α ς ἐτελέσθη.

tempestas furores spirans haud indigna esset Æschyli stilo metaphora. Similis locus in Agamemnone v. 1544.

Δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
Τὸν αἱματηρόν· ψεκὰς δὲ λήγει.

et ἀλληλόφονοι μ α ν ί α ι μελάθρων occurrebant Agam. v. 1586. Sed certi nihil effici potest. Scholiastes quidem Γονίας, quasi nominativus casus sit, interpretatur: ἄνεμος, ὅταν ἐξ εὐδίας κινηθῇ χαλεπὸν πνεῦμα. Sed unde hæc ille arripuit? Neque adeo nominativus per constructionem hic admittitur.

1070. Anxius de futuro Chorus dubitat, an Orestem sospitatorem potius, ob regnum Clytæmnestræ et Ægisthi tyrannide liberatum, an μόρον h. e. novæ cladis auctorem dicat, quæ forte sit piaculum ex matris cæde conceptum consecutura.

ΤΕΛΟΣ

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΧΟΗΦΟΡΩΝ.

IN

ÆSCHYLI EUMENIDES.

IN

ÆSCHYLI EUMENIDES.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Hac fabula Orestias, tanquam tertia parte, absolvitur. Prima enim, quæ Agamemnon inscribitur, Orestis patrem sistit Clytæmnestræ matris ejusque adulteri scelere interfectum. Choëphoris continetur filii ultio de impia matre sumta. Eumenides Orestem exhibent piaculo cædis maternæ, propter quam a furiis agitabatur, Apollinis et Minervæ consiliis liberatum. Prima pars tragœdiæ Delphis, altera Athenis agitur. Prologum agit Pythias templum Apollinis Delphici vaticinandi causa ingressura, quæ Furiarum in templo dormientium adspectu exterrita refugit. (v. 1—62.) Templo jam spectatorum oculis aperto (Scena ii. v. 64—93.) apparent Apollo et Orestes cum Mercurio, furiis etiamnum somno oppressis. Apollo Orestem Athenas ad Minervæ templum proficisci jubet eumque comiti Mercurio commendat. Sequitur Scena iii. (v. 94—137. in qua Clytæmnestræ umbra Furiis dormientibus exprobrat, quod passæ sint parricidam aufugere. Hanc objurgationem excipit Chori canticum, quo Eumenides se ab Apolline delusas queruntur, pergunt tamen Orestæ minari. Venit Apollo (Scena v. v. 174—229.) Furias e templo suo expulsurus; inde altercatione orta Eumenides se porro Orestem persecuturas ostendunt, Apollo autem se eum liberaturum esse denuntiat.

Jam Scena Athenas translata primum (Scena vi. v. 230. sqq.) Orestes in templo Minervæ conspicitur, supplex deæ patrocinium exorans. Superveniunt Furiæ, minis eum persequentes et cantico δεσμίῳ eum terrentes. Tum (Scena vii.) coram Minerva Orestes a Furiis accusatur et causam dicit. Minerva se causam delectis ex civitate judicibus juratis commissuram significat. Sequitur

Choro canticum v. 487. sqq. gravissimarum de pœnis mala hominum facinora consequentibus sententiarum plenum. Scena ultima v. 563. sqq. conveniunt judices, præside Minerva, Apolline testem agente. Post judices in suffragia mittuntur; reus absolvitur. Inde graves Eumenidum iræ, quas Pallas ægre tandem placat, efficitque ut Eumenides oblatam sibi sedem cultumque Athenis accipiant, seque huic urbi propitias futuras ostendant. Sic fabula carminibus Eumenidum, omnis generis prosperitatem Atheniensium populo vaticinantibus, et solemni, qua Eumenides ex Palladis templo deducuntur, pompa clauditur.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓῼΔΙΑ.

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΥΘΙΑΣ προφῆτις.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ εἴδωλον.

ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

ΑΘΗΝΑ.

ἙΡΜΗΣ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΠΥΘΙΑΣ.

ΠΡΩΤΟΝ μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν
Τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν· ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,

1. τῇδε] τῇτι Ald.

IN SCENAM I.

1. **εὐχῇ τῇδε.** Cl. Wakefield, qui nuper Æschyli Eumenides in delectu tragœdiarum edidit, mavult τήνδε πρεσβεύω. Sed nihil mutandum. *Primum*, inquit Pythias, *omnium Deorum hisce precibus meis veneror Tellurem.*

2. **τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν.** "Pausanias Phocicis c. φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς. εἶναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι πρόμαντιν ὑπὸ τῆς Γῆς. Verum quod Æschylus Terræ, id auctor Argumenti Pythiorum. Pindari Nocti tribuit εἶτα ἔρχεται (Apollo) ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐν ᾧ πρώτη Νὺξ ἐχρησμῴδησεν, εἶτα Θέμις. Idem tamen post pauca, μητρῷον δὲ, ὅτι Γῆς ἐστι τὸ μαντεῖον. Tzetzes etiam Saturno tribuit τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον πρότερον τοῦ Κρόνου. Hunc Æschyli locum respexit Harpocration in v. Θεμιστεύειν. Ὅτι δὲ γέγονε, inquit, τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἡλίου, Αἰσχύλος, ἀρχόμενος τῶν Εὐμενίδων φησί. Pro Ἡλίου legerim Φοίβου—" *Stanl.*

ἐκ δὲ τῆς Θέμιν. "Opportunus est et venustus Lucani locus Pharsal. v. 79.

Ultor ibi expulsæ, premeret cum viscera partus
Matris adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis
Explicuit, cum regna Themis tripodasque teneret.
Ut vidit Pæan vastos telluris hiatus
Divinam spirare fidem, ventosque loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris
Incubuitque adyto; vates ibi factus Apollo.

Adeas etiam Ovidium Metam. i. 321. et interpretes ibidem. Orpheus hymn. 78. v. 2. vocat Themidem Γαίης τὸ βλάστημα νέον· ab Æschylo vero discrepat in sequentibus:

Ἡ πρώτη κατέδειξε βροτοῖς μαντήιον ἁγνὸν
Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι, θεμιστεύουσα θεοῖσι
Πυθίῳ ἐν δαπέδῳ, ὅθι Πυθοῖ ἐμβασίλευεν

Ἧ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
Μαντεῖον, ὡς λόγος τις. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινὸς,
Τιτανὶς, ἄλλη παῖς Χθονὸς, καθέζετο
Φοίβη, δίδωσιν δ' ἣ γενέθλιον δόσιν

Ἧ καὶ Φοῖβον ἄνακτα θεμιστόσυνας
ἐδίδαξε.

Consulendus est etiam Apollodor. l. i. c. 4. ed. Heynii, cum Phavorino in voce θεμιστεύειν." *Wakefield.*

3. ἣ δὴ τὸ μητρός. Acute Wakefieldus emendat:

ἣ δῆτα, μητρὸς δευτέρα, τόδ' ἕζετο

" μαντεῖον ἕζεσθαι ut ἐνέζεσθαι στέγος Pers. v. 140. et σέλμα ἧσθαι Agam. v. 191." *Abresch.*

5. τρίτῳ λάχει. *Tertiam autem vicem obtinuit, illa quidem volente, haud vi, ut quidam perhibent, coacta.* Nempe " Apollinem vi Delphicum Oraculum occupasse, ex Pindaro refert Scholiastes, expulsa scilicet Themide; ideoque Terram, Themidis matrem, quæsivisse, ut in Tartarum eam præcipitaret. Idem dicit et Euripides in Iphigenia Taurica:

Θέμιν δ' ἐπὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο
Ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων.

et postea

— Γαῖα δὲ
Μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός."—*Stanlei.*

Utrum vero Æschylus, quod hic de Phœbe narrat, confinxerit, an apud Cyclicos, quos secutus est, invenerit, equidem decernere non ausim.

θελούσης. " Similiter θελήσας pro ἑκὼν Soph. Œdip. Col. v. 790. Πρὸς βίαν, ut Sophocl. Ajac. v. 1344. pro quo βίᾳ Thucyd. vi. 92. τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ οὐ βίᾳ ἡγήσεσθε." *Abresch.*

6. Τιτανίς. Assentior Wakefieldo hanc distinctionem fere præferenti

Τιτανὶς ἄλλη, παῖς χθονός.

7. Φοίβη. " Quam faciunt nonnulli Latonæ matrem teste Heraclide p. 416. ed. *Gale*: inter quos nomen suum profitetur Hesiodus Theog. 407. qui ibid. v. 136. dicit Themin et Phœben sorores esse, Cœli terræque filias." *Wakefield.*

δίδωσιν δ' ἥ. *Dat vero illa.* Abreschius animadv. t. ii. p. 359. docet non οἵ, nec ἥ, sed ἣ legendum esse. Atqui ἣ h. l. non est relativum, sed articulus præpositivus cum vi demonstrandi, ideoque recte cum accentu pronuntiandus.

γενέθλιον δόσιν. " Munus die natali missum, non eo die quo natus est, sed quo nomen impositum. Ita clare distinguit Terentius loco statim proferendo, ad quem hæc annotat Servius: *Solebant enim antiqui octavum diem pueri natalem constituere, et eo die singulis annis lætum convivium parare, sicut Judæi in octava die circumcidunt,* et id non leviter, probant Æschyli verba, quæ proxime sequuntur. Ita et Hesychius " Ἀμφίδρομον θεὸν Æschyli explicat per γενέθλιον.—Ἀμφίδρομος· Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ Ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἔλεγες τὴν γενέθλιον, cum tamen Amphidromia quinto post partum die observata fuerint. Morem hunc munera die lustrico mittendi non facile observabis: memorat vero Terent. Phorm. i. 1, 12.

— porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit.
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies
Ubi initiabunt:

ad quæ Servius: *Solebant enim in illo octavo die dare puero amici vel bovem vel ovem, vel aliud munus.* Scholiastem, qui

Φοίβῳ. Τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.
Λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα,

γενέθλιον δόσιν interpretatur τὸ ὀπτήριον, reprehendit Meursius Exerc. Crit. p. 2. immerito. Etenim munera, quæ spectandi causa dantur, ὀπτήρια dici satis constat. Callimachi Scholiastes in Hymn. iii. v. 74. ὀπτήρια, τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Et quod ita nuncupata fuerint munera natalitia, diserte docent ipsius Callimachi verba, qui Dianam infantem a matre Latona Vulcano oblatam narrat, ut ὀπτήρια daret:

Κούρα σὺ δὲ προτέρω περ, ἔτι τριέτηρος ἐοῦσα
Εὖτ' ἔμολεν Λητώ σε μετ' ἀγκαλίδεσσι φέρουσα
Ἡφαίστου καλέοντος ὅπως ὀπτήρια δοίη.

Alias ὀπτήρια dicuntur τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ teste Hesychio, cujus verba sub Scholiastæ Callimachi nomine oscitanter profert Meursius." *Stanl.*

8. τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον. "Æschylus, qui multus est in paronomasiis observandis, vult Phœbum ut Oraculum ita et nomen a Phœbe derivasse. Latona enim Phœbes filia, filius Latonæ Phœbus. Φοῖβος igitur παρωνύμως ἀπὸ τῆς μάμμης Φοίβης, ut loquitur Eustathius; ἀπὸ Φοίβης μάμμης νομικῶς ὡς Ἡσίοδος, inquit Etymol. Negat id recte dictum Sylburgius: Φοίβη *enim non avia Phœbi est, sed avi soror, soror videlicet Saturni, Cœli et Terræ filia*, ut Apollodorus initio lib. i. et Hesiodus Theog. v. 136. memoriæ prodiderunt. Hæc ille adversus sententiam veterum minus recte. Phœbe enim non tantum avi soror, sed et avia; avi quidem ex patre soror, ex matre autem avia. Phœbe enim mater Latonæ, Latona Phœbi. Et hic notandus veterum Græcorum ritus, ut liberi scilicet proximorum cognatorum nomina acciperent. Demosthenes contra Bœotum de nomine ἀξιοῖ δὲ αὐτὸς ὡς δὴ πρεσβύτερος ὢν τοὔνομ' ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Et ibid. Ἔστι δ' ὁ Βοιωτὸς ἀδελφοῦ τῆς τούτου μητρὸς ὄνομα. Ἐπειδὴ δὲ εἰσάγειν ὁ πατὴρ τούτους ἠναγκάζετο—οὕτω τοῦτον εἰσάγειν Βοιωτόν. Vide et Polyænum Strateg. vi. 6. Qui ritus a Græcis ad Romanos derivatus est. Suetonius Neronis c. vi. *Futuræ felicitatis signum evidens lustrico die exstitit. Nam C. Cæsar rogante sorore, ut infanti ei, quod vellet nomen daret, intuens Claudium ejus dare se dixit.* Verum hæc Æschylea Phœbi etymologia non placet Heraclidi in allegoriis Homericis." *Stanl.*

9. λιπὼν δὲ λίμνην. "Sæpe ita λίμνη pro *mari*. In Suppl. v. 538. *Soph.* Trach. v. 646. ubi Schol. *Aristoph.* Av. v. 1339. ibid. Schol. *Eurip.* Herc. Fur. 410. *Hesych.* et *Suid.*" *Abresch.*

χοιράδα. "Χοιρὰς teste Schol. Eurip. ad Androm. v. 1265. est πᾶσα πέτρα ἐξέχουσα καὶ περικλυζομένη θαλάσσῃ, σπήλαιον ἔχουσα, ἐν ᾗ εἰώθει ἐκ θαλάσσης ἀνιοῦσα διατρίβειν ἡ Θέτις, quomodo nempe in postremis corrupta legenda puto. Forsan quoque pro ἐν ᾗ dederat ἐν ᾧ." *Abresch.*

"*Rupem* vero *Deliam* dixit Æschylus, et similiter Euripides Troad. v. 89. Δηλίους χοιράδας, ideo quod arida et saxosa esset hæc insula, dicta inde κραναὰ Δῆλος ab Orpheo s. Onomacrito in Argonauticis, et præterea a Pindaro Isthm. od. i. ubi juxta veteres ejus enarratores τραχεῖα καὶ πετρώδης ἡ νῆσος eadem traditur." *Spanh.* ad Callim. hymn. in Del. v. 268.

Apposuimus hasce Abreschii Spanhemiique notas, quamquam nihil faciunt ad h. l. recte intelligendum. Nempe λίμνη non est, ut Abreschius putabat, *mare*, sed *palus Deliaca*, ad quam Apollo natus erat, et Δηλίαν χοιράδα Æschylus non de universa insula Delo, sed potius de *Cyntho monte* intelligi voluit. λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα, dictum est pro λίμνην καὶ χοιράδα Δηλίαν. Ejusdem paludis Deliacæ men-

Κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος,
Ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησσοῦ θ' ἕδρας.
Πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα
Κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
Ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.
Μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεὼς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.
Τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα,

15. μολόντα—λεὼς] μολόντα δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα Rob. oculis librarii ad superiorem versiculum aberrantibus. 17. τέχνης] τέχνῃ conj. Pauw.

tionem facit Callimachus Hymn. in Del. v. 261. qui eam τροχόεσσαν appellat et περιηγῆ λίμνην. H. in Apoll. v. 59. item Euripides Ione v. 267. et Iphig. Taur. v. 1103. Τροχοειδῆ vocatam esse, auctor est Herodotus lib. ii. ubi cf. doctissimi Larcheri notam, versionis t. ii. p. 507.

Δηλίαν τε χοιράδα. "Diversam lectionem haud negligendam conservavit *Scholiastes*, si glossa recte constituatur ad hunc modum: Ἄλλως· Δηλίαν τε κοιλάδα· τὴν στρογγύλην.—" *Wakefield.* Sed χοιράδα unice verum est.

10. ἐπ' ἀκτὰς—Παλλάδος. *Cum Athenas appulisset Apollo.*

12. πέμπουσι. "Ubique Athenas celebrandi occasionem captat Æschylus, ideoque hic artificio summo Apollinem ab Atheniensibus deductum commentus est, ut pompa, quam Delphos mittebant, tam egregia et celebri origine niti videretur. Pindarus vero in laudem patriæ suæ ex Tanagra Bœotiæ, ut observat Scholiastes noster, deduci finxit. Verum cum Nostro convenit Ephori historia apud Strabonem, lib. ix. καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα τὴν γῆν ἐπιόντα ἡμεροῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τῶν βίων ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφοὺς ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν ᾗ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα πέμπουσι." *Stanl.*

13. κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου. Recte interpretatus est Wakefieldus *fabros*, et id genus artifices mercenarios, viam salebrosam, (addas licet: virgultis fruticibusque obsitam et impeditam) difficilemque pompæ sternentes, et impedimenta omnia amoventes ad Delphum proficiscentibus. Erravit Stanleius, cum Æschylum ad Thesei facinus in latronibus trucidandis respexisse putavit.

16. Δελφός τε. "Mira constructio, quam Scholiastes comminiscitur, qui populum esse regem autumat. Æschylus enim sine dubio voluit Delphum quendam tum fuisse illius loci Regem; a quo scilicet urbi nomen; nam observat Pausanias Δελφὸν δὲ εἶναι ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστιν. Et rursus: Οἱ μὲν δὲ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες, παῖδα εἶναι Δελφοῦ Πύθιν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἥγηνται. A Delpho ergo Delphi, a Pythe Pytho. Ipse Schol. paulo ante ex Epaphrodito: Μελαίνης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Δελφὸς, ἀφ' οὗ Δελφοί.—" *Stanl.*

πρυμνήτης ἄναξ. cf. v. 762. et Sept. adv. Theb. v. 2.

17. τέχνης—ἔνθεον. Nec τέχνῃ cum Pauwio reponendum, neque, quod voluit Abreschius, post τέχνης, ἕνεκα supplendum est. Τέχνης ἔνθεον φρένα κτίσας significat *postquam ejus mentem divina*

Ἵζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις,
Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.
Τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς·
Παλλὰς προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται.
Σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα

18. *θρόνοις*] *χρόνοις* Rob. et citat Steph. e. MSS.

vaticinandi arte implevit. Ordo autem verborum est: *Ζεὺς δέ νιν, κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης, ἵζει τέταρτον.*

19. *Διὸς προφήτης.* "Virgil. Æneid. iii.

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit.

Ubi Servius: *Notandum Apollinem, quæ dicit, a Jove cognoscere.* Et Macrobius Saturnal. v. 22. *Affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Æschylum eminentissimum tragœdiarum scriptorem secutum, qui in fabula quæ Latina lingua Sacerdotes inscribitur* (nempe *Ἱέρειαι*) sic ait:

Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Et alibi (hunc ipsum locum innuens):

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας θεός.

Ecquid clarum factum est, inde sumsisse Virgilium, quod Apollo ea vaticinatur, quæ sibi Jupiter fatur?—" *Stanl.*

20. *τούτους.* "Terram scilicet, Themin, Phœben, Apollinem." *Stanl.*

21. *Παλλὰς προναία.* "Delphis Pronæam fuisse Palladem, quod ante templum Apollinis esset collocata, et hinc patet, et ex versu Callimachi a Schol. allato:

Χ' ἡ Παλλὰς, Δελφοίνιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην.

Et erat ædes ei sacra, ut Pausanias in Phocicis *ὁ τέταρτος* (*ναὸς*) *Ἀθηνᾶς ἐστι Προνοίας* (leg. *Προναίας*). Ejusdem cognominis Minerva et ad Thebas. Pausanias in Bœoticis *Πρῶτα μὲν δὴ λίθȣ κατὰ τὴν εἴσοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς ὀνομαζόμενοι Πρόναοι.* De hac intelligendus mihi videtur Æschines Orat. contra Ctesiphontem, *ἀναθεῖναι Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ καὶ τῇ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀθηνᾷ Προνοίᾳ* leg. *Προναίᾳ*. Licet mendum satis sit antiquum et apud Harpocrationem etiam recipiatur. Sed videndus omnino de hac re] Meursius in lectionibus Atticis." *Stanl.*

Παλλὰς προναία. "Diodorus Siculus de Persis templum Delphicum vastantibus xi. 14. *οἱ δὲ ἐπὶ τὴν σύλησιν τοῦ μαντείου πεμφθέντες προῆλθον μὲν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς. Hesychius; Προναίας Ἀθηνᾶς τέμενος ἐν Δέλφοις.*" *Wakefield.*

22. *ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα.* "*Κωρυκὶς πέτρα*, interprete Scholiaste *Παρνασσὸς*, sed minus recte; additur enim *κοίλη*, ut intelligatur *ἄντρον Κωρύκιον*, quod non erat poëtæ prætereundum; est enim omnium, quæ notatu digna, maximum; observante Pausania. Nymphas autem illic veneratur Pythia tum quod nomen sortitum sit a Nympha (*λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ πρότερον, Ἀπόλλωνι ἐκ Νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς Νύμφης.* Pausanias in Phocicis); tum quod Nymphis cum Pane potissimum haberetur sacrum. *Ἱερὸν δὲ αὐτὸ οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιϛα ἥγηνται.* Pausan. ibid." *Stanl.* Addendus Strabonis locus lib. ix. *Ἱεροπρεπὴς δ' ἐϛὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς,*

Κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή.
Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
Ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς,
Λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταῤῥάψας μόρον·
Πλείστου τε πηγὰς καὶ Ποσειδῶνος κράτος
Καλοῦσα, καὶ τέλειον ὕψιστον Δία.
Ἔπειτα μάντις εἰς θρόνους καθιζάνω·

27. Πλείστου] πλείστους Rob.

ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα· ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ.

23. φίλορνις. Scilicet lucus, qui antrum Corycium cingebat, ab avibus frequentabatur.

δαιμόνων ἀναστροφή. *Deorum diverticulum, locus a diis frequentatus.*

24. Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον. *Inprimis autem Bacchus hanc sedem obtinet,* cui ex duobus Parnassi verticibus alterum sacrum fuisse constat. Stanleius comparat Eurip. Iph. Taur. v. 1243.

Τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφάν.

25, 26. Penthei interitus ab Agave ceterisque Bacchabus discerpti luculenter depingitur apud Eurip. Bacch. v. 1110. sqq.

26. καταῤῥάψας. Wakefieldus mavult καταῤῥάξας, *violenter impingens fatum.* Sed cum ῥάπτειν præter propriam *suendi* vim, significet etiam *struere, machinari,* nihil opus est vulgatam lectionem movere.

λαγὼ δίκην. Sicut lepusculus enim discerpitur, Pentheus a Bacchabus lacerabatur. Et visa sibi est Agave, dum in filium irruebat, in leonem, ut Euripides l. l., vel in aprum, ut Ovidius memorat, (Metam. iii. 715.) irruere; apud quem alia similitudine illustratur facilitas ac celeritas sumti de Pentheo supplicii:

Visis ululavit Agave,
Collaque jactavit, movitque per aëra crinem,
Avulsumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: Io comites, opus hæc victoria nostrum est.
Non citius frondes autumno frigore tactas
Jamque male hærentes alta rapit arbore ventus,
Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis.

27. Πλείστου τε πηγάς. "Post Corycias Nymphas Plistum invocat; illæ enim hujus fluvii filiæ, ut refert Apollonius lib. ii. v.

Πολλὰ δὲ Κωρυκίαι νύμφαι Πλείστοιο θύγατρες.

Nihil tritius apud Poëtas veteres, quam fluviorum invocatio. Noster in Suppl. v. 1031.

μηδ' ἔτι Νείλου
Προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις." *Stanl.*

ibid. Ποσειδῶνος κράτος. "Non sine ratione et Neptunum invocat, cujus prius fuerat urbs Delphi, donec eam Calauria (Tænaro, ut Strabo) permutaverat. Callimachus

Μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν." *Stanl.*

Minime vero audiendus Wakefieldus, cum pro κράτος substituendum censet κύτος.

29. ἔπειτα—καθιζάνω. *Jam vero his precibus* rite peractis *in eo sum, ut in sede sacra consideam vaticinatura.*

Καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων, μακρῷ
Ἄριστα δοῖεν, κ' εἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς,
Ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται.
Μαντεύομαι γὰρ, ὡς ἂν ἡγῆται θεός.——
Ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν
Πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου,
Ὡς μήτε σωκεῖν, μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν·

30. *μακρῷ*] *μακρῶν* Ald. Turn. 31. *κ' εἰ παρ'*] *κεἴπερ* Rob. *κ' εἰ πάρ'* (pro *πάρεισι*) conj. Abresch. 35. *ἔπεμψεν*] Falso Pauwius *ἔπεμψαν*. 36. *βάσιν*] *στάσιν* Ald. Rob. Turn.

30. *εἰσόδων*. Male hoc Abreschius de *reditibus* accepit. Rectius Wakefield: *felicior ingressus prioribus contingat mihi;* vel ut pressius Tragici verba sequamur: Et nunc quidem precor, ut hæc numina, quæ invocavi, hunc ingressum superiorum omnium longe faustissimum esse velint; ordo enim verborum hic est: *καὶ νῦν δοῖεν με τυχεῖν μακρῷ ἄριστα τῶν πρὶν εἰσόδων.*

31. *κ' εἰ παρ' Ἑλλήνων.* Male Abreschius *κ' εἰ πάρ' Ἑλλήνων τινες*, quasi *πάρα* pro *πάρεισι*, dictum sit. Immo elliptica est forma *κ' εἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς πάρεισι*, et si adsint a Græcis nationibus legati quidam oraculum consulturi, *ἴτων πάλῳ λαχόντες*, *accedant ordine, qui sortito iis obtigit.* Nempe id ita fiebat, (quod Spanhemius ad Callimach. in Apoll. v. 45. exposuit) "ut quum olim ac diu quidem, notante id Plutarcho Q. Græc. p. 292. semel tantum in anno et stata quadam die, postea singulis mensibus liceret Delphicum oraculum consulere, tum adventante die, sorte electi e Delphis primates viri, qui Tripodi Delphico adstarent, ibique ab iis sortes jacerentur, quinam et quo ordine ex iis, qui nomina tum Delphis ad consulendum oraculum, oblatis prius pro more donariis, ediderant, essent admittendi. Quod factum solemni illa formula, quæ a Simplicio traditur lib. ii. Physic. p. 75. et a Kühnio ad Æl. V. H. p. 245. erudite animadversa. Δελφοῖς δὲ καὶ προκατῆρχεν ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν, ὦ Τύχη καὶ Λοξία τίνι θεμιστεύεις. *Delphis etiam primum locum* (Fortuna nempe) *interrogationibus tenuit: ó Fortuna et Apollo cuinam respondes s. vaticinaris?* Ubi vero sors exiisset, ei cui illa obtigerat, tum laxatis templi foribus et mactata prius ad aram ove, patebat in sacellum ejusdem ædis aditus."—

33. *μαντεύομαι γάρ.* *Carmina* enim s. vaticinia eo ordine pronuntio, *quo deus* Apollo, sortibus scilicet imperans, me duxerit. His dictis Pythias, quod recte admonuit Scholiastes, templum ingreditur; scenaque aliquantisper vacuefit, donec Furiarum adspectu exterrita e templo redeat.

34. sqq. *ἦ δεινά.* *Sane terribilia dictu, terribilia visu* sunt, quæ me coëgerunt ex ædibus Apollinis huc redire.

36. *ὡς μήτε σωκεῖν.* *Ut nec viribus præ terrore valeam:* "*σωκῶ· ἰσχύω*, ut Sophocl. Elect. 119. *μούνη γὰρ ἄγειν οὐκ ἔτι σωκῶ λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος.*" *Wakefield.*

μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν. Sic rectius scribendum erat, quam ut nonnulli *μήτ' ἐμ' ἀκταίνειν βάσιν.* Exprimitur autem his verbis naturalis terroris effectus, ut nostri dicunt: *ich kann vor Schrecken keinen Fuss aufheben.* Hesych. Ἀκταίνειν· μετεωρίζειν. De voca-

Τρέχω δὲ χερσὶν, οὐ ποδωκίᾳ σκελῶν·
Δείσασα γὰρ γραῦς, οὐδὲν, ἀντίπαις μὲν οὖν
Ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν·
Ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ

40. θεομυσῆ] θεομισῆ Ald. θεομισεῖ Turn.

bulo ἀκταίνειν docte disputat Ruhnkenius ad Timæi lex. Plat. p. 20. ed. 2. unde, quæ ad nostrum locum faciunt, mutuabimur. Primum affert ex Phrynichi Προπαρασκευῇ Σοφιστικῇ MS. hanc glossam: Ἀκταινῶσαι σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι, καὶ ἐπάραι, καὶ μετεωρίσαι. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς ἀκτῆς τοῦ φυτοῦ, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται καὶ ἐπεὶ τὰ ἀκόντια εἰς ὕψος αἴρεται ἀφιέμενα, διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ παντὸς ὑψουμένου καὶ πηδῶντος μεθ' ὁρμῆς ἐτέθη τὸ Ἀκταινῶσαι. Αἰσχύλος· οὐκ ἔτ' ἀκταίνω, φησὶ βαρυτόνως, οἷον οὐκ ἔτ' ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτόν.—Etymol. M. p. 54. Ἀκταίνω, ἐπὶ ἵππων. Ἀκταίνειν, τὸ μετεωρίζεσθαι, καὶ ἐπαίρεσθαι, καὶ γαυριᾷν. Παρὰ τὸ ἦκται, ἀκτὸς καὶ ῥῆμα ἀκτῶ, ἀφ' οὗ τὸ κουφίζω παρὰ Αἰσχύλῳ, ἐξ οὗ Ἀκταίνω, (quod recte Ruhnkenius sic emendat: ἀφ' οὗ Ἀκταίνω τὸ κουφίζω, παρὰ Αἰσχύλῳ) καὶ Ἀκταινον μένος τὸ ἀνάγον καὶ δυνάμενον ἀνορθοῦν.

37. τρέχω δέ. Priorum hic verborum constructio πάλιν μ' ἔπεμψεν, non proxime antecedentium, continuatur. Jam Scholiastes vidit hic describi Pythiadem quadrupedum more incedentem. Cui tamen imagini haud satis respondet τρέχω, ut, si codex aliquis daret στείχω vel χωρῶ, hoc sane prælaturus essem. Ceterum Stanleius comparat locum Eurip. Hecub. ubi Polydorus excæcatus loquitur:

τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος.

38. δείσασα—οὖν. Male Pauwius post οὖν puncti signo distinguendum totamque ῥῆσιν ad antecedentia trahendam opinatur; assensum ei nimis benigne præbente Wakefieldo. Nempe quo minus id accipiamus, prohibet particula γὰρ post δείσασα. Hoc γὰρ significat mulierem fatidicam jam causam pavoris, quo rejecta sit ex Apollinis templo, narraturam esse. Ipse autem versiculus dupliciter explicatur. Sunt qui οὐδὲν separandum a δείσασα, adeoque nominativi casu positum putent. Sic Wakefieldus, qui vertit *quippe quæ terrore perculsa sim, anus effœta, prorsus nihil, merus infans.* Heathius autem et Abreschius distinctionem inter γραῦς et οὐδὲν, quæ a prioribus quoque editionibus abest, sublatam volunt. Idque et ceteris verbis et Pythiadis consilio aptissimum videtur. *Ego enim vetula, et virium imbecillitate infanti similis, nihil ejusmodi verita, lento gradu cum arrepsissem ad Apollinis penetrale, tum vero* nec opinato scil. *video* etc. Quod igitur ante improvisum spectaculum nihil ejusmodi timuisset, id pavorem necessario augebat, et ex ætate quod esset γραῦς et ἀντίπαις, facile intelligebatur, cur subito isto pavore sic debilitaretur ut pedibus sustinere se non posset. Senectus autem cum infantia propter æquam virium infirmitatem sæpius a poëtis comparatur. Sic Agam. v. 73. sqq.

πολυστεφῆ μυχόν. Quoniam sacellum Apollinis et Pythiados tripus laureis coronis ornata erant. Sic δόμος Φοίβου vocatur στέμμασί γ' ἔνδυτος ap. Eurip. Ion. v. 224.

40. ἐπ' ὀμφαλῷ. Delphos in meditullio orbis terrarum sitos ideoque *terræ umbilicum* dictos, tralatitium est. Loca multa Pindari, Euripidis, aliorum de ea re congessit Barnes. ad Eurip. Ion. l. l. Hic autem *sedes marmorea* intelligitur, in Apollinis sacello, quam

Ἕδραν ἔχοντα, προστρόπαιον, αἵματι
Στάζοντα χεῖρας, καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
Ἔχοντ', ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον
Λήνει μεγίστω σωφρόνως ἐστεμμένον,
Ἀργῆτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.

41. ἔχοντα] ἔχοντι Ald. 42. νεοσπαδὲς] νεοσπαθὶς citat Steph. 44. λήνει] λίνει Rob. Pro λήνει μεγίστῳ Hemsterhusius conj. λήνει μὲν οἰὸς: Nobis autem scripsisse videtur Æschylus λήνους ἀώτῳ. 45. Ἀργῆτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρα-

ferebant ipsum medium terrarum punctum s. centrum obtinere. Sic Pausan. in Phocic. p. 331. ed. Kuhn. Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὄμφαλον, λίθου πεποιημένον λευκȣ͂, τȣ͂το εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγȣσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦν τά σφισιν ἐποίησε.

ἄνδρα θεομυσῆ. Stanleius, Abreschius, Heathius, Aldinæ lectionem θεομισῆ præferunt. Enim vero vix decebat Pythiam de homine sibi ignoto, qui supplex ad Apollinem confugerat, adeo maligne judicare, ut eum *diis exosum* appellaret. Verum igitur puto θεομυσῆ, et ab Æschylo compositum, quod tamen haud verterim, Wakefieldo auctore, *piaculo in deos contaminatum*, sed potius *impuritate sua dei templum polluentem*. Id enim profecto absque injuria asserere Pythia poterat, cum videret Orestem cruoris humani guttis respersum et cædis culpa contaminatum. Quam quidem interpretationem nostram optime confirmant v. 166. sqq. ubi queruntur Furiæ Apollinem hoc piaculo templum suum sanctissimum pollui sivisse.

41. προστρόπαιον h. l. notat *supplicem*; s. ut Schol. recte exponit ἱκέτην.

42. νεόσπαδὶς ξίφος. Wakefieldus quærit, quomodo id Pythia conjicere aut visu intelligere potuerit, gladium recenter vagina extractum esse. At cum Orestis manus sanguine recenti stillarent, gladiusque vagina vacuus itidem cruore infectus esset, quidni colligeret eum ab recenti cæde huc confugisse, ut ne tempus quidem ei suppeteret gladium in vagina recondendi. Id quod pulchre convenit cum Orestis fuga in extrema Choëphorarum scena. Nihil igitur opus est νεοσφαγὶς ξίφος, quod ille volebat, reponere.

44. λήνει μεγίςῳ. Hoc μεγίςῳ hic valde frigere, acute sensit Hemsterhusius. Ecce autem Wakefieldus hic advocat timoris naturam, qua omnia majora et ampliora videantur. Quærimus autem, quid in *vitta lanea* potuerit sacerdoti terribile videri; quippe quæ esset hominis miseri, supplicis, ad Apollinis tutelam confugientis insigne, ut misericordiam potius quam timorem ciere posset. Quod autem Hemsterhusius reponi jussit, λήνει μὲν οἰὸς, id nimis perspicuum est, et illam quæ sequitur explicatio ἀργῆτι μαλλῷ magis etiam, quam nunc est, superfluam redderet. Etenim si versiculus hic

Ἀργῆτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ,

ab Æschylo profectus est, necessario consequitur, eum in antecedente versu Pythiæ vocabulum aliquod ancipitis significationis, tribuisse, quod explicatione illa, quam subditurus erat, quodammodo egeret. Fac igitur pro eo quod nunc legitur λ ή ν ε ι μεγίστῳ cum scripsisse

λ ή ν ο υ ς ἀ ώ τ ῳ

lanæ flore, i. e. *candidissima et subtilissima lana*, poterat utique hoc vocabulum utpote metaphoricum et poëticum, vetulæ præsertim loquaci, obscurius videri, ut addendum aliud explicandi causa putaret.

45. τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ, *sic enim clare*

Πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος
Εὕδει γυναικῶν ἐν θρόνοισιν ἥμενος·
Οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω.
Οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις·
Εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας
Δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν
Αὗται, μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι·
Ῥέγκουσι δ' οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν,
Ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν·

νῶς ἐρῶ] Hic versus scholiasten potius quam poëtam sapit. Æschylo certe indignus est. 46, 47. *θαυμαστὸς λόχος εὕδει*] *θαυμαστὸν λόχος ἄδει* Ald. 52. *βδελύκτροποι*] *βδελύκτοποὶ* Ald. *κδελύκτροποι* Rob. 54. *λείβουσι*] *λοίβουσι* Rob. *δυσφιλῆ βίαν*] *δυσφιλῆ γ' ἰὸν odiosum virus* conj. Heath.

eloquor et perspicue. Wakefieldi conjectura, ἔχω præferentis, minime admittenda. Cur enim Pythia diceret: *huc usque omnia luculenter teneo?*

48. ἀλλὰ Γοργόνας λέγω. "Non minus ob serpentinos crines et mixtam formam Furiarum, quam terribilem speciem, eas assimilat Pythia Gorgonibus. Lycophron v. 669. ποῖα δ' Ἐρινὺς μιξοπάρθενος κύων. Orpheus hymn. 68. de Furiis: ὀφιοπλόκαμοι, πολύμορφοι. Elegantissime Statius Theb. i. 597.

— monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptum Eumenidum thalamis; cui virginis ora
Pectoraque: æternum stridens a vertice surgit
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.

Pausan. i. 28. πρῶτος δέ σφισιν (Ἐρινύσιν) Αἰσχύλος δράκοντας ἐποίησε ὁμοῦ ταῖς ἐν τῇ κεφαλῇ θριξὶν εἶναι. Cf. Catull. lxiii. 193. cum Ovid. Trist. iv. 7. 12. et quæ contulit Davis. ad Cic. de legg. i. 14.—" *Wakefield.*

49. τύποις. Acute divinavit Wakefieldus integrum versiculum hic excidisse, quem quidem, juvante Scholiaste, ita conformatum fuisse putat:

οὐδ' Ἁρπυιαῖσι· τὰς γὰρ ἐπτερωμένας.

Secundam in Ἁρπυιαῖσι sedem corripi potuisse existimat pro licentia in nominibus propriis a Tragicis usurpata. Quod si tamen minus placeat, facilis erit conjectura versiculum omissum ita sonuisse:

Ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἁρπυιαῖσι, τὰς γὰρ εὐπτέρους.

50. Φινέως. De Harpyiis Phinei regis dapes rapientibus et fœdantibus res nota ex Argonauticorum scriptoribus Apollonio Rhodio lib. ii. Valorio Flacco lib. iv.

52. μέλαιναι. Ut Choëph. v. 1046. φαιοχίτωνες: ubi cf. Stanleii notam. Post μέλαιναι δὲ commate interpungendum.

53. ῥέγκουσι δ' οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν. *Stertunt autem halitu, cui periculosum est appropinquare.* Male interpres latinus verterat *non fictis flatibus.* Hesych. πλάστα, προσπέλαστα. Ut enim *angues* apud Ovid. Metam. iv. 494. Tisiphones crinibus abrupti *inspirant graves animas,* sic h. l. furiarum halitus dicuntur οὐ πλαστὰ φυσιάματα ob tabificam vim, qua infecta sunt. cf. v. 137. sqq.

54. δυσφιλῆ βίαν. "*Odiosam vim,* vel

Καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
Φέρειν δίκαιος, οὔτ᾽ ἐς ἀνθρώπων στέγας.
Τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆσδ᾽ ὁμιλίας,
Οὐ δή τις αἶα τοῦτ᾽ ἐπεύχεται γένος
Τρέφουσ᾽ ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.
Τἀντεῦθεν ἤδη τῶνδε δεσπότῃ δόμων
Αὐτῷ μελέσθω Λοξίᾳ μεγασθενεῖ.

58. δή τις αἶα] δή τις γαῖα Ald. δῆ τι γαῖα Turn. οὐδ᾽ ἥτις Rob. probantibus Pauwio et Abreschio.

abominandum virus. Huc egregie facit locus Sophoclis ad Ajacis finem

— ἔτι γὰρ θερμαὶ
σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
μένος.

Neque non advocandus est Apollonius ii. 229.

Πνεῖ τόδε μυδαλέον τε καὶ οὐ τλητὸν
μένος ὀδμῆς.

Orpheus hymn. 69. dicit de Furiis:

ἀπαστράπτουσαι ἀπ᾽ ὄσσων
Δεινὴν αὐταυγῆ φάεος σαρκόφθορον αἴ-
γλην.

Infra noster v. 835. hunc liquorem appellat

κελαίνου κύματος πικρὸν μένος."
— *Wakefield.*

ἐκ δ᾽ ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν. "Quod Choëph. v. 1055. ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Hinc αἱματωποὺς vocat Orestes ap. Eurip. v. 256." *Abresch.*

55. καὶ κόσμος. Qualis fuerit amictus scenicus furiarum, ex Strabone discimus, qui de Cassiteridibus insulis agens lib. iii. Τὰς δ᾽ ἄλλας, inquit, οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα μετὰ ῥαβδῶν περιπατοῦντες, ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς; discimus etiam ex Diogene Laërtio, in Menedemo Cynico, οὗτος (καθά φησιν Ἱππόβοτος) εἰς τοσοῦτον τερατείας ἤλασεν, ὥστε Ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα περιῄει, λέγων ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι ἐξ ᾅδου τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπως πάλιν κατιὼν ταῦτα ἀπαγγέλοι τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. Ἦν δὲ αὐτῷ ἡ ἐσθὴς ταύτη. Χιτὼν φαιὸς ποδήρης, περὶ αὐτῷ ζώνη φοινικῆ· πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα, ἐμβάται τραγικοὶ, πώγων ὑπερμεγέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη.—" *Stanl.*

οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα φέρειν δίκαιος. *Vestitus qualem nec ad deorum simulacra* in sacrificiis vel supplicationibus *afferre fas est,* nec *ad hominum ædes.* Wakefield φορεῖν pro φέρειν legendum censet, ut significetur *induere,* qua tamen correctione opus esse haud videtur.

57. τὸ φῦλον—ὁμιλίας. Stanl. interpretatur: *Gentem hujusce commercii nusquam vidi.* At ὁμιλία h. l. est i. q. ὅμιλος adeoque *cœtum* significat; sic antea θαυμαστὸς γυναικῶν λόχος v. 46. Vertendum igitur: *Nusquam vidi mulierum genus, quocum hunc cœtum comparare possem.*

58. sq. οὐ δή τις. Haud scio an præstet lectio cod. Guelferb. οὐδ᾽ εἴ τις, ita ut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex ὄπωπα repetatur sciendi notio. *Nec satis scio an uspiam tellus gloriari possit se hoc monstrorum genus impune nutrire, ita ut calamitatibus ab eo sibi importatis non ingemiscat.*

Ἰατρόμαντις δ' ἐστὶ καὶ τερασκόπος
Καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.

ΑΠΟΛΛΩΝ. ΟΡΕΣΤΗΣ. ῾ΕΡΜΗΣ. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ εἴδωλον. ΧΟΡΟΣ Εὐμενιδῶν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΟΥΤΟΙ προδώσω· διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ
Ἐγγὺς παρεστὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν,
Ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πεπών.
Καὶ νῦν ἁλούσας τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς
Ὕπνῳ· πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι,
Γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες, αἷς οὐ μίγνυται

67. ἁλούσας] εἰλούσας Rob.

62, 63. ἰατρόμαντις—καθάρσιος. Bene hæc supplementis illustravit Scholiastes. Si res medicina eget, medicus est; si divinatione, aruspex est; si expiatione, est is, qui lustrare et purgare valeat. τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος potest explicari: alias quoque ædes valet purgare, quanto magis suas ædes hac Furiarum et Orestis præsentia contaminatas. Sic etiam Scholiastes accepit. Wakefieldi emendatio δ ι ι μ ά τ ω ν κ α θ ά ρ σ ι ο ς ingeniosa est, et probabilis, non tamen adeo certa, ut eam in textum recipi velim.

IN SCENAM II.

v. 64—93.

65. καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν. Wakefieldus bene correxit καὶ πρόσωθ' ἀποστατῶν.

66. οὐ γενήσομαι πεπών. "In re idem quod ἔσομαι ὠμός. Artemid. i. Oneirocrit. c. 69. πέπονα τὸ προσφιλὲς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν; et ibid. τὸ ἔκλυτον πέπον καλεῖται. Adde Hesych. Suid. Schol. Aristoph. ad Equ. v. 260. Etymologum et Eustath. ad Iliad. β'. p. 159. sq." *Abresch.*

68. πεσοῦσαι. Quoquo te vertas, commodum ex hoc vocabulo sensum haud elicies. Requiri videtur verbum, quid enixum furiarum studium Orestem persequendi attingat: v. c.

Ὕπνῳ· δ ι φ ῶ σ ι δὲ σ' αἱ κατάπτυστοι κόραι.

Sic se Orestem profitentur ἐκμαστεύειν et διώκειν v. 242. 246. Abreschius intelligi vult, ceu scriptum legatur καίπερ δὲ πεσοῦσαί εἰσιν εἰς ὕπνον, ὅμως φεῦγε αὐτάς.

69. In γραῖαι non est, quod Stanleio in mentem venit, respectus ad Γραίας illas Phorci filias; sed potius γραίαι ut appellativum significat *vetulas* esse Erinnyas, et quod adjicitur παλαιαὶ παῖδες notat *æternam* earum *virgi-*

Θεῶν τις, οὐδ' ἄνθρωπος, οὐδὲ θήρ ποτε·
Κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντ'· ἐπεὶ κακὸν
Σκότον νέμονται, τάρταρόν θ' ὑπὸ χθονὸς,
Μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν ὀλυμπίων.
Ὅμως δὲ φεῦγε, μηδὲ μαλθακὸς γένῃ.
Ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς
Βεβῶτ' ἀνατεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα,
Ὑπέρ τε πόντον, καὶ περιῤῥύτας πόλεις.
Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος

71. ἐπεὶ κακὸν] ἐπὶ κακὸν Ald. 76. βεβῶτ'] βεβῶντ' Ald. Rob. Turn. ἀνατεὶ] ἂν αἰεὶ Ald. Rob. 77. πόντον] πόντου Ald. Rob.

nitatem; unde ἀεὶ παρθένοι a Sophocle dictæ. Non igitur exputo cur Abreschius neget μίγνυται h. l. de connubio intelligendum esse, idque tantum ad consuetudinem s. vitæ commercium referri velit. Idem tamen facile concedo, Æschylum, ut est in delectu verborum verecundissimus, consulto hic verbo μίγνυσθαι usum esse, quod et universe ad conversationem et proprie ad concubitum referri posset.

74. ὅμως δὲ φεῦγε. Quamvis te quæsituras et persecuturas Erinnyas denuntiaverim, *tu tamen eas fuge, nec animo succumbe.* Ceterum præstat, ut opinor, scribere μαλθακὸς γενοῦ; verba enim ἐλῶσι—περιῤῥύτας πόλεις per parenthesin interjecta; adeoque aptius procedunt imperativi φ ε ῦ γ ε—μὴ μαλθακὸς γ ε ν ο ῦ, καὶ μὴ π ρ ό κ α μ ν ε.

75. ἐλῶσι. Futurum Atticum pro ἐλάσουσι.

καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς. Quamquam de veritate geographica poëta non admodum sollicitus fuisse videtur, universe tantum Orestem Delphis profugum terra marique jactatum memorans, fieri tamen potest, ut illam narrationem secutus sit, qua Orestem Delphis relictis, superato sinu Crissæo in Peloponnesum, ibique primum Messeniam deinde Trœzenen venisse perhibebant; quo facto Athenas eum non pedestri, sed maritimo itinere petiisse credibile est. cf. Pausan. in Arcadicis.

ἤπειρος μακρὰ *longa continens* opponitur *mari, et insulis*; eademque deinde πλανοστιβὴς χθὼν appellatur, *terra vagis cursibus peragruta.* cf. v. 240. 249, 250.

77. περιῤῥύτας πόλεις. "Hoc est insulas. Περίῤῥυτος κοινὸν τῆς νήσου ἐπίθετον inquit Eustathius. Homerus: Κρήτη τις γαῖ' ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος. Sic ab Ovidio Metam. i. mare dicitur *circumfluus humor.* Herod. lib. iv. ἡ δὲ Εὐρώπη πρὸς οὐδαμῶν φανερή ἐστι γινωσκομένη οὔτε τὰ πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα, οὔτε τὰ πρὸς βορέην, εἰ περίῤῥυτός ἐστιν.—" *Stanl.*

78. μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος πόνον. Si lectio genuina est, βουκολεῖσθαι πόνον notat *fallere laborem s. delenire*; ita ut Apollo Orestem hortetur, *ne ante tempus defatigetur, quiete aliqua sibi concessa itineris laborem leniturus.* Haud scio tamen an Æschylus potius scripserit:

Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
Π λ ά ν ο ν.

Βουκολεῖσθαι πλάνον pro *longo itinere aberrare* recte dici potest, ut Prometh. v. 595. Io dicebatur ὑπερμήκεις δρόμους γυμνάζεσθαι. Notum est verbo ἀποβουκολεῖσθαι interdum *aberrandi* vim

Πόνον· μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν
Ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας,
Κἀκεῖ, δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
Μύθους ἔχοντες, μηχανὰς εὑρήσομεν,
Ὥστ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων.
Καὶ γὰρ κτανεῖν σ' ἔπεισα μητρῷον δέμας.
Ὀρ. Ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ 'δικεῖν·
Ἐπεὶ δ' ἐπίστᾳ, καὶ τὸ μὴ 'μελεῖν μάθε.
Σθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν.
Ἀπ. Μέμνησο, μὴ φόβος σε νικάτω φρένας.
Σὺ δ', αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρὸς,
Ἑρμῆ, φύλασσε· κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος,

86. ἐπίστα] Heathius communem formam ἐπίστη præfert. μὴ 'μελεῖν] μὴ μελεῖν Ald.

inesse; ut nihil prohibeat, quo minus verbum simplex βουκολεῖσθαι de longis et vagis itineribus usurpatum credamus. Κάμνειν, adeoque et πρόκαμνειν, cum participio constructum, tædium notat ejus rei, quæ participio notatur, adeoque monet Apollo, ne Oresti ante tempus, h. e. antequam Athenas venerit *tædium obrepat longorum et vagorum itinerum.*

81. δικαστὰς τῶνδε. Respicit Areopagitas, quos Minerva judices datura erat. cf. v. 480. v. 563. sqq.

θελκτηρίους μύθους. Innuit orationem Apollinis, pro Oreste habendam v. 611. sqq.

84. μητρῷον δέμας. "*Maternum corpus,* poëtice pro *matrem,* cf. Eurip. Herc. fur. 434. et Virg. Æn. vii. 649.

Quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni." *Wakefield.*

85. sqq. Ἄναξ Ἄπολλον—. Horum verborum sensum prorsus pervertit interpretatio Stanleiana: *Rex Apollo, nosti me injuriam non fecisse, et quoniam nosti ne me negligas; Robur tuum ad faciendum sat idoneum est.* Imo vero sic erant reddenda: *O rex Apollo, bene quidem tenes propositum injuriam mihi haud faciendi,* (quod fecisset Apollo, si a Orestem ad matris cædem se incitatum haud defendisset); *quandoquidem vero hoc in animum induxisti, cura quoque, ne me* incuria quadam *negligas. Potentia vero tua, te rem bene gesturum, satis mihi spondet.* Nempe v. 87. ordo hic est verborum σθένος δὲ τὸ σὸν φερέγγυόν ἐστι εὖ ποεῖν.

89. αὐτάδελφον αἷμα Wakefieldus interpretatur *ex eadem matre* non minus quam patre; undeque existimat Æschylum aliam, quam quæ vulgo Apollini et Mercurio tribuitur, originem maternam adsignasse. Nobis tamen vocabulum αὐτάδελφον molestius haud premendum videtur. Tota ῥῆσις hoc significat: *mi frater eodemque patre prognate.*

90. κάρτα—ἴσθι. *Et cognominis tui,* quo te Πομπαῖον salutant homines, *omen imple, ut hunc supplicem meum clientem fidum deductor comiteris.* ποιμαίνειν h. l. non solum est *curans,* sed

Πομπαῖος ἴσθι, τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
Ἱκέτην. Σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας,
Ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ. ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.

ΕΥΔΟΙΤ' ἂν, ὠὴ, καὶ καθευδουσῶν τί δεῖ;
Ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη
Ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὡς μὲν ἔκτανον,

92. ἐκ νόμων] Heathius mavult ἐκνέμων. 96. μέν. Illud μὲν ante ἔκτανον pertinet ad sequens δὲ post παθοῦσα v. 100., ut nihil opus sit cum Heathio μιν reponere.

metaphora a pastoribus ducta i. q. *comitans*.

92. sq. σέβει—τύχῃ. Scholiastes hæc verba de supplicibus, qui sacri apud Jovem sint, intellexit. Eum imitatus Wakefield hoc modo interpretatur: *Jupiter utique veneratur officio supplicis rite et secundum leges stabilitas fungentem, officio sane mortalibus benigne ad evitandas graviores pœnas a diis concesso;* ubi tamen commodius priora sic reddiderim: *Jupiter ipse colit hanc supplicum sanctitatem legibus iis concessam.* Omnino autem rectius explicavit Heathius, pro ἐκ νόμων rescribendum judicans ἐκνέμων, totamque sententiam de dignitate Mercurii, qua Jupiter eum deorum nuntium et hominum comitem esse voluit, intelligendum arbitratus. Ejus tamen versionem et parum latinam nec satis accuratam nihil morati, sic locum interpretabimur: *Jupiter nimirum, qui hoc tibi venerandum munus tribuit, ipse te colit, bona cum fortuna proficiscentem, ut te hominibus ducem et comitem profitearis.*

IN SCENAM III.

v. 94—137.

94. εὕδοιτ' ἄν. Hæc cum indignationis sensu pronuntiat Clytæmnestra. Non est igitur: *dormitisne?* ut Stanl. vertit, sed potius: Quid vos (malum!) hic dormitis? Dormiatis igitur, hem! per me quidem licet. (*Ey dass ihr schlafen möchtet!* vel *Ey so schlaft!*) Eodem sensu infra v. 117. μύζοιτ' ἄν.

95. ἐγὼ δέ. sqq. Errat Wakefieldus cum nominativum ἐγὼ sine verbo pendere dicit. Construitur enim cum ὡς μὲν ἔκτανον. *Ego vero, sic a vobis ceteros inter mortuos inhonorata, quod ipsa quidem* (maritum scil.) *occidi, opprobria me inter mortuos non deficiunt, infamia autem obruta oberro, maximaque hujus facinoris culpa apud eos me premi vobis denuntio; contra vero cum atrocissima passa sim ab iis qui mei amantissimi esse debebant, nemo deorum meam*

Ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
Αἰσχρῶς δ' ἀλῶμαι, προὐννέπω δ' ὑμῖν ὅτι
Ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ὕπο·
Παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
Οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται,
Κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων.
Ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν.
Εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται·

103. καρδίᾳ] καρδίας Ald. καρδία Rob. etc. σέθεν] Cantero videbatur scribendum esse ἕθεν idque h. l. pro ἐμέθεν poni.

ob causam irascitur, impiis filii mei manibus trucidatæ. ὡς μὲν ἔκτανον et παθοῦσα δὲ sibi mutuo respondent, quod cum fugerit Wakefieldum, male corrigendum opinatur ὧν μὲν ἔκτανον.—Ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, et ἐν φθιτοῖσιν ad *manes* s. *defunctorum animas* pertinet, quas inter Clytæmnestra ob mariti cædem infamabatur. E contrario Agamemnon inter manes apud inferos κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων dicebatur Choëph. v. 353.

103. ὅρα δὲ—καρδίᾳ σέθεν. Wakefieldo placet

ὁρᾷ δὲ—καρδία σέθεν.

104. sq. εὕδουσα—ἀπρόσκοπος βροτῶν. *Mentis enim oculus in somno clarius cernit; interdiu autem hominum fata prævideri non possunt.* Sic aptissime, ut opinor, ἀπρόσκοπος passivo sensu intelligitur. Sed omnino de tribus hisce versiculis 103, 104, 105. ὅρα δὲ—ἀπρόσκοπος βροτῶν liceat mihi ingenue, quid sentiam, expromere. Sane si abessent, nemo eos desideraret. Imo gratam orationis perpetuitatem male interturbant. Legat mihi velim aliquis post versum 102.

κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων

continuo v. 106.

ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε,

et qui sequuntur, videatque an non Clytæmnestra, quæ modo, neminem deorum ob cædem sibi a filio illatam irasci, questa erat, optime statim sic perrexerit, ut Furiis sacrificia frustra facta exprobraret? Deinde in tribus illis versiculis salebræ sunt quædam, nulla interpretum, qui h. l. tetigerunt, explicatione mollitæ. Cur in ὅρα δὲ, cum in eodem sermone v. 94. et postea v. 106. sqq. pluraliter alloquatur Eumenides, h. l. singularis adhibetur? Alia enim ratio est v. 117. 119. Cur cum Erinnyes jam cœpissent Orestem ob matris cædem agitare, iis Clytæmnestra vulnera ostendat (sic enim intelligunt πληγὰς τάσδε) quasi de iis nihil adhuc resciverint? Et quo tandem spectat illa notatio, ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν? Valde igitur vereor, ne tres hi versiculi ex alia forte Æschyli tragœdia olim ob argumenti affinitatem huc translati sint. Sed quia hoc ad liquidem perduci non potest, videamus an hac certe paraphrasi scabritiem hujus loci, nexusque cum antecedentibus et consequentibus asperitatem, si non tollere, at mollire quodammodo possimus. *Contemplamini quæso hæc vulnera mihi a filio inflicta, eorumque atrocitatem,* quamvis dormientes *mentis acie intuemini. Nam hominum quoque animi in somno clarius cernunt, cum interdiu quid hominibus eventurum sit nemo prævideat. Quanto magis vobis, ut deabus, credibile est me per quietem ita ap-*

Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν.
Ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε,
Χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα,
Καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς
Ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.
Καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα.
Ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,

108. νυκτίσεμνα] νυκτὶ σεμνὰ Ald. Rob. 111. νεβροῦ] νεκροῦ Ald.

parere, ut si me neglexeritis id voluntati potius vestræ, quam inscientiæ tribuendum sit. Enimvero haud digna sum quæ a vobis deserar. Sane enim vos multis honoravi sacrificiis etc.

εὕδουσα γὰρ φρήν. "Cicero de Divinat. l. i. *Cum est somno sevocatus a societate et contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura providet.* Idem Plato lib. ix. de republ. cujus verba latine reddidit Cicero ibid. c. 29. In eandem sententiam abit Aristoteles lib. Περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς c. ii. Recte itaque Peripateticis hoc dogma tribuit Ælianus, rationemque ab iis traditam adducit Var. hist. lib. iii. c. 11. οἱ Περιπατητικοί φασι μεθ' ἡμέραν θητεύουσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν. νύκτωρ δὲ διαλυθεῖσαν τῆς περὶ τοῦτο λειτουργίας, καὶ σφαιρωθεῖσαν ἐν τῷ περὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γίνεσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια. Porro Æschylum hanc sententiam (ut et plerasque alias) e fonte Pythagoræ hausisse nullus dubito. cf. Iamblich. in ejus vita c. 15." *Stanl.*

106. ἦ πολλὰ μέν. Sacrificia quæ Clytæmnestræ umbra se Furiis obtulisse memorat, haud alia intelligenda sunt, quam quæ post mariti cædem ad avertendam Furiarum ultionem fecerat.

107. Χοάς τ' ἀοίνους. "Œdipus Col. ap. Sophocl. v. 100.

—οὐ γὰρ ἄν ποτε
Πρώταισιν ὑμῶν ἀνέκυρσ' ὁδοιπόρων
Νήφων ἀοίνοις.

ad quem locum Scholiastes: ἀοίνους αὐτὰς λέγει, ὅτι οὐ σπένδεται οἶνος αὐταῖς ἀλλ' ὕδωρ. Διὸ καὶ νηφάλιαι καλοῦνται αἱ σπονδαὶ αὐτῶν. Ita Senes Attici Œdipum docent, quomodo placandæ sint Eumenides:

Πρῶτον μὲν ἱερὰς ἐξ ἀειῤῥύτου χοὰς
Κρήνης ἐνέγκου.

Et rursus:

Ὕδατος, μελίσσης, μηδὲ προσφέρειν
μέθυ.

Mulsum enim, seu aquam cum melle, Eumenidibus sine vino libabant." *Stanl.*

108. νυκτίσεμνα δεῖπνα. Compositum arbitror ab Æschylo vocabulum νυκτίσεμνα, non ut in Ald. et Rob. editione, in νυκτὶ σεμνὰ disjungendum. Νυκτίσεμνα dicuntur sacrificia, quæ eo ipso, quod noctu fiunt, augustiora sunt, et sacrum quasi horrorem incutiunt.

109. ὥραν — θεῶν. *Circa horam,* nempe μεσονύκτιον, *qua nemini alii Deorum sacrificare mos est.*

110. καὶ πάντα—πατούμενα. *Et hæc omnia a vobis negligi et contemni sentio,* tantum abest, ut eorum in me ulciscenda rationem habeatis.

111. ἐξαλύξας. "Eodem vero usus est Oppianus Cyneg. iv. 419.

μάλα γὰρ τότε θυμαίνουσιν
Ἄρκτοι καὶ γενύεσσι καὶ ἀργαλέαις
παλάμῃσι,
Δήθακι δ' ἐξαυτῆς φύγον ἀνέρας ἀ-
γρευτῆρας

Καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
Ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.
Ἀκούσαθ' ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς πέρι
Ψυχῆς, φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.
Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

ΧΟΡΟΣ. (μυγμός.)

Κλ. Μύζοιτ' ἂν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω.
Φίλοι γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοὶ προσίκτορος.

112. *ἀρκυστάτων*] Alii notante Steph. *ἀρκυσμάτων*. 118. *οὐκ ἐμοὶ*] Sensus causa sic rescripsimus. Vulg. *οὐκ ἐμοῖς*.

Δίκτυα δ' ἐξήλυξαν, αἶψα σάν δέ τε θήρην." *Wakefield.*

112. *καὶ ταῦτα.* *Et quod majus est mediis ex cassibus, quibus jam circumdatus erat, facili saltu se eripuit.*

113. *ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.* *Multum vos irridens.* Hesych. *Ἐγκατιλλώψαι καταμυκτηρίσαι.*

114. sq. *ἀκούσαθ' ὡς—θεαί.* Stanleius vertit: *audistis quæ dixi de anima mea, sapite ó sub terra Deæ!* At quid quæso de anima sua dixerat Clytæmnestra? Nimirum *οὐδὲ γρύ.* Itaque spero me gratiam initurum apud Æschyli lectores, sic emendando;

Ἀκούσατ' ὧν ἔλεξα· τῆσδε μὴ πέρι
Ψυχῆς φρονήσατ' ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.

Audite quæ dixi; nolite hanc animam (i. e. *me, δεικτικῶς contemnere, ó deæ subterraneæ.* Vel si quem forte tmesis non delecta., sic rescribat licet:

Ἀκούσατ' ὧν ἔλεξα· τῆσδε μὴ ψυχῆς
Περιφρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.

Hæc precatio non solum antecedentibus respondet, in quibus se negligi et contemni jam questa erat Clytæmnestra; sed et his quæ statim sequuntur:

Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

Nam nunc quidem ego illa Clytæmnestra, quæ vos invoco, nil nisi umbra et somnium sum.

Quod post versiculum 116. adscriptum legitur vocabulum *μυγμὸς*, nihil aliud est quam poëtæ, vel scholiastæ *παρεπιγραφὴ*, quo notatur hic rhonchum edere Eumenides. Ridicule lapsus est Canterus hanc ipsam vocem a Choro pronuntiari somnians.

117. *μύζοιτ' ἄν.* " Eustath. in Iliad. iv. *ἐκ δὲ τοῦ μύζειν, καὶ ὁ μυκτὴρ λέγεται καὶ ὁ μυγμὸς καὶ τὸ μυχθίζειν παρά τε Αἰσχύλῳ καὶ ἄλλοις.*" *Stanl.*

118. Vulgatam lectionem

Φίλοις γάρ εἰσιν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες

Stanleius vertit: *Amicis enim non meis sunt supplices*; satis obscure. Et cur Æschylus hic singulari *ἀνὴρ* apponeret pluralem *προσίκτορες*? Pauwius et Abreschius tamen cavillationem quandam sibi hic reperisse visi sunt; q. d. *stertatis licet secure, neque enim ut inimicis meis* Apollini nempe et Palladi *sic vobis sunt supplices*, qui scil. dormire vos impediant. Quo quid ineptius confingi potuerit, non video. Nonne enim Clytæmnestra id unice agebat, ut Furias e somno excitaret? Heathius interpretatur: *nam numina, quæ mihi amica sunt, nulli adeunt supplices*; quasi Clytæmnestra dicat, nullam sibi jam vindictæ spem superesse, propterea quod Orestes quidem Apollinis, ad quem supplex confugerit, patrocinio

ΧΟΡΟΣ. (*μυγμός.*)

Κλ. *Ἄγαν ὑπνώσσεις, κ' οὐ κατοικτίζεις πάθος·*
Φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται.

ΧΟΡΟΣ. (*ὠγμός.*)

Κλ. *Ὤζεις, ὑπνώσσεις, οὐκ ἀναστήσῃ τάχος;*
Τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;

ΧΟΡΟΣ. (*ὠγμός.*)

Κλ. *Ὕπνος πόνος τε κύριοι συνωμόται*
Δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος.

ΧΟΡΟΣ. (*μυγμὸς διπλοῦς, ὀξύς.*)

Λάβε, λάβε, λάβε, λάβε, φράζου.

tutus sit, nemo autem ad inferna numina supplex accedat. At hoc prorsus repugnaret versiculo proxime præcedenti, ubi Clytæmnestra Furias supplex invocaverat. Scilicet in vulgata lectione commode explicanda oleum et opera perditur. Mihi certum est, Æschylum scripsisse·

> *Μύζοιτ' ἄν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω.*
> *Φίλοι γὰρ εἰσὶν, οὐκ ἐμοὶ, προσίκτορος.*

Quin vos stertite si lubet; interim autem homo noster abiit et aufugit. Sunt enim (dii) *amici ejus supplicis*, s. *eum supplicem recepturi, iidemque mihi haud amici*; quique adeo vel mei odio ducti eum adversus me defendent.

121. *ὤζεις*. Nempe Furiæ in somno Oh! oh! exclamaverant, hoc dicitur *ὤζειν* et *ὠγμός*.

122. *τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;* Pro *πέπρακται* Stanleius emendat *πέπρωται*, Wakefieldus *τέτακται*. Uterque eleganter et apposite. Præfero tamen *πέπρωται*, quia hoc facilius a librariis in *πέπρακται* quam in *τέτακται* corrumpi poterat; tum quod idem in simili versiculo ponitur Prometh. v. 519.

> *Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;*

Ceterum in causa, quæ hic tangitur, recte Wakefieldus conferri jussit hujus fabulæ v. 71. 208. 642.

123. *ὕπνος—μένος*. *Nimirum somnus et labor qui amice inter se conspirare solent hujus dracænæ alias violentæ vim et robur debilitaverunt.*

127. *ἅπερ κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου*. Cum vocabulum *πόνος* paulo ante v. 123. legatur, idemque et sequentem versiculum claudat, præterea haud satis apte dicatur canem *laboris curam haud intermittere*, suspicor ab Æschylo sic editum :

> *ἅπερ κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν ἄγρας.*

πόνου videtur librario deberi, qui oculis ad sequentis versiculi clausulum aberrasset, ut sæpe factum esse constat. Conjecturam nostram firmat v. 143. ubi Chorus :

> *οἴχεται δ' ὁ θὴρ,*
> *Ὕπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα.*

Atque ubi apud alios auctores de canum venaticorum somniis agitur, semper fere *prædæ* aut *feræ* quam persequuntur, mentionem faciunt. Sic Lucret. iv. 988.

> Venantumque canes in molli sæpe quiete
> Jactant crura tamen subito, vocesque repente
> Mittunt, et crebras redducunt naribus auras,

Κλ. Ὄναρ διώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἅπερ
Κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.
Τί δρᾷς; ἀνίστω, μή σε νικάτω πόνος,
Μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ.
Ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι·
Τοῖς σώφροσιν γὰρ ἀντίκεντρα γίνεται.
Τὸ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷδ'
Ἀτμῷ κατισχναίνουσα νηδύος πυρὶ,
Ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν.

132. ἐπουρίσασα] ἐπουρήσασα Turn. Vulgo autem edebatur: οὐδ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ sensu prorsus perverso. Τῷδε pertinet ad Orestem.

Ut *vestigia* si teneant inventa *ferarum*.
Expergefactique sequuntur inania sæpe
Cervorum simulacra, fugæ quasi dedita cernant,
Donec discussis redeant erroribus ad se,

Sic Petron. c. 104.

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

129. μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα. Πῆμα refertur ad Orestis fugam, quæ antea v. 119. πάθος dicebatur. Eam vult Clytæmnestra Furiis haud ignorare, sed animadvertere.

130. ἄλγησον—ἀντίκεντρα γίνεται. *Fac ut justis hisce opprobriis meis animum cum dolore penetrari sentias. Cordati enim ejusmodi opprobriis tanquam stimulis afficiuntur.* cf. v. 150. sqq.

132. τὸ δ' αἱματηρὸν—τῷδ'. Stanleius corrigebat Σὺ δ' αἱματηρὸν, vertens: *Tu vero sanguineum spiritum promovens, vapore, macerans ventris igne, sequere* etc. Sed, etiamsi reliquam hujus versionis obscuritatem haud morer, id maxime incommodum est, quod hic prorsus personæ nomen, aut pronomen personale abest, ad quod ista omnia referantur. Wakefieldus pro οὐδ' αἱματηρὸν emendat σοῦ δ'· a σοῦσθαι. Verum excitandi verbo nil opus erat, cum jam antea: ἀνίστω, dictum esset. Heathius οὐδὲ servat, ac τῳ pro τινι, ut sæpe, positum esse arbitratur; hanc inde interpretationem efficiens: *Neque postquam procellam sanguineam alicui adflaveris, deinde eam remittas vapore ex intestinis exhalante debilitans.* Joculariter nempe somniat Clytæmnestram existimasse Eumenidibus veternum ex tali vapore obortum. Mirum ni de morbo hysterico Eumenidum (Gallis *vapeurs*) cogitaverit. In tanta Criticorum trepidatione me non pœnitet emendationis in textum illatæ, quam facilis hæc sententia commendat: *Et sanguineum* tuum *halitum afflans* illi (fugitivo Oresti), *spirituque, ventris æstu eum tabefaciens, persequere, denuoque eum insectando delassa et macera.*

133. νηδύος πυρί. Inutilis est conjectura Stanleii νηδὺν ὡς πυρί.

134. διώγμασιν. His dictis Clytæmnestræ umbra ex oculis spectatorum evanescit, nec evigilantes Eumenides exspectat. Eodem modo Polydori umbra secedit Hecuba adveniente apud Euripidem.

Χο. Ἔγειρ' ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δέ σε.
Εὕδεις; ἀνίστω κἀπολακτίσασ' ὕπνον,
Ἰδώμεθ' εἴτι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

ΙΟΥ, ἰοὺ, πόπαξ. Ἐπάθομεν, φίλαι· στρ. ά.
Ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ.
Ἐπάθομεν πάθος δυσαχθὲς, ὢ πόποι,
Ἄφερτον κακόν.
Ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θήρ.
Ὕπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα.
Ἰὼ παῖ Διὸς, ἐπίκλοπος πέλῃ. ἀντ. ά.
Νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω,
Τὸν ἱκέταν σέβων ἄθεον ἄνδρα καὶ

140. δυσαχθὲς] δυσαχὲς Rob.

135. ἔγειρ'. Una furiarum expergefacta eam quæ proxime accubuerat, excitat, et sic deinceps; ἐγὼ δέ σε dictam est pro ὡς ἐγὼ σὲ ἤγειρα.

137. εἴτι τοῦδε φροιμίου ματᾷ. *Videamus an aliquid ex hoc quod nobis prælusit somnio vanum sit.* Circumspicientes deinde intelligunt, nimis verax fuisse somnium. προοίμιον interdum etiam de omine, quod eventum quendam præsignificat adhibetur; ut Eurip. Herc. Fur. v. 1179. Non igitur admittenda Wakefieldi correctio:

ἴδωμεθ' εἰ τὸ τοῦδε φροιμίου ματᾷ.

quod ille sic vertit: *videamus si hoc inceptæ persecutionis* (i. e. hæc incepta persecutio) *futurum sit incassum.*

IN SCENAM IV.

v. 137—173.

139. ἦ πολλὰ—ἐγώ. Hæc παρενθέτως dicuntur.

140. πάθος δυσαχθές. idem est quod ἄφερτον κακὸν, cujus generis repetitionem dolori, iræ, similibusque animi perturbationibus familiarem esse constat.

144. παῖ Διός. Apollo.

ἐπίκλοπος πέλῃ. *Furax es*; aut si magis placeat generis notio: *veterator es.* cf. v. 148. Hesych. Ἐπίκλοπος· δόλιος πανοῦργος, ἢ ἐπιθυμῶν τοῦ κλέπτειν.

145. νέος δὲ γραίας δαίμονας. Quoniam Eumenides ex antiquiorum deorum ordine erant, sub Saturni regno; Apollo vero ex Jovis familia, expulso demum Saturno regnum adepti. cf. Prometh. v.

145. καθιππάσω. Sæpius utitur hoc verbo Æschylus, *victoriam per vim aut astutiam de aliis reportatam* significaturus. cf. v. 728. 776. *Tu cum juvenis sis novusque deus veteres ætate et genere deas proculcasti, supplicem hunc hominem observans, deorum contemtorem et parentibus infensum; matricidamque nobis furtim eripuisti, quod minime te deum decebat.* ὢν θεὸς refertur ad ἄθεον. Monstri simile censent, inventum esse deum, qui deorum contemtorem defendat.

Τοκεῦσι πικρόν·
Τὸν μητραλοίαν δ' ἐξέκλεψας ὢν θεός.
Τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;
Ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν, στρ. β'.
Ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
Μεσολαβεῖ κέντρῳ·
Ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβὸν
Πάρεστιν μαστίκτορος,
Δαΐου δαμίου
Βαρὺ, τὸ περιβαρὺ κρύος ἔχειν.

150. Ἐμοὶ δ' ὄνειδος. Hæc strophe cum antistrophe sua sic interpungenda est:

Strophe.

Ἐμοὶ δ' ὄνειδος, ἐξ ὀνειράτων μολὸν,
Ἔτυψεν, δίκαν διφρηλάτου,
Μεσολαβεῖ κέντρῳ,
Ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν.
Πάρεστι μαστίκτορος
Δαΐου δαμίου
Βαρύ τι, περιβαρὺ κρύος ἔχειν.

Antistrophe.

Τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ,
Κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον.
Φονολιβῆ θρόνον,
Περὶ πόδα, περὶ κάρα,
Πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν
Προσδρακεῖν αἱμάτων
Βλοσυρὸν ἀράμενον ἄγος ἔχειν.

Mihi autem quod per somnium occurrit opprobrium (Clytæmnestræ) *pupugit me instar aurigæ, medium corpus feriente stimulo, meque sub præcordiis, sub visceribus ita vulneravit, ut quasi flagellatoris, infesti tortoris, gravi prægravi horrore percellar. Talia scilicet audent novi dii, omnino præter jus et fas imperio potiti. Jam licet intueri Apollinis thronum summum ab imo sanguine stillantem, terræ umbilicum terribili cædis piaculo, quod ipse suscepit, pollutum.* Minime igitur admittendum est Wakefieldi commentum:

φονολιβῆ θρόμβον
—ὀρόμενον ἄγος ἔχειν.

ἐμοὶ regitur a μολὸν, et post ἔτυψεν intelligendum est μέ. ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων ut Choëph. 31. φόβος ἐξ ὕπνου κότον πνέων.

151. δίκαν διφρηλάτου. Stimulis olim aurigas equos instigasse notissimum est.

152. μεσολαβεῖ κέντρῳ. Non opus est cum Wakefieldo μεσοβαλεῖ reponere. μεσολαβὴς est *medium prehendens* seu *attingens.*

153. ὑπὸ λοβόν. Scil. *hepatis.* Sic v. 130. dixerat Clytæmnestra ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι.

155. δαμίου. Si lectio vera est, Æschylus ad similitudinem carnificis, flagris hominem cædentis, aberravit. Sed μαστίκτορος neminem alium, quam διφρηλάτην, antea nominatum, significare videtur. Aurigas enim constat equos pariter scutica (μάστιγι) ac stimulo (κέντρῳ) ad cursum incitasse. Itaque poëtam scripsisse opinor

δαΐου, θυμικοῦ,

unde librarii δημίου, ac deinde adscito dorismo δαμίου, fecerunt. Certe sic in eadem allegoria pergeret Æschylus. *Videor mihi jam horrore flagellantis aurigæ infesti et iracundi perstringi.*

156. βαρὺ, τὸ περιβαρὺ κρύος ἔχειν. Haud integer a librariorum corruptela locus. Τὸ certe hic ferri nequit, cujus

Τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ, ἀντιστ. β'.
Κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον
Φονολειβῆ θρόνον
Περὶ πόδα, περὶ κάρα,
Πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν
Προσδρακεῖν αἱμάτων
Βλοσυρὸν αἱρούμενον ἄγος ἔχειν.
Ἐφεστίῳ δὲ, μάντι, σῷ μιάσματι στροφὴ γ'.
Μυχὸν ἔχρανάς τ' αὐ-
τόσσυτος, αὐτόκλητος,
Παρανόμων θεῶν βρέτεα μὲν τίων,

163. αἱρούμενον] Cantero placebat ὀρόμενον. Pauwio ῥεόμενον. Heathio ἀράμενον.

in locum facile est τι substituere, quod præcedenti βαρὺ adhæret. Sed περιβαρὺ quoque suspectum est. ὑπερβαρὴς reperitur Agam. 1186. Si in codice legeretur.

Βαρύ τι περιπιτνὸν κρύος ἔχειν,

nihil laboraremus. Sic enim Sept. adv. Theb. 836.

κακόν με καρδίᾳ τι προσπιτνεῖ κρύος.

Sed conjecturis hic indulgere nimis lubricum est negotium.

157. οἱ νεώτεροι θεοί. Præcipue hic Apollinem tangunt.

159. φονολειβῆ. Metrum postulat φονολιβῆ.

163. αἱρούμενον. Metrum ut strophico congruat, præfero ceteris Heathii emendationem ἀράμενον. Ordo verborum est: Πάρεστι γᾶς ὄμφαλον, φονολιβῆ θρόνον περὶ πόδα, περὶ κάρα, βλοσυρὸν ἄγος ἔχειν, ἀράμενον scil. αὐτό.

164. ἐφεστίῳ δὲ, μάντι σῷ μιάσματι. Corrigendum censeo:

ἐφεστίῳ δὲ, μάντις ὢν, μιάσματι.

ut antea v. 148. ὢν θεός. Wakefieldus corrigit, μάντις, ὦ.

165. ἔχρανάς τ'. Qui particulam copulativam hic mutandam censuerunt, haud animadvertisse videntur eam referri ad καὶ in κἀμοί γε λυπρὸς, v. 169. ita ut Apollo primum sibi injuriam fecisse, templum scilicet polluendo, deinde vero Eumenidibus quoque molestiam creasse dicatur.

166. αὐτόσσυτος αὐτόκλητος. *Et tuopte quidem ductu et nutu, tuapte sponte.* Hesych. Αὐτόσυτον αὐτοκέλευστον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις.

167, 168. Παρανόμων θεῶν βρέτεα μὲν τίων, παλαιγενεῖς δὲ μοίρας φθίσας. Si lectio sana est, Chorus Apollini exprobrat, eum deorum præter jus et fas imperantium simulacra venerari, et vetera jura cœlestium pervertere. Cum autem Apollo ipse ex recentiorum deorum numero sit, nec explicari facile possit, qua ratione deus deorum simulacra (βρέτεα) venerari dicatur, non negligenda est varietas lectionis ed. Aldinæ et Robortellianæ, in quibus pro βρέτεα legitur βρότεα, quibuscum etiam cod. Guelf. consentit. In Rob. insuper pro παρανόμων est παρὰ νόμον. Unde conjicio Æschylum sic edidisse:

Παράνομος θεῶν βρότεα μὲν τίων.

Injurius adversus deos mortalia quidem honorans, (i. e. Orestis, hominis ἀθέου καὶ τοκεῦσι πικροῦ v. 146. causam a-

Παλαιγενεῖς δὲ μοίρας φθίσας.
Κἀμοί γε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται ἀντ. γ΄.
Ὑπό τε γᾶν φεύγων,
Οὔ ποτ' ἐλευθεροῦται.
Ποτιτρόπαιος δ' ὢν ἕτερον ἐν κάρᾳ
Μιάστορ' ἐκείνου πάσσεται.

ΑΠΟΛΛΩΝ. ΧΟΡΟΣ.

Ἀπ. ΕΞΩ, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος
Χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν·

169. κἀμοί γε] Sic bene Casaubonus emendandum censuit. Vulg. κἀμοί τε. 173. πάσσεται] πάσεται Rob. Heathius conj. μίασμ' ἐκείνῳ 'πιπάσσεται *scelere cum jam contaminatus sit, piaculum aliud præter istud in caput suum derivabit.*

gens). παλαιγενεῖς δὲ μοίρας φθίσας, vel sic intelligendum, ut vocabulum μοίρας appellativum sit; idemque valeat hæc locutio, ac τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἰστοῖ de Jove dictum Prometh. Vinct. v. 151. vel ut Μοῖραι Parcæ sint, quarum leges infringantur Oreste matricidii pœnis soluto, utpote quæ Eumenidibus officium ejusmodi facinorum ultionem exsequendi demandaverint. cf. v. 331. Nam quod Wakefieldus sub Μοίραις h. l. ipsas Eumenides intelligendas existimat, id hoc argumento convincitur, quod Æschylus hac ipsa in tragœdia diserte Μοίρας ab Eumenidibus distinguit. cf. v. 721. 331.

169. κἀμοί γε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται. καὶ τὸν sine dubio vitiosum est. Scribendum opinor:

Καμοί γε λυπρός. Τόνδε γ' οὐκ ἐκλύσεται

ita ut κἀμοί γε cum ἐχρανάς τε copuletur; deinde e secunda persona transeat Chorus ad tertiam; quod sæpe fit in oratione affectibus concitata. Scaliger tamen præferebat ἐκλύσεται.

170. ὑπό τε γᾶν—ἐλευθεροῦται. cf. v. 335.

173. ποτιτρόπαιος ὢν — πάσσεται. Et cum *gravi piaculo pollutus sit, post mortem etiam inveniet qui caput ejus miseris modis affligat.* Multum a poëtæ consilio aberravit Heathius, emendationem a se propositam μίασμ' ἐκείνῳ 'πιπάσσεται, sic exponendo: *scelere cum jam contaminatus sit, piaculum aliud præter istud in caput suum derivabit.* Nempe hic respici putat cædem Neoptolemi ab Oreste in templo Delphico patratam ex Eurip. Androm. 1073. sqq. cujus fabulæ Æschylus nullam prorsus rationem habuit. Ex loco ad argumentum simili v. 262. sqq. colligitur hic ad pœnas apud inferos matricidam exspectantes respici. Fortasse tamen Æschylus exaraverat:

Ποτιτρόπαιος ὢν ἕτερον ᾧ κάρᾳ
Μιάστορ' ἐκεῖ που πάσσεται.

Sic ἐκεῖ που (quod Abreschio quoque in mentem venit) bene referatur ad ὑπὸ γᾶν. Ἐκείνου vero languere videtur. μιάστωρ eodem sensu, quo apud Eurip. Med. v. 1371. οἵδ' εἰσὶν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

Μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν,
Χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον
Ἀνῇς ὑπ᾽ ἄλγους μέλαν᾽ ἀπ᾽ ἀνθρώπων ἀφρὸν,
Ἐμοῦσα θρόμβους οὓς ἀφείλκυσας φόνου.
Οὔτοι δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει·
Ἀλλ᾽ οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυχοι
Δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ᾽ ἀποφθοραὶ

181. καρανιστῆρες] Ita rescribendum fuit auctore Stanleio. Vulg. καρανηστῆρες.

IN SCENAM V.

v. 174—229.

176. πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν. *Sagittæ* ab aureo nervo emissæ descriptio, cui serpentum adspectus, quibus Eumenidum crines redimiti erant, occasionem dedisse videtur.

178. μέλαν᾽ ἀπ᾽ ἀνθρώπων ἄφρον. Eumenides diserte haud uno loco apud Æschylum finguntur hominem exsucto sanguine tabefacere. cf. v. 259. sqq. Itaque minatur Apollo se eas sagittis immissis tam vehementi dolore afflicturum, ut iis necesse futurum sit sanguinem hominum, quem deglutiverint, evomere.

179. θρόμβους φόνου. *Sanguinis grumi.* Hesych. Θρόμβοι·—αἷμα παχὺ, πιπηγὸς, ὡς βουνοί.

181. sqq. ἀλλ᾽ οὗ καρανιστῆρες. Luce clarius est, poëtam h. l. exquisitissima humanæ crudelitatis exempla coacervare, quorum spectaculo, tanquam festis epulis, Furiæ delectentur. *Ibi vos adesse decet,* inquit Apollo, *ubi exercentur vindicta capita abscindentes, oculosque effodientes, ubi jugulationes, violentaque abortus procurationes, et puerorum castratio, ubi mutilatio, et lapidatio, et ubi palis infixi ejulatu suo multam prætereuntium misericordiam cient.* Inepte Heathius verba κακοῦ τε χλοῦνις ἠδ᾽ ἀκρωνία vertit *malique exuberantia et cumulus.*

καρανιστῆρες. Sic καρανίστης μόρος auctor Rhesi dramatis, quod est inter Euripidea v. 817.

182. ἀποφθορὰ de *abortu* a medicis usurpari notum est; h. l. igitur nihil impedit quo minus de *abortus procuratione* accipiamus; quacum componitur χλοῦνις, h. e. *castratio.* Sed pro κακοῦ τε χλοῦνις, quod sine dubio depravatum est, nihil melius reperio quam

κακή τε χλοῦνις

quam lectionem Morell. in Thes. gr. poës. h. v. ex MS. enotavit. ἀκρωνία nihil aliud est, quam quod alias dicitur ἀκρωτηριασμός.

χλοῦνις. "Eustath. ad Iliad. iv. ὁποῖον δή τι καὶ Ἀριστοτέλης διὰ τὸν χλούνην ἱστορεῖ, ὃ δηλοῖ ἐκτομίαν σῦν ἄγριον, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς που φανήσεται. Nempe Iliad. 9. ὅτι δὲ καὶ ἐκτομίαν ὁ χλούνης δηλοῖ, οὐ μόνον Αἰσχύλος δίδωσι χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ Αἰλιανὸς μάλιστα ἐν τοῖς Περὶ προνοίας, χλούνην λέγων τὸν ἀπόκοπον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ κατὰ τὸν Γεωγράφον χλούνην σῦν τὸν τομίαν νοεῖ. Æliani locos forsan respicit quos adducit Suidas, tacito auctore, in verbo Γύννις, κακὴν σοφίαν μετιὼν, καὶ τοὺς ἀθέους Ἐπικούρου λόγους καὶ γυννίδας ἐπασκῶν, κἀκ τῆς ἡδονῆς ἣν ἐκεῖνος ὕμνει ὁ χλούνης καὶ γύννις. Et in verbo Χλοῦνας· εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος· ὁ πρὸς Στρατοκλέα Ἀθήνησι δᾳδουχήσας ὁ χλούνης τε καὶ γύννις καταγοητευθεὶς καὶ οἷον ἐν δεσμῷ τινὶ ἀφύκτῳ πεδηθείς. Aliter sentire videtur Eustathius in Odyss. 18. aut potius

Παίδων, κακοῦ τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία.
Λευσμός τε καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
Ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Ἆρ' ἀκούετε,
Οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς
Στέργηθρ' ἔχουσαι. Πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος
Μορφῆς. Λέοντος ἄντρον αἱματοῤῥόφου
Οἰκεῖν τοιαύτας εἰκὸς, οὐ χρηστηρίοις
Ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.
Χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι.
Ποίμνης τοιαύτης δ' οὔτις εὐφιλὴς θεῶν.
Χο. Ἄναξ, Ἄπολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει.
Αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλῃ,
Ἀλλ' εἷς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.

184. λευσμός τε] Ita corrigendum fuit, pro vulg. λευσμόν τι, quod jam Pauwius viderat. 195. εἷς] Vulg. εἰς. Verum sensus postulat εἷς, et ita Cantero, Pauwioque placuit.

Aristophanes Grammaticus, quem celato nomine exscripsit: ὃν δὲ χλούνην οἱ ἐκτομίαν φασὶ λέγοντες τελείως ἀπήρτηνται τὸν ὑποκείμενον· verba sunt Aristophanis in libro περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν, quæ explicans subdit Eustathius ἤγουν αἰωροῦνται, ἠερέθονται, οὐδὲν ἔμπεδον καὶ βέβαιον λέγουσιν, ἀλλὰ δηλαδὴ ἀνεμώλια λαλοῦσι, καὶ οὐδέν τι τοῦ ὑποκειμένου ἅπτονται." *Stanl.*

185. ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Antiquissimum hoc est vestigium supplicii atrocissimi, et ex usu gentium humanitatis cultu florentium dudum sublati, quod Germanico *das Spiessen*, gallico *empaler* dicitur, ubi stipite per obscœna secundum spinam dorsi adacto homines immaniter cruciabantur.

187. πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος μορφῆς. *Eo quoque ducit universa species oris vestri corporisque conformatio.* Similiter Vulcanus τῷ Κράτει fœdam μορφὴν exprobrat Prometh. v. 87.

188. sqq. λέοντος—τρίβεσθαι μύσος. *Tales decet in leonis antro, sanguinis haustu se oblectantis, habitare, non autem in vicina hujus oraculi sede deversari inquinamenta.* μύσος pro μυσαροὺς, s. μιαινούσας. Wakefieldo τρίβεσθαι μύσος, ut Schol. quoque exponit, pro προστρίβεσθαι positum videtur; quem verbi simplicis usum vereor ut quisquam probet.

χρηστηρίοις. "In χρηστηρίοις ex antecedente οἰκεῖν supple οἴκοις. Sic Agam. v. 973. δόμοι χρηστήριοι. Quod addit Noster τοῖς πλησίοις, eo docet, prout jussæ fuerant v. 174. sqq. furias jam excessisse e templo, et hinc quoque v. 180. dicit Apollo, οὐδὲ δόμασι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει, ædem scil. ingredi et immorari." *Abresch.*

191. χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος—θεῶν. *Facessite hinc, et absque pastore,* i. e. comite vel duce, *errate; talem enim gregem nemo deorum amat,* ut ejus curam suscipere velit.

Ἀπ. Πῶς δή; τοσοῦτο μῆκος ἔκτεινον λόγου.
Χο. Ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.
Ἀπ. Ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι. τί μήν;
Χο. Κἄπειθ' ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέου.
Ἀπ. Καὶ προστραπέσθαι τούσδ' ἐπέστελλον δόμους.
Χο. Καὶ τὰς προπομποὺς δῆτα τάσδε λοιδορεῖς·
Ἀπ. Οὐ γὰρ δόμοισι τοῖσδε πρόσφορον μολεῖν.
Χο. Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῦτο προστεταγμένον.
Ἀπ. Τίς ἥδε τιμή, κόμπασον γέρας καλόν.
Χο. Τοὺς μητραλοίας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.
Ἀπ. Τί γάρ; γυναικὸς, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ,
Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.

198. τί μήν;] τιμὴν Ald. Rob. Turn. etc. Sed illud sensus postulat: Heathio vero placebat τί μή; 199. δέκτωρ] δ' ἔκταρ Ald. vitiose. 206. τί γάρ;] τί γὰρ Ald. 207. οὐκ ἂν γένοιθ'] Falso hic versus in Rob. Vict. tribuitur Choro.

196. τοσοῦτο—λόγου. Nempe quod antea jam abire eas jusserat Apollo, hac Furiarum professione, qua eum horum omnium unicum auctorem esse declaraverant, commotus, quærit: *qui sic?* iisque, donec ad istam quæstionem responderint, manendi copiam facit.

Ceterum ridicule Abreschius opinatur, illa quæ sequuntur, natis aliis ex aliis quæstionibus in via, inter Apollinem et Furias disputata esse, ita ut altercantes sensim Athenas pervenerint. Nunquam profecto scenam vidisse oportebat, qui hæc somniare poterat. Quin imo pronuntiatis ab Apolline versibus v. 227—229. non Furiæ solum, sed Apollo quoque spectatorum oculis subducebantur; tum scena mutabatur, ut se deinde spectator a Delphis Athenas translatum putaret.

198. ἔχρησα—τί μήν; Nisi πέμψαι ποινὰς pro *pœnas immittere*, *pœnas infligere* dictum esse placeat, corrige

Ἔχρησα· ποινὰν τοῦ πατρὸς πέμψας. Τί μήν;

utique hoc oraculo edixi; ultore scilicet *patris ablegato* ad occidendam matrem. *Quid tum postea?* ποινὰς πέψαι, quod Abreschius proposuit i. q. πραῦναι prorsus ineptum est.

199. αἵματος δέκτωρ νέου. Est novæ cædis defensor ac patronus, qui eum in se recipit. Sic διαδέκτωρ Eurip. Ione v. 478.

201. προπομποὶ h. l. in malam partem accipiendum, de deabus ultricibus pœnæ causa scelestum persequentibus.

202. πρόσφορον μολεῖν, cf. v. 189. sq.

204. Κόμπασον γέρας καλόν. Ironice dictum. *Jacta quæso*, si modo habeas quod jactes, *quicquid hoc est præclari muneris.*

207. φόνος. Hic signum interrogandi ponendum est. *Quid enim? nonne par sit, mulierem quæ maritum occiderit itidem a propinquo mutua cæde perimi?* αὐθέντης φόνος enim est *mutua propinquorum cædes.* Sic Agam. 584. θάνατοι αὐθένται. Heathius hanc sententiam οὐκ ἂν γένοιτο—φόνος haud interroga-

Ἦ κάρτ' ἄτιμα, καὶ παρ' οὐδὲν ἤρκεσ' ἂν
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.
Κύπρις δ' ἄτιμος τῷδ' ἀπέρριπται λόγῳ,
Ὅθεν βροτοῖσι γίγνεται τὰ φίλτατα.
Εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μορσίμη,
Ὅρκου τε μεῖζον τῇ δίκῃ φρουρουμένη.
Εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς,
Τὸ μὴ πένεσθαι, μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ,

208. ἦ κάρτ' ἄτιμα] Hi versus in Ald. usque ad 215. perperam Eumenidibus adscribuntur. ἤρκεσ' ἂν] e certissima Heathii emendatione. Vulgo ἠρκέσω. 212. μορσίμη] μόρσιμοι Ald. μόρσιμος Rob. 213. ὅρκου] ὅρκους Ald. ὅρκος Rob. μεῖζον] Sic recte emend. Heathius. Vulg. μείζων. φρουρουμένη] φρουρουμένῃ Ald. Rob. 214. εἰ] η Ald. Turn. etc. Canterus recte suasit lectionem a nobis receptam. χαλᾷς] χαλαῖς Ald. 215. πένεσθαι] γενέσθαι Ald. Rob. Turn. Vict.

tive sed affirmative accipiendum arbitratus, servato ἦ κάρτα, ita vertit: *Quid enim? mulieris quæ maritum vita privaverit cædes manu qualicunque patrata, non potest fieri ut consanguinea sit, aut nullo omnino in honore habebuntur, nec quidquam valebunt Junonis jugalis et Jovis fœdera.* Respici nimirum putat Apollinis sententiam v. 655. explicatam. Cui tamen non magis assentior, quam Wakefieldo sic locum exponenti: *Quid autem? nonne judicabimus crimen consanguinei sanguinis effundendi adhærescere mulieri, quæ virum suum interfecerit?*

Abreschius præfert eam quæ est in Rob. et Turn. personarum designationem, et v. 207. Eumenidibus tribuit.

Ἀπόλλων.

Τί γάρ; γυναικὸς, ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ . . . .;

Χορός.

Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.

Nempe hoc modo Chorus quæstioni Apollinis nondum finitæ per occupationem occurreret. *Mulieris quæ maritum occidit non tamen justa cædes a propinquo præsertim a filio perpetretur.* At multo tamen concinnius est, modo post αὐθέντης φόνος interrogandi signum ponatur, hunc versiculum ab Apolline pronuntiari.

208. ἦ κάρτ' ἄτιμα. *Tum sane nullo in honore haberentur nihilque valerent, quæ sub auspiciis Junonis jugalis et Jovis inter sponsum sponsamque junguntur fœdera.*

210. Κύπρις. *Quin etiam Venus honore justo fraudetur, si quis hoc asserere velit, a qua tamen dulcissima gaudia mortalibus proveniunt.*

212. εὐνὴ γὰρ—φρουρουμένη. *Tori enim consortium marito et uxori sacrum esse debet, et ipso jurejurando sanctius colendum.*

214. εἰ τοῖσιν. Τοῖσιν h. l. demonstrative accipiendum. *Si hisce igitur* scil. conjugibus, *ubi alter alterum occiderit, adeo indulges, ita ut nihil propterea labores, nec irata* cædis auctorem respicias. Wakefieldus pro vulg. τὸ μὴ γενέσθαι rescribendum putabat τὸ μὴ μέλεσθαι; verum si πένεσθαι nobiscum legeris, facilius erit explicare, quomodo librarii in γένεσθαι inciderint.

Οὔ φημ' Ὀρέστην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν.
Τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην,
Τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν.
Δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.
Χο. Τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οὔ τι μὴ λείπω ποτέ.
Ἀπ. Σὺ δ' οὖν δίωκε, καὶ πόνου πλέον τίθου.
Χο. Τιμὰς σὺ μὴ ξύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ.
Ἀπ. Οὐδ' ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν.
Χο. Μέγας γὰρ ἐμπὰς πὰρ Διὸς θρόνοις λέγῃ.
Ἐγὼ δ' (ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον δίκας)
Μέτειμι τόνδε φῶτα καὶ κυνηγέτις.
Ἀπ. Ἐγὼ δ' ἀρήξω, τὸν ἱκέτην τε ῥύσομαι·
Δεινὴ γὰρ ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς πέλει,
Τοῦ προστροπαίου μῆνις, εἰ προδῶ σφ' ἑκών.

ΟΡΕΣΤΗΣ. ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

Ὀρ. ΑΝΑΣΣ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν

etc. Sed πίνεσθαι sensus postulat. Heathius minus bene conjecerat 'νέχεσθαι pro ἐνέχεσθαι. 216 σ' ἐνδίκως] γ' ἐνδίκως Ald. 219 δὲ Παλλὰς] δ' ἐπ' ἄλλας Ald. Turn. ἐποπτεύσει] ἐποπτεύσεις Turn. 221. πόνου] Sic rescripsimus Heathio auctore, vulg. πόνον. 225. ἄγει] ἄγειν Ald. 226. καὶ κυνηγέτις] κἀκκυνηγέτης Ald. Rob. etc. κυνηγετῶ conj. Stanl. haud male, nisi post κυνηγέτις aposiopesin admiseris. 228. θεοῖς] θεοῖσι Ald. 230. Jam scena mutatur, Athe-

217. τὰ μὲν γάρ. *Alterum enim* (nempe Orestis facinus) *video te ægerrime tulisse, vehementi ob id ira incensam, alterum vero* (Clytæmnestræ) *multo remissius tractare.*

221. καὶ πόνου πλέον τίθου. *Ac nisi satis jam habes molestiarum, plus laboris tibi impone.*

222. τιμὰς—λόγῳ. *Noli honores meos verbis extenuare.* Nempe hoc eo spectat, quod Apollo Furiarum enixum Orestem persequendi studium, magis in ærumnabilis et servilis laboris loco, quam in parte honorifici muneris divinitus ipsis impositi ponere videbatur.

223. οὐδ' ἂν δεχοίμην—σέθεν. *Tantum abest ut invidiæ causa honoribus tuis detrahere velim, ut ne oblatos quidem reciperem.*

229. τοῦ προστροπαίου μῆνις. *Justus enim supplicis ab eo ad quem confugit deserti et proditi dolor magnam vim habet ad iram deorum hominumque indignationem concitandam.*

IN SCENAM VI.

v. 230. sqq.

Notandum est, Scenam jam Athenas

Ἥκω, δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
Οὐ προστρόπαιον, οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
Ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς
Ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασι βροτῶν.
Ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
Σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
Πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεά.
Αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.
Χο. Εἶεν· τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ.
Ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς.
Τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν,
Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.
Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ
Σπλάγχνον· χθονὸς γὰρ πᾶς πεποίμανται τόπος,
Ὑπὲρ τε πόντον ἀπτέροις πωτήμασιν

nasque transfertur; ubi primum in templo Minervæ Orestes conspicitur, paulo post Furiis eum consequentibus. 239. ἐστὶ] ἔπι Ald. 241. νεβρὸν] νεκρὸν Ald. Rob. 244. πᾶς] πᾶν Rob.

translatam sic institui, ut primo Orestes solus conspiciatur in templo Minervæ supplex ejus simulacrum venerans; paulo post autem eum consequantur Eumenides, quæ initio quidem eum nondum oculis conspiciunt, sed vestigia tantum sanguinis odoratæ eum haud procul abesse conjiciunt, donec eum v. 253. sqq. oculis quoque deprehendant.

231. ἀλάστορα. Reum se cædis confitetur, negat autem se adhuc προστρόπαιον i. e. piaculo pollutum esse.

232. οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα. I. e. ἀκάθαρτον. *Hesych.*

233. ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη. *Sed jam obtusum et probe exercitatum aliis in ædibus multorumque hominum, quos purificationis causa adii, salutationibus.*

239. τέκμαρ. Tanquam canes venaticas ostendunt se Orestem matris sanguine imbutum et contaminatum hujus sanguinis odore investigare, quo vestigia quoque ejus infecta sentiant.

240. μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαὶ significat ipsas illas sanguinis notas in Orestis vestigiis impressas, mutas quidem illas, sed tamen viam, qua aufugerit, clare satis indicantes.

242. πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμόν. I. e. πρὸς αἵματος σταλαγμόν. Aiunt enim se Orestis vestigia ex materni sanguinis notis eodem modo intelligere, quo canis vestigia hinnuli vulnerati ex odore guttarum sanguinis, quæ in terram ceciderint, cognoscat.

243. φυσιᾷ σπλάγχνον. Anhelare se queruntur longo itinere fessas fatigatasque.

῏Ηλθον διώκουσ᾽ οὐδὲν ὑστέρα νεώς.
Καὶ νῦν ὅδ᾽ ἐνθάδ᾽ ἐστί που κατεπτακώς,
᾽Οσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.
῞Ορα, ὅρα μάλ᾽ αὖ,
Λεύσσετον πάντα·
Μὴ λάθῃ φύγδα βὰς
῾Ο ματροφόνος ἀτίτας.
῞Οδ᾽ αὖτέ γ᾽ οὖν ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει ϛρ.
Πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου
῾Υπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.
Τὸ δ᾽ οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ, ἀντιϛ.
Δυσαγκόμιστον παπαῖ
Τὸ διερὸν πέδῳ κεχυμένον οἴχεται.
᾽Αλλ᾽ ἀντιδοῦναι δεῖ σ᾽, ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν

247. ἐστί που κατεπτακὼς] ἐπί που καταπτακὼν Ald. ἐστί που καταπτακὼς edd. Rell. Sed κατεπτακὼς (a καταπτημι) scribendum esse Pauwius Heathiusque monuerunt. 248. ὀσμὴ] ἐς μὴ Ald. 249. ὅρα ὅρα] ῥέα ὅρα Ald. Turn. 250. λεύσσετον] λεύσσε τὸν Turn. 251. φύγδα] φυγάδα Ald. Turn. 253. γ᾽ οὖν] Ita Ald. Rob. Turn. Rell. γ᾽ οὐκ. Sed antiquior lectio sensus causa restituenda erat, id quod jam Heathius vidit. 255. χερῶν] Sensus et metri causa Heathius corrigit χἀτέρων. 258. τὸ διερὸν—οἴχεται] τὸ δ᾽ ἱερὸν πέδῳ κεχυμένον οἴχεται Ald Turn. τὸ δὲ ἱερὸν πέδῳ κεχυμένον οἴχεται Rob. 259. ῥοφεῖν] Fortasse rectius ῥόφοιμ᾽ et postea φέροιμ᾽ ἄν.

248. ὀσμὴ—προσγελᾷ. Apte προσγελᾷ de jucundo odore, qui naribus afflatur.

250. λεύσσετον πάντα. Fortasse legendum λεύσσε γοῦν πάντα.

255. ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν. Et versus antistrophici mensura, et sensus verborum, qui negantem sententiam poscit, aperte docet inter ὑπόδικος ac θέλει voculas μὲν οὐ excidisse. Scribendum igitur:

῾Υπόδικος μὲν οὐ θέλει γενέσθαι χερῶν.

Cui bene respondet, quod sequitur

Τὸ δ᾽ οὐ πάρεστιν.

Abreschius emendari volebat γενέσθαι οὐ χερῶν, particula οὐ male locata, nec metro satis consulens.

259. sqq. τὸ δ᾽ οὐ πάρεστιν—οἴχεται. *Verum hoc fieri non potest; maternus enim sanguis in terram effusus est; nulla, proh dolor, arte revocandus, in terram effusus periit.* δυσαγκόμιστον i. q. ἀναγκόμιστον.

259. sqq. ἀλλ᾽ ἀντιδοῦναι δεῖ σ᾽—μητροφόνου δύας. *Imo potius te jam pœnas dare oportet; et a vivente quidem rubrum membrorum sanguinem exsuxerim, et infandi hujus potius fructum ceperim; tum te, postquam viventem tabefeci, ad inferos deducam, ut ibi quoque cædis maternæ pœnas luas.*

Ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ
Βοσκὰν φεροίμαν πώματος δυσπότου·
Καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάσασ' ἀπάξομαι κάτω,
Ἀντίποιν' ὡς τίνῃς μητροφόνου δύας.
Ὄψει δ' ἐκεῖ τίς ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν,
Ἢ θεὸν, ἢ ξένον
Τίν' ἀσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους,
Ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια.
Μέγας γὰρ Ἅδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν
Ἔνερθε χθονὸς,
Δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί.

Ορ. Ἐγὼ, διδαχθεὶς ἐν κακοῖς, ἐπίσταμαι
Πολλοὺς καθαρμοὺς, καὶ λέγειν ὅπου δίκη,
Σιγᾶν δ' ὁμοίως· ἐν δὲ τῷδε πράγματι
Φωνεῖν ἐτάχθην πρὸς σοφοῦ διδασκάλου·
Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερὸς,
Μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει.
Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ

262. ἰσχνάσασ'] ἰσχνάνασ' Ald. Rob. Turn. κάτω] καὶ κάτω Rob. 263. ἀντίποιν' ὡς] Ita rescripsimus pro vulg. ἀντιποίνους. τίνῃς] τείνῃς Rob. τίνεις Turn. μητροφόνου] Sic ex emendatione Casauboni. In edd. est μητροφόνας. 266. τίν'] τί τ' Ald. Turn. 268. Ἅδης] ἄδυς Ald. 270. φρενὶ] τῇ φρενὶ Rob. 274. φωνεῖν] φρωνεῖν corrupte Ald. φρονεῖν Turn. 276. ἔκπλυτον] ἔκπλητον Ald.

263. ἀντίποιν' ὡς. Hanc emendationem spero me omnibus harum rerum judicibus probaturum. Abreschio placebat ἵν' ἀντίποινος; quod et longius recedit a scripturæ vestigiis, nec facile sequentibus aptatur.

264. ὄψει δ' ἐκεῖ τίς ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν. Malim:

ὄψει δὲ, κεἴτις ἄλλος ἤλιτεν βροτῶν.

Videbis vero, si quis alius mortalium deliquit, vel in deum, vel in hospitem, vel in caros parentes impie agendo, unumquemque dignis meritorum præmiis affectum. Τίς ἄλλον ἤλιτεν βροτῶν defendi nequit; cum hospites et parentes eodem mortalium numero comprehenduntur. Et quis ferat sic loquentem: *Videris ibi quis alium mortalium offenderit, sive deum, sive hospites, sive parentes.*

275. βρίζει—καὶ μαραίνεται. "Multum frequentat Græci verbum μαραίνεσθαι sensu tropico, uti λύπη μαραίνεται Æl. de Anim. l. i. c. 18.—μίασμα ἔκπλυτον Hesych. explicat ἐξίτηλον." —*Abresch.*

Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.
Πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος,
Ὅσοις προσῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ.
Χρόνος καθαιρεῖ πάντα γηράσκων ὁμοῦ.
Καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ στόματος εὐφήμως καλῶ
Χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν, ἐμοὶ
Μολεῖν ἀρωγόν· κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς
Αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν
Πιστὸν δικαίως, ἐς τὸ πᾶν τε σύμμαχον.
Ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικῆς,

280. ὅσοις] ὅς τοις Ald. ὅστις Turn. 281. καθαιρεῖ] Stanl. mavult καθαίρει. 287. Λιβυστικῆς] E conj. Stanleii. Vulg. Λιβυστικοῖς.

278. χοιροκτόνοις. "Porcorum usus in sacrificiis expiatoriis satis notus est vel ex illo Plauti in Menæchmis Act. ii. Sc. 2.

ME. responde mihi
Adolescens, quibus hic pretiis porci veneunt
Sacri sinceri? CY. Nummo uno. ME. En a me accipe!
Jube te piari de mea pecunia,
Nam ego quidem insanum esse te certo scio.

Accedit et Horatianum illud Serm. 1. 3.

immolet æquis
Hic porcum Laribus.—

Uterque de insanis, qualis hic fuit Orestes, intelligendus." *Stanl.*

279. πολὺς δέ μοι—ὅσοις προσῆλθον. Male vexavit interpretes corruptela librariorum, quamvis una tantum litera peccans, ὅστις pro ὅσοις invecto. Abreschius, cui πολὺς δέ μου γένοιτ' corrigendum videbatur, sic exponit: *Ego vero denuo magno in honore habebor, qui huc me contuli expiatus, ita ut commercium meum seu consuetudo cum aliis neminem sit contaminatura nec nocitura cuiquam.* Heathio in mentem venit ὅς τις προσῆλθ' ἂν emendare, *cuicunque mihi contingeret congredi colloquio innocuo.* Wakefieldo placebat ὥς τις hoc sensu: *Multa habeo argumenta, me venisse hominem cujus præsentia piaculi sit expers et contagionis.* Enimvero si mecum legas ὅσοις, pro vulgato ὅν τις, omnia plana sunt. Orestes enim: *Longum vero*, inquit, *esset ob initio repetere, quot homines jam sic adierim, ut nihil iis conversatio mea nocuerit*, quod scil. fieri non posset, nisi fuisset a piaculo liberatus. cf. v. 236. sqq.

281. καθαιρεῖ. Utrum quod vulgatur καθαιρεῖ *tollit*, an cum Stanleio καθαίρει *purgat* legas, parum quidem interest. Quia tamen καθαρμοῖς paulo ante præcessit, et locus communis de tempore omnia elevante, aptius videtur vocabulo *tollendi*, quam *purgandi* enuntiari, mihi quoque vulgata scriptura magis placet.

287. ἀλλ' εἴτε χώρας. "Legitur hic vers. cum seq. apud Lycophr. Schol. ad v. 519. et Λιβυστίοις pro Λιβυστικοῖς. Utrumque novit Steph. Byzant. prius tamen noster iterum in Suppl. v. 287." *Abresch.*

Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
Τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
Φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα,
Θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ, ἐπισκοπεῖ·
Ἔλθοι (κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεὸς)
Ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.
Χο. Οὔτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
Ῥύσαιτ' ἂν, ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
Ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν,
Ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιά.
Οὐδ' ἀντιφωνεῖς, ἀλλ' ἀποπτύεις λόγους,

295. ὥστε] ῥούς τε Ald. 296. παρημελημένον ἔῤῥειν, τὸ χαίρειν] παρημελημένον. ἔῤῥειν τὸ χαίρειν Ald.

Λιβυστικῆς. Sic ante Stanleium jam Casaubonus legendum esse censuerat.

288. Τρίτωνος. Circa flumen et lacum Tritonis Minerva primum virginali habitu apparuisse dicebatur; hinc nomen ei Τριτογένεια; hinc est quod Catullo *rapidi Tritonis hera* nuncupatur Argon. v. 394.

πόρου. Schol. ad Lycophr. v. 519. legit σπόρου. Sed verum est πόρου.

289. τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα. Heathius opinatur καταῤῥεπῆ legendum esse, *utrum rectum statuat an proclivem pedem*. Sed unice vera est vulgata lectio, quam tamen nolim cum Wakefieldo sic exponere, q. d. *sive habeat ibi statuam erectam et apertis adeo plantis insistentem, sive sedeat imago deæ et perinde vestimentis usque ad terram defluentibus pedes ejus obtegantur.* Imo de deæ persona, non de statua agitur; adeoque significatur: *sive ambulet, sive sedeat.* Abreschius κατηρεφῆ τιθέναι πόδα de sessione in curru intelligit.

290. φίλοις ἀρήγουσ'. Vulgo ad antecedentia hoc trahunt. Mihi concinnius videtur sublato commate, cum sequentibus conjungere. Ita enim imago Minervæ bellatricis, suis quidem auxilium, hostibus terrorem afferentis pulchre absolvitur. Sine dubio autem respiciuntur Minervæ res gestæ in bello adversus Gigantes, camporum Phlegræorum, ut ferebatur, incolas.

In invocationibus Deorum autem solemne erat diversa loca, quæ Dii maxime celebrabant, per disjunctionem adhibita particula εἴτε—εἴτε commemorare. cf. Aristoph. Nub. v. 270. sqq.

εἴτε Φλεγραίαν πλάκα. "Aristid. orat. in Minervam: Λέγεται γὰρ ὡς ἐπειδὴ οἱ γίγαντες παρετάξαντο ἐν τῇ Φλέγρᾳ Ἐγκέλαδον μὲν καὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν κτείνει ἡ θεὸς (Minerva)." *Stanl.*

295. ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον ἔῤῥειν. Nec Apollo nec Minervæ robur te liberet, *quin neglectus pereas*; neglectus scil. a reliquis omnibus, quemadmodum infra de hominis facinorosi interitu v. 562.

ὤλετ' ἄκλαυστος, ἄϊστος.

296. τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν. *Ita ut prorsus quid sit animo lætari dediscas, ut nullus lætitiæ sensus ad animum tuum penetrare possit.*

298. οὐδ' ἀντιφωνεῖς,—καθιερωμένος;

Ἐμοὶ τραφείς τε καὶ καθιερωμένος;
Καὶ ζῶν με δαίσεις, οὐδὲ πρὸς βωμῷ σφαγείς·
Ὕμνον δ' ἀκούσῃ τόνδε δέσμιον σέθεν.
Ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἅψωμεν, ἐπεὶ
Μοῦσαν στυγερὰν
Ἀποφαίνεσθαι δεδόκηκε,
Λέξαι τε λάχη τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ὡς ἐπινωμᾷ στάσις ἁμά.
Εὐθυδίκαι θ' ἡδόμεθ' εἶναι.
Τοὺς μὲν καθαρὰς
Χεῖρας προσνέμοντας

299. καθιερωμένος] καθιστρωμένος corrupte Ald. 299, 300. perperam in editionibus Apollini tribuuntur. 304. δεδόκηκε] δεδόκημεν Ald. Rob. 306. ὡς] Stanl. conj. ὧν. ἁμὰ] e Canteri conjectura, vulgo ἅμα. 307. εὐθυδίκα θ' οἱ δοιμεσθ' εἶναι. Sic Ald. 308, 309. τοὺς—προσνέμοντας] Heath. emend. Τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας ἔχοντα γὰρ uno versiculo. Jam Turnebus in quibusdam exemplaribus invenerat ἔχοντας.

Vulgo hæc interrogative enuntiata existimat; universus autem orationis nexus minas potius quam quæstionem postulare videtur. Ac si legas

οὐδ' ἀντιφωνεῖς ἀλλ' ἀποπτυεῖς λόγους

utriusque verbi futurum tempus, Atticorum more flexum habebis; eaque ratione bene procedent ἀντιφωνεῖς,—ἀποπτυεῖς—δαίσεις—ἀκούσῃ. *Neque vero*, Chorus inquit, *loquendi tibi potestas erit, sed aversaberis sermonem*, h. e. *prorsus obmutesces, nobis scilicet devotus et sacer.* Qui enim piaculo se obligasset, cum, donec purgatus esset, obmutescere ferebant. cf. v. 445. sqq.

300. καὶ ζῶν με—σφαγείς. *Et vivus quidem, ut nihil opus sit te ad altare mactare, nos pasces*, sanguine scil. tuo, quem exsugemus.

301. ὕμνος δέσμιος, *carmen ligatorium*, est ex genere incantationum, quo furiæ Orestem se quasi constricturas et in potestatem suam redacturas esse minabantur. Is ὕμνος—δέσμιος incipit v. 317. ejusque quasi prooemium versiculis 301—316. continentur.

302. καὶ χόρον. Nempe non canebant solum, sed et saltabant, prorsus ut Shakespearius, Macbethi tragœdia, nobilissimum illud sagarum canticum instituit.

303. μοῦσαν—στυγερὰν *horrendum carmen*, ipsum illum ὕμνον δέσμιον.

ἐπεὶ μοῦσαν—στάσις ἁμά. *Postquam visum est nobis horrendum illud carmen decantare, simulque docere, quo ritu ordo noster muneris vices sibi demandatas inter homines expleat.*

306. ὡς. Stanl. malebat ὧν. Casaub. οἷς." *Abresch.*

307. εὐθυδίκαι *justitiam strenue administrantes nec ab ejus tramite unquam deflectentes.*

Ceterum non εὐθυδίκαι θ' sed εὐθυδίκαι δ' legendum esse, recte Casaubonus judicavit.

309. προσνέμοντας. " Idem προσνέμειν h. l. quod προσέχειν, ut simplex

Οὔτις ἀφ' ἡμῶν μῆνις ἐφέρπει,
'Ασινὴς δ' αἰῶνα διοιχνεῖ·
"Οστις δ' ἀλιτρῶν, ὥσπερ ὅδ' ἀνὴρ,
Χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει,
Μάρτυρες ὀρθαὶ τοῖσι θανοῦσι
Παραγινόμεναι, πράκτορες αἵματος
Αὐτῷ τελέως ἐφάνημεν.
Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ στρ. α'.
Νὺξ, ἀλαοῖσιν καὶ δεδορκόσι
Ποινὰν, κλῦθ'· ὁ Λατοῦς γὰρ ἶ-
νις μ' ἄτιμον τίθησι
Τόνδ' ἀφαιρούμενος
Πτῶκα, ματρῷον ἅ-
γνισμα κύριον φόνου.
'Επὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
Τόδε μέλος, παρακοπὰ,
Παραφορὰ, φρενοδαλὶς,

312. ἀλιτρῶν] Stanl. emend. ἀλιτῶν. 313. φονίας] Hic syllabæ defectum expleturus Heathius inferciendum putat εἴτ', male quidem ad sensum. 319. ποινὰν] Sic Ald. Rob. recte. ποινᾶν Turn. Vict. etc. κλῦθ', ὁ Λατοῦς] κλῦθι. Λατοῦς Turn. 326. φρενοδαλὶς] φρενοδαλὴς Ald. Rob.

νέμειν Sophocles frequentat pro ἔχειν. Sic quod Antig. v. 179. κράτη καὶ θρόνους ἔχειν id νέμειν θρόνους Œd. Tyr. v. 245. quodque aliis ὥραν φροντίδα ἔχειν id eidem νέμειν ὥραν Trach. v. 57. Sic infra v. 743. τιμὰς νέμειν.—Casaub. προνέμοντας legendum conjecit." *Abresch.*

312. ὅστις δ' ἀλιτρῶν. Quamquam hoc utcunque explicari potest, assentior tamen Stanleio ἀλιτῶν præferenti. *Quicumque autem delicti reus, sicut hic homo, manus cæde pollutas occultat.*

314. sqq. μάρτυρες—ἐφάνημεν. *Ibi nos justas et veraces testes et advocatas iis qui occisi sunt prabemus, illique cadis auctori sanguinis ultores cum vi et potestate vindictam exsequendi occurrimus.*

μάρτυρες ὀρθαί· i. e. ἀληθεῖς. Soph. Ajac. v. 355. ὀρθὰ μαρτυρεῖν." *Abresch.*

317. sqq. Μᾶτερ—. *Mater, ô Mater Nox, quæ me peperisti mortuis viventibusque pœnam, audi me! Latonæ enim filius debitis me honoribus spoliat, hancce feram mihi eripiens hominem ob maternam cædem sacrum et devotum.*

324. ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ. *Super illo capite autem nobis devoto canatur carmen, amentiam, delirium, mentis deliquium ciens, hymnus furiarum ligatorius a lyra alienus, tabem hominibus inferens.*

326. φρενοδαλὶς. Hoc vocabulum ut substantivum, arbitror ab Æschylo compositum. Sic enim concinnius coe-

Ὕμνος ἐξ Ἐριννύων,
Δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-
μικτος, αὑονὰ βροτοῖς.
Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία ἀντιστ. α΄.
Μοῖρ᾽ ἐπέκλωσεν ἐμπέδως
Ἔχειν, θανάτων τοῖσιν αὐτουργίαι
Ξυμπέσωσιν μάταιοι,
Τοῖς ὁμαρτεῖν, ὄφρ᾽ ἂν
Γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν δ᾽
Οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.
Ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
Τόδε μέλος, παρακοπὰ,
Παραφορὰ, φρενοδαλὶς,
Ὕμνος ἐξ Ἐριννύων,
Δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-
μικτος, αὑονὰ βροτοῖς.

329. *αὑονὰ βροτοῖς*] Sic Ald. Rob. Vulg. *αὔων βροτοὺς*, cf. v. 342. 332. *αὐτουργίαι*] *αὐτούργίαις* Ald. 333. *ξυμπέσωσιν*] *ξύμπας ὦσιν* mendose Ald. 339. *φρενοδαλὶς*] *φρενοδαλὴς* Ald. 342. *αὑονὰ βροτοῖς*] Recepimus lectionem Ald. Rob. utpote graviorem Æschylique stilo digniorem, quam ea quæ postea editiones invasit, *αὔων βροτούς*.

unt ista tria *παρακοπὰ, παραφορὰ, φρενοδαλὶς*, in quibus nimirum gravis est metonymia effectus pro causa efficiente positæ.

328. *ἀφόρμικτος*. "Sic in Agam. v. 999.

τὸν δ᾽ ἄνευ λύρας ὅπως ὑμνῳδεῖ
θρῆνον Ἐριννύς." *Stanl.*

329. *αὑονὰ βροτοῖς*. Nihil opus est multis hanc lectionem ut exquisitiorem et poëta digniorem defendere. Sicut enim substantiva *παρακοπὰ, παραφορὰ* pro participiis ponuntur, sic et *αὑονὰ βροτοῖς* pro *αὔων βροτοὺς* *tabefaciens mortales.*

332. *θανάτων αὐτουργίαι*. Hoc de *cædibus propinquorum* aut *sanguineorum* intelligendum. Cf. paulo post v. 352. Choëph. v. 470. Sept. adv. Theb. v. 736. Male autem Canterus pro *θανάτων* commendabat *θεατῶν*.

333. *μάταιοι*. "*Αὐτουργίαι μάταιοι* sunt homicidia scelesta, *μιαρὰ* et *φόνοι αὐθένται*, ut vocat v. 207. Sic *μάταια* et *ἀνόσια κνώδαλα* Suppl. v. 769. et *μάταιοι χεῖρες* Soph. Trach. 574." *Abresch.*

334. *ὄφρ᾽ ἂν γᾶν ὑπέλθῃ*. Enallage numeri haud infrequenti; *donec aliquis eorum terram subeat*, h. e. usque ad mortem.

Γιγνομέναισι λάχη στρ. β'.
Τάδ' ἐφ' ἁμῖν ἐκράνθη·
Ἀθανάτων δ' ἀπέχειν
Χέρας, οὐδέ τις ἐστὶ
Ξυνδαίτωρ μετάκοινος.
Παλλεύκων δὲ πέπλων
Ἄμοιρος, ἄκληρος ἐτύχθην.
Δωμάτων γὰρ εἱλόμαν
Ἀνατροπὰς, ὅταν Ἄρης,
Τιθασσὸς ὢν, φίλον ἕλῃ·
Ἐπιτόνως διόμεναι
Κρατερὸν ὄνθ' ὁμοίως
Μαυροῦμεν ὑφ' αἵματος νέου.
Σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν ἀντιστ. β'.
Τινὰ τάσδε μερίμνας·

352. τιθασσὸς] πίθασος Ald. Vict. τίθασος Turn. Heathius inepte reponi jubet πίθανος. Idem διόμενα et μαυροίμαν pro διόμεναι—μαυροῦμεν emendandum censet. Verum nihil opus. ὢν] ὃν conj. Stanl. 353. ἐπιτόνως] Sic Turn. ἐπὶ τὸν ὠ Ald. etc. 356. σπευδόμεναι] σπεύδομαι Turn. 360. ἐς ἄγκρισιν] ἐπ' ἄκροισιν Ald. Turn. ἐς ἔγκρισιν Rob.

351. sq. Ἄρης, τιθασσὸς ὤν. H. e. *si quis percussor, non justo in bello, sed cum propinquus sit, ex insidiis, propinquum, cui amicus esse debebat, occiderit.* Quare non opus est ὃν φίλον cum Stanleio emendare. Nam in Ἄρης τιθασσὸς jam inest significatio animi hostilis adversus eum, in quem ob necessitudinem mitis et pius esse debebat. Adeoque ὃν in φίλον subintelligendum est quidem; scribi vero nil necesse.

353. ἐπιτόνως—νέου. *Eum enixe s. intentissima cura persequentis, quamvis fortissimus sit, tamen propter recentem quo se polluit sanguinem ad interitum damus.*

356. Σπευδόμεναι — ἐλθεῖν. Hunc locum duplici librariorum vitio laborare arbitror, et sic restituendum:

Σπευδόμεναι δ' ἀφιλεῖν
Δία τάσδε μέριμνας·
Θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμοῖς
Ἀλιταῖς ἐπικραίνειν
Μηδ' εἰς ἄγκρισιν ἐλθεῖν.

Id nimirum studiose agimus, ut Jovem ista cura liberemus, omninoque nostris maleficis immunitatem a diis præstemus, ne in eorum judicium veniant, nostræ quippe animadversioni unice relicti. Τινὰ h. l. nimis infinitum est, quamquam notum est interdum sic poni, ut ad certam personam respiciat. Quomodo Erinnyes dicant se suis precibus (ἐμαῖσι λιταῖς) Θεῶν ἀτέλειαν perficere, nemo explicavit. Peccatores autem ἐμοὺς ἀλιτὰς furia nominare eodem modo potest quo Orestem

Ἐμοὶ τραφέντα καὶ καθιερωμένον.

Θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖ-
σι λιταῖς ἐπικραίνειν,
Μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν.
Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς
Ἀξιόμισον ἔθνος τόδε λέσχας
Ἃς ἀπηξιώσατο.
Δόξαι τ' ἀνδρῶν καὶ μάλ' ὑπ' αἰ-
θέρι σεμναὶ τακόμεναι
Κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι
Ἡμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν
Ὀρχησμοῖς τ' ἐπιφόνοις ποδός.
Μάλα γὰρ οὖν ἁλλομένα στρ. γ'.
Ἄγκαθεν βαρυπεσῆ
Καταφέρω ποδὸς ἀκμάν,

362. λέσχας] λέσχος corrupte Rob. 363. Ἃς] ἃς Ald. 369. μάλα γὰρ οὖν] μάλα γὰρ Rob. Perperam hos versiculos 369—373. μάλα γὰρ—δύσφορον ἄταν retrahendos et post v. 363. ponendos censet Heathius.

364. sqq. Δόξαι—ποδός. *Magnificæ vero hominum de se opiniones, tantum non ad sidera elatæ subsidunt, et infra terram deprimuntur, inhonestæ, simulatque nos, atris indutæ vestibus, ad eos accesserimus, et saltu pedum pernicioso.*

368. ὀρχησμοῖς ἐπιφόνοις. Possit quidem de saltatione s. choreis furiarum intelligi cum incantatione conjunctis; cf. v. 303. Magis tamen sequentibus convenit simpliciter de repentino furiarum impetu, quo quasi insiliunt peccatori, exponere. Heathius mavult ἐπιφθόνοις, *invisis, odiosis.*

369. sqq. μάλα γὰρ οὖν—πολύστονος φάτις. In hisce versiculis primaria regnat imago hominis per supplantationem pedum prostrati. *Repente enim eminusque insilientes graves et robustos pedes his opponimus, supplantandis iis in longo cursu deprehensis idoneos et prorsus exitiosos. Et sic quidem prosternitur, casu haud præviso, stolide nimirum cæcutiens; tantæ scilicet tenebræ homini propter piaculum sibi contractum offunduntur, ac nebulosam caliginem oculis objectam queruntur multiplices gemitus.* Pro ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ mihi persuasi Æschylum edidisse

ὑπ' ἄφρονι λήμᾳ.

Λήμη vitium oculorum, quo lippitudine s. grumiis tanquam nebulis obducuntur, bene ad *mentis cæcitatem* transfertur, optimeque sequentibus congruit. Cf. Sept. adv. Theb. v. 881.

Porro in versione versiculorum 377, 378. expressimus hanc lectionem

Καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ γ' ὀμμάτων
Αὐδᾶται πολύστονος φάτις.

Cui quidem emendationi illud favere videtur, quod ab inchoata hominis pedibus oppositis supplantati imagine vulgata lectio longius recedit.

Σφαλερὰ τανυδρόμοις
Κῶλα, δύσφορον ἄταν.
Πίπτων δ' οὐκ οἶδε τόδ' ὑπ' ἄφρονι ἀντ. γ΄.
Λύμᾳ· τοῖον γὰρ ἐπὶ
Κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται,
Καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος
Αὐδᾶται πολύστονος φάτις.
Μένει γὰρ εὐμήχανοί στρ. δ΄.
Τε καὶ τέλειοι, κακῶν
Τε μνήμονες σεμναὶ
Καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς,
Ἄτιμ' ἀτίετα διόμεναι
Λάχη θεῶν διχοστατοῦν-
τ' ἀνηλίῳ λάμπᾳ, δυσοδοπαίπαλα
Δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.
Τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεταί ἀντ. δ΄.
Τε καὶ δέδοικε βροτῶν,

374. πίπτων] πίπτον Ald. οἶδε] οἶδεν Ald. 375. λύμᾳ] λῦμα Ald. 379. μένει γὰρ] Male Heathius: μόναι γάρ. 383. ἀτίετα] ἀτίεται Vict. 385. λάμπᾳ] λάμψαι Vict.

379. Μένει non est, ut vulgo accipitur, tertia persona verbi μένειν, sed tertius casus vocabuli μένος. *Ira enim et impetu nostro promtæ et versatiles, et ad exsequendas pœnas alacres, malorum facinorum memores, venerandæ et haud facile placabiles mortalibus sumus.*

Ceterum hæc strophe, ut metrum antistrophæ respondeat, ita constituenda:

μένει γὰρ εὐμήχανοί
τε καὶ τέλειοι, κακῶν
τε μνήμονες, σεμναὶ
καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς,
ἄτιμ' ἀτίετα διόμεναι
λάχη, θεῶν διχοστατοῦντ' ἀνήλια
δυσοδοπαίπαλα
δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.

Vocabulum λάμπᾳ inter ἀνηλίῳ et δυσοδοπαίπαλα interjectum metrum pariter ac sententiam corrumpit. Sensus enim hic est: *obeuntes regna* ignobilia (deorumque) *honore carentia, a diis* (eorumque sedibus cœlestibus) *separata, sole carentia, vivis et mortuis aspera.* Λάμπᾳ ejiciendum et ἀνήλια legendum esse jam Heathius intellexit.

387. sqq. τίς οὖν—κνέφας. *Quis igitur mortalium hæc non revereatur et metuat, audiens præpotens illud munus a Parcis definitum ac deorum voluntate nobis concessum. Manet enim nobis antiquum illud decus, nec propterea honore omni careo, quamvis assignatam mihi sub terra sedem et sole carentes tenebras incolam.*

Δοθέντα τέλεον; ἔπι δέ μοι
Γέρας παλαιὸν, οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ,
Καίπερ ὑπὸ χθόνα
Τάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφας.

391. ἔπι] ἐστὶ Turn. 394. τάξιν] Non male hanc lectionem sollicitat Heathius; conjiciendo λάξιν dor. pro λῆξιν *portionem, sedes assignatas.*

392. οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ. Hæc repugnare videntur superioribus, ubi λάχη sua ἄτιμα et ἀτίετα nominabant. Sed duplex erat conditio Furiarum. Altera, quod exclusæ essent a deorum consortio, et quod apud illos honoratæ non essent, cf. v. 186. 223; altera, quod hominibus venerandæ essent, ab iisque non sine metu et horrore colerentur. Fortasse tamen Antistrophe opponitur iis quæ ab alia Chori parte in Strophe dicta erant, ita ut cum altera λάχη sua ἄτιμα esse affirmasset, id deinde altera negaret.

394. τάξιν defendi quidem posset; multo tamen aptius est, quod Heathio in mentem venit, λάξιν, i. q. λάχος.

Ceterum totum hoc carmen eleganter versibus germanicis expressit Vir græcarum literarum peritissimus *W. ab Humbold* (*Berlinische Monatschrift* 1793. mens. Aug. p. 156.) quos hic subjiciemus, addita locorum, ubi ab eo discedimus, significatione.

Auf nun, und schlinget den Reigen!
Lasset ertönen
Den grausen Gesang!
Singt, wie den Sterblichen
Unsre Schaar des Schicksals Loose vertheilt;
(Rectius:
Wie unter den Sterblichen
Unsre Schaar ihr Amt verwaltet.)
Wie sie, strenges Recht zu üben, sich freut!
Denn wer in schuldloser Reinheit
Seine Hände bewahret,
Den besucht nie unser Zorn,
Fern von Unglück durchwallt er das Leben.
Aber, wer, wie dieser, frevelnd
Hände des Mordes birgt,
Dem gesellen wir uns rächend bey,
Zeugen wahrhaft den Erschlagnen gegen ihn,
Fordern von ihm das vergossene Blut.

Strophe 1.

Mutter, die Du uns gebahrest,
Nacht den Schauenden und Blinden,
(Verius:
Mutter Nacht, die uns gebohren,
Todt' und Lebende zu strafen.)
Mutter, höre die Erinnyen!
Unsre Ehre schmälert Lato's Sohn;
Reisst aus unsrer Hand den Flüchtling,
Den des Muttermordes Frevel
Unserm Rächerarm geeignet!
Ueber dem geweihten Opfer
Sey dis unser Lied! Sinneraubend,
Herzzerrüttend, wahnsinnhauchend,
Schallt der Hymnos der Erinnyen,
Seelenfesselnd, sonder Leyer
Und des Hörers Mark verzehrend.

Antist. 1.

Denn des Schicksals Richterausspruch
Gab zum sichern Eigenthume
Dieses Loos uns. Wessen Frevlerarm
Mordend unschuldvolles Blut verspritzt,

ΑΘΗΝΗ. ΧΟΡΟΣ. ΟΡΕΣΤΗΣ.

'Αϑ. ΠΡΟΣΩΘΕΝ ἐξήκουσα κληδόνος βοὴν,

(Imo potius: *der Verwandten Blut.*)
Dem zu folgen, bis er zu den
Schatten walle. Aber sterbend
Wird er nicht der Banden ledig.
Ueber dem geweihten Opfer
Sey dis unser Lied! Sinneraubend,
Herzzerrüttend, Wahnsinnhauchend,
Schallt der Hymnos der Erinnyen;
Seelenfesselnd, sonder Leyer
Und des Hörers Mark verzehrend.

Strophe 2.

Seit die Mutter uns gebohren,
Ward dies Loos uns zugetheilet.
Aber den Unsterblichen
Darf sich unsre Hand nicht nahn;
Kein Genosse theilt mit uns das Mahl.
Weisser Schleyer reinen Schimmer
Müssen ewig wir entbehren.
Denn wir lieben der Geschlechte Sturz,
Wo ein Zwist im Schooss des Friedens
Freunde mordet, da verfolgen
Wir den allgewaltgen Frevler,
Und vertilgen ihn vergeltend
Ob dem frisch vergossnen Blute.

Antist. 2.

Sorgsam eilen wir, Kronion
Dieser Bürde zu entladen,
Dass durch unsre Wachsamkeit
Fern der Chor der Seligen
Von des Strafgerichtes Schwelle sey.
Secundum emendationem nostram:
Von der Götter Richterstuhl
Die Verbrecher abzuziehn,
Dass sie dort nicht kommen ins Gericht.)
Denn es würdigt seines Anblicks
Zevs nicht dieses blutbespritzte,
Dieses hassenswürdige Gezücht.
Schwingt sich hoch auch in des Æthers
Glanz der Stolz der Menschen; sonder
Ehre schmilzt er bey den Schatten
Hin non unserm schwarzen Zuge
Unsers Fusses blutgem Tanze.

Epodos.

Plötzlich aus der Höhe stürzend
(Hosce versiculos ita vertere malim:
Plötzlich aus der Ferne springen
Wir dem flüchtgen Bösewichte
In den Weg, und stellen ihm
Unsern starken Fuss entgegen,
Um zum Fallen ihn zu bringen.
Er stürzt, und merkt es nicht, in seines Wahnsinns Blindheit;
Mit solcher Finsterniss umhüllt sein Frevel ihn,
Und laute Seufzer klagen itzt
Die dichte Dunkelheit, die seine Augen deckt.)

Hemmen wir des flüchtgen
Bösewichts unsichern Schritt.
Unter seiner Unthat Bürde
Wankt im irren Lauf sein Fuss,
Und er sinkt, und sieht es
In des Wahnsinns Irrthum nicht.
So umhüllt mit Blindheit ihn der Frevel,
Da des Unglücks tiefes Dunkel seinem
Hause das Gerücht entgegenstöhnt.

Strophe 3.

Denn er weilt dort. Aber, immer
(Mit leichtgewandter Rachsucht immer)
Rüstig, nimmer fehlend, jedes
Frevels ewig rächend eingedenk;
Schwer den Sterblichen versöhnbar,

Ἀπὸ Σκαμάνδρου γῆν καταφθατουμένη,
Ἣν δῆτ' Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι,

395. γῆν καταφθατουμένη] optime sic emendavit Stanl. Edd. τὴν καταφθατουμένην. Pauwius mavult γῆν καταφθατουμένην, vel γῆν κατὰ φθατουμένην. In schedis Casaubonianis notatum erat, alicubi legi τήνδ' ἑκὰς φθατουμένην.

Folgen wir mit sonnenscheuer Fackel
Fern vom Sitz der Seligen getrennt,
Unsers Schicksals grausem Loos' auf Pfaden, Schauenden und Blinden gleich unwegsam.

Antist. 3.

Wen der Sterblichen ergreift nicht
Zittern? wen nicht banges Grausen?
Hört er unsre Rechte, vom Geschick
Und den Göttern unverbrüchlich
Uns verliehen? Alt und hehr ist unsre
Würde, und Verehrung fehlt uns nie;
Ist gleich in der Erde Schoosse
Unsre Wohnung, und im sonnefernen Dunkel.

Ceterum quæ hucusque Strophen et Antistrophen secundam et tertiam constituere ferebantur, h. e. v. 343—378. non sunt Antistrophica sed Monostrophica. Heathius vero totum Chori canticum sic reformandum censebat.

Str. 1.

Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ
Νὺξ, ἀλαοῖσιν καὶ δεδορκόσι
Ποινὰν κλῦθ'· ὁ Λατοῦς γάρ ἶ-
νις μ' ἄτιμον τίθησι
Τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα
(Versus glyconius.)
Ματρῴου ἄγνισμα κύριον φόνου.
(Ματρῴου Heathius auctore Pauwio recepit. Vertus est asynartetus ex penthemim. et dimetro brachycatal. iambicis.)
Ἐπὶ δὲ τῷ etc.

Antist. 1.

Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν
Θανάτων τῷ γ' ἂν αὐτουργίαι
(Sic Heathius rescribendum putat ad evitandam durissimam a numero plurali ad singularem transitionem, quæ tamen alibi quoque frequenter occurrit.)
Ξυμπέσωσιν μάταιοι
Τάσδ' ὁμαρτεῖν, ὄφρ' ἂν γᾶν ὑ-
(Nempe *hasce Furias*. At vulgata concinnior.)
πέλθῃ· θανὼν δ' οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.
Ἐπὶ δὲ τῷ etc.

Str. 2.

Γιγνομέναισι λάχη
Τάδ' ἐφ' ἁμῖν ἐκράνθη·
Ἀθανάτων δ' ἀπέχειν
Χέρας, οὐδέ τις ἐστὶ
Ξυνδαίτωρ μετάκοινος.
Ἔτι δὲ παλλευκων πέπλων
(Versus Euripideus.)
Ἄμμορος ἄκληρος ἐτύχθην
(Parœmiacus.)
Δωμάτων γὰρ εἱλόμαν
(Euripideus.)
Ἀνατροπὰς, ὅταν Ἄρης
(Hunc versiculum cum tribus sequentibus Heathius effecit pæonicum, ex duobus pæonibus quartis; ultimum vero Μαυροίμαν — antispasticum κατ' ἀντιπάθειαν, dim. hyperacatal. ex epitr. quarto, ditrochæo et syllaba. Sed omnibus hisce correctionibus facile caremus. Sic autem vertit Heathius: *Quando Marti aliquis morem gerens amicum interficit, instanter persequens eum, strenuus sit licet, æque propter sanguinem recentem pessundarem.)*

Τῶν αἰχμαλώτων χρημάτων λάχος μέγα,

Πιθανὸς ὢν φίλον ἕλῃ.
Ἐπιτόνως διόμενα
Κρατερὸν ὄντ' ἂν ὁμοίως
Μαυροῖμαν ὑφ' αἵματος νέου.

Antist. 2.

Σπευδόμενοι δ' ἀφελεῖν
Δία τάσδε μερίμνας
Θεοί γ' ἀτέλειαν ἐμαῖ-
σι λιταῖς ἐπέκραινον
Μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν.
Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς
Ἀξιόμισον ἔθνος τόδε λέ-
σχας ἀπηξιώσατο.

(Antistrophen 2. sic a se refictam hoc modo explicat Heathius: *Dii vero Jovem hisce curis levare studentes immunitatem ab omni alia jurisdictione meis precibus concesserunt, et ut rationem reddere factorum haud cogerer.*)

Μάλα γὰρ οὖν ἁλλόμενα

(Istam quinque versuum transpositionem, ab Heathio tentatam, ut metrum scilicet antistrophicum efficeret, minime ferendam judicamus. Nam vel sic Heathius ægre efficit, quod vult, nec sine multis genuinæ lectionis depravationibus; et lucidus imaginum poëticarum ordo prorsus obscuratur.)

Ἄγκαθεν βαρυπεσῆ
Καταφέρω ποδὸς ἀκμὰν,
Σφαλερὰ καὶ τανυδρόμοις
Κῶλ' οὖν θεῖσα δύσφορόν τ' ἄταν.

Str. 3.

Δόξαι δ' ἀνδρῶν καὶ μάλ' ὑπ' αἰ-
θέρι
Σεμναὶ τακόμε-
ναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι
Ἡμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν
Ὀρχησμοῖς τ' ἐπιφθόνοις ποδός.

Antist. 3.

Πίπτων δ' οὐκ οἶδε τόδ' ὑπ' ἄφρονι
Λύμᾳ· τοῖον ἐ-
πὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται,
Καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος
Αὐδᾶται πολύστονος φάτις.

Str. 4.

Μόναι γὰρ εὐμήχανοί
(Hac scriptura Æschyli sententiæ vis ac robur detrahitur.)
Τε καὶ τέλειοι, κακῶν
Τε μνήμονες σεμναὶ
Καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς,
Ἄτιμ' ἀτίετα διέπομεν
Λάχη, θεῶν διχοστατοῦντ', ἀνήλια,
Δυσοδοπαίπαλα
Δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.

Antist. 4.

Τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεταί
Τε καὶ δέδοικε βροτῶν,
Ἐμοῦ κλύων θεσμὸν
Τὸν μοιρόκραντον ἐκ θεῶν
Δοθέντα τέλεον; ἔπι δέ μοι
Γέρας παλαιὸν, οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ
Καίπερ ὑπὸ χθόνα
Λάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφας.

Hactenus igitur Heathii rationem exposuimus.

IN SCENAM VII.

v. 394.—sqq.

395. γῆν καταφθατουμένη. "Sic legendum arbitror. *A Scamandro, terram occupans quam* etc. Hesychius h. l. ut videtur respiciens; Καταφατουμένη (l. καταφθατουμένη) κατακτωμένη. Sigeum intelligit, ubi templum fuisse Minervæ Herodotus refert, lib. v. cap. . . . αὐτὸς μὲν (Alcæus) φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δὲ οἱ ὅπλα ἴσχουσιν Ἀθηναῖοι καί σφε ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον ἐν Σιγείῳ. Et Alcæus apud Strabonem lib. xiii. κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ Ἀλκαῖος, ὡς σῶος ἄροι ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλεκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Eandem cum Herodoto historiam invenit. Unde τὸ Γλαυκωπὸν ἱερὸν esse Ἀθηνᾶς γλαυκώπιδος templum in Sigeo constat. Hinc ansam captat Æschylus, quo excitet Athenienses ad recuperandum Sigeum in Mitylenæorum manus nuper delapsum—" *Stanl.* Wakefieldus hoc modo locum constituit:

Ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοὶ,
Ἐξαίρετον δώρημα Θησέως τόκοις·
Ἔνθεν διώκουσ᾽ ἦλθον ἄτρυτον πόδα,
Πτερῶν ἄτερ ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος,
Πώλοις ἀκμαίοις τόνδ᾽ ἐπιζεύξασ᾽ ὄχον.
Καινὴν δ᾽ ὁρῶσα τήνδ᾽ ὁμιλίαν χθονὸς,
Ταρβῶ μὲν οὐδὲν, θαῦμα δ᾽ ὄμμασιν πάρα.
Τίνες ποτ᾽ ἐστέ; πᾶσι δ᾽ ἐς κοινὸν λέγω·
Βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ᾽ ἐφημένῳ ξένῳ,
Ὑμᾶς θ᾽ ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,

401. ῥοιβδοῦσα] ῥοιδοῦσα Ald. 402. τόνδ᾽ ἐπιζεύξασ᾽ ὄχον] Ineptissime Pauwius hariolatur οὐκ ἐπιζεύξασ᾽ ὄχον. 403. καινὴν] e Canteri emendatione. Edd. καὶ νῦν consensu.

ἀπὸ Σκαμάνδρου τὴν καταφθατουμένην,
ἢ δῆτ᾽ etc.

a longinquo, a Scamandro scilicet, audivi vocem, quæ usque ad eum locum pervenit, ubi nimirum etc.

400. sqq. ἔνθεν—ὄχον. "Nihil defatigatam celeriter se adesse ait, ægidis opera non velis usam in trajiciendo mari, eoque trajecto curru vectam robustis generosisque equis juncto." Hactenus Abreschius, cui assentior, sed ita, ut curru Minervam etiam mare trajecisse, ex poëtæ mente, putem. Nempe currus per aërem ferebatur, adjuvantibus ventis. Sic etiam Jo. Henr. *Vossius* accepit in libro bonæ frugis plenissimo *Mythologische Briefe* tom. i. p. 166. ἄτρυτον πόδα sic ut *pedes haud defatigaverim.* Vossius vertit: *ungesäumtes Fusses.* Minime vero audiendus Wakefieldus, qui κώλοις ἀκμαίοις reponendum hariolatur, hoc sensu: *corpori* robusto currum hunc clypeum scilicet aptans et adjungens.

403. καινὴν—πάρα. *Novos autem hic hospites hic loci congregatos videns, non equidem timeo, sed miratio tamen oculos subit.*

"Καινὴ ὁμιλία est ὁμιλία παράδοξος, ξένη ut hinc θαυμαστὴ, *inusitata et invisitata prius.* Sic τὸ καινότατον, *quod maxime mireris*, apud Lucianum aliquoties; et Æl. de Anim. l. 17. c. 18. καὶ τοῦτο δήπου τὸ καινότατον etc. Καινοῦντι τῷ λόγῳ apud Herod. ii. c. 100. est *spargere sermones et rumorem de re mirifica et inusitata.*" Abresch.

406. ἐφημένῳ ξένῳ. "Nescio an satis perspicuo et evidenti argumento hinc evincatur, Palladium Atheniense fuisse statuam sedentem, non rectam. Eo tamen utitur Strabo l. xiii. contra Ilienses, affirmans Palladis statuam ab eis tunc temporis cultam, quæ recta fuit, eandem esse non potuisse cum prisca Homerica, de qua sic Homerus:

Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν—

Et refert idem plurimas Minervæ statuas antiquas sedentes fuisse: πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ καὶ ἄλλοις πλείοσιν. Verum Noster ἐφέζεσθαι pro nudo amplexu, ut videtur, paulo post sumit v. 443.

Πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας." *Stanl.*

407. ὑμᾶς. Enallage casus apud Æschylum haud infrequens; quare

Οὔτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμένας,
Οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασι.
Λέγειν δ' ἄμορφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς
Πρόσω δικαίων, ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις.
Χο. Πεύσῃ τὰ πάντα συντόμως, Διὸς κόρη.
Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα.
Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὕπαι κεκλήμεθα.
Ἀθ. Γένος μὲν οἶδα, κληδόνας τ' ἐπωνύμους.
Χο. Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσῃ τάχα.
Ἀθ. Μάθοιμ' ἂν, εἰ λέγοι τις ἐμφανῆ λόγον.

408. ὁρωμένας] ὁρωμέναις Edd Stanleius autem recte accusativum reponi jussit. Pauwius malebat : Ὑμῖν δ' ὁμοίαις—ὁρωμέναις—ἐμφέρεσι. Heathius : ὑμεῖς δ' ὅμοιαί γ' οὐδενί—οὐ μὲν θεαῖσι—ὁρωμέναις, οὔτ' οὖν β. ἐμφερεῖς μορφώμασι. 410. λέγειν δ'] Abest δὲ Ald. Turn. ἄμορφον] ἄμομφον Rob. τοὺς πέλας] Heathius legendum censet τὸν πέλας. 411. ἠδ'] ἦδ' Turn. 413. αἰανῆς] Sic Turn. Reliquæ edd. αἰανῆ, nisi quod in Ald. mendose αἰεινῆ. 414. Ἀραὶ] ἀρὰ Turn. Vict. ὕπαι κεκλήμεθα] ὑπαικεκλήμεθα Ald. ὑπεκεκλήμεθα Rob. ὕλαι κεκλήμεθα Turn. 415. κληδόνας] κλυδόνας Ald. 416. τὰς] Laboranti metro Arnaldus ita succurrebat, ut reponendum censeret τάσδ'. Abreschius tamen præferebat τάς τ'. Neutrum satis placet. 417. ἐμφανῆ] ἐκφανῆ Turn.

lectionem haud censeo immutandam, præsertim cum æque recte, ut Abreschius quoque monuit, dicatur λέγω σοὶ atque λέγω σὲ in compellando et alloquendo.

οὐδενὶ σπαρτῶν γένει. Non est ut Stanl. vertit : *nulli mortalium generi*, sed potius : *nulli eorum qui gignuntur generi*, seu deorum, seu hominum *similes*. Prorsus alienum ab hoc loco est, quod Massieuvio in mentem venerat, *Memoires de litterature* tom. viii. p. 546. qui σπαρτῶν γένος *Thebanos* significare putabat.

408. ὁρωμένας. Lepidum est Wakefieldi commentum ἀρουμέναις ab ἀροῦν *arare*.

410. λέγειν. Significat Minerva, se nolle Furiis deformitatem exprobrare. Abreschius lectionem Ald. Turn. ἦδ' pro ἠδὲ, vel ἦδ' pro ἦδε præfert : ita ut πρόσω δικαίων ἦδε θέμις ἀποστατεῖ, significet ; *valde hoc abhorreret a justitia mea.* Sed præstat post πρόσω δικαίων subintelligere ἐστὶ, ita ut ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις eundem sensum alia phrasi declaret.

413. Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα. "Ut de illis Euripides Orest. 408.

ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας.

Anecd. Gr. Villoisoni i. p. 151. κατὰ δὲ Αἰσχύλον μόνον Ἐριννύες Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα." *Wakefield.*

414. Ἀραί. "Aliter Servius in Virgilii Æn. l. iv. v. 473. *Nam Diræ in cælo, ut,*

dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ,
Furiæ in terris, Eumenides apud inferos." Stanl.

416. γε μέν. Wakefieldus mavult γε μήν.

Χο. Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.
ʼΑθ. Καὶ τῷ κτανόντι ποῦ τὸ τέρμα τῆς φυγῆς;
Χο. Ὅπου τὸ χαίρειν μηδαμοῦ νομίζεται.
ʼΑθ. Ἦ καὶ τοιαύτας τῷδʼ ἐπιῤῥοιζεῖς φυγάς;
Χο. Φονεὺς γὰρ εἶναι μητρὸς ἠξιώσατο.
ʼΑθ. Ἄλλης ἀνάγκης οὔ τινος τρέων κότον;
Χο. Ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;
ʼΑθ. Δυοῖν παρόντοιν, ἥμισυς λόγος πάρα.
Χο. Ἀλλʼ ὅρκον ἂν δεξαίμεθʼ, εἰ δοῦναι θέλοι.
ʼΑθ. Κλύειν δικαίως μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις.
Χο. Πῶς δή; δίδαξον· τῶν σοφῶν γὰρ οὐ πένῃ.
ʼΑθ. Ὅρκοις τὰ μὴ δίκαια μὴ νικᾶν λέγω.
Χο. Ἀλλʼ ἐξέλεγχε, κρῖνε δʼ εὐθεῖαν δίκην.
ʼΑθ. Ἦ κἀπʼ ἐμοὶ τρέποιτʼ ἂν αἰτίας τέλος;

419. ποῦ τὸ—φυγῆς] τοῦτο τέρμα τῆς σφαγῆς Edd. Nos verissimam Stanleii et Arnaldi emendationem secuti sumus: quorum ille φυγῆς, hic ποῦ τὸ rescribendum esse vidit. 421. ἐπιῤῥοιζεῖς] Sic e conjectura Stanleii rescripsimus. Vulg. ἐπιῤῥοιζεῖ. 425. λόγος] λόγου Ald. Turn. 426. ὅρκον—θέλοι] Edd. omnes ὅρκον οὐ δέξαιτʼ ἄν, οὐ δοῦναι θέλει. Sed quod rescripsimus et Schol. legisse videtur, et sensus aperte postulat. 427. δικαίως] δικαίους Ald. δίκαιʼ ὡς conj. Abresch. 431. κἀπʼ] κʼ ἐπʼ Turn. τρέποιτʼ] τρέποι τʼ Ald. Rob.

419. τέρμα τῆς φυγῆς. "Sic τέρμα πλάνης Prometh. v. 623. μόχθων 754. et ἄθλου τέρμα v. 427." *Abresch.*

420. ὅπου—μηδαμοῦ νομίζεται. Descriptio sedis inferorum.

421. ἐπιῤῥοιζεῖς φυγάς; "Sententia est: *Ergone huic* (Oresti) *ejusdem generis exilium destinas?*" Abresch.

423. ἄλλης. *Num vero matrem suapte sponte occidit, an vero alius necessitatis iram timens*, h. e. an potius necessitate compulsus, quod eum cædis auctorem haberet, cujus ira, nisi perpetrasset, ei verenda esset.

425. δυοῖν παρόντοιν. Hic Minerva filum colloquii abrumpit: *Enimvero cum duæ partes sint, dimidium quidem sermonem hactenus audivimus, jam vero et altera pars audienda est.*

426. ἀλλʼ ὅρκον. "Observat ritus curiæ Areopagiticæ, tenebatur enim reus jurare se cædis auctorem non fuisse. Lysias Orat. in Theomnestum: ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινε." *Stanl.*

Sed h. l. si vulgatam lectionem sequamur, haud facile intelligitur, quomodo Furiæ dicant Orestem juramentum nec accepturum, nec ad ipsas relaturum. Ex v. 426. et 429. potius colligitur Minervam eos ob facilitatem jurisjurandi in se recipiendi redarguere.

Χο. Πῶς δ' οὔ; σέβουσαί γ' ἀξίαν σ' ἐπαξίων.
'Αθ. Τί πρὸς τάδ' εἰπεῖν, ὦ ξέν', ἐν μέρει θέλεις;
Λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς
Τὰς σὰς, ἔπειτα τόνδ' ἀμυνάθου ψόγον·
Εἴπερ πεποιθὼς τῇ δίκῃ βρέτας τόδε
Ἧσαι φυλάσσων ἑστίας ἀμῆς πέλας,
Σεμνὸς προσίκτωρ, ἐν τρόποις Ἰξίονος·
Τούτοις ἀμείβου πᾶσιν εὐμαθές τι μοί.
'Ορ. Ἄνασσ' Ἀθάνα, πρῶτον ἐκ τῶν ὑστάτων
Τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα.
Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
Πρὸς χειρὶ τῇ 'μῇ τὸ σὸν ἐφεζομένῃ βρέτας.
Τεκμήριον δὲ τῶνδέ σοι λέξω μέγα·
Ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
Ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου

432. ἀξίαν σ' ἐπαξίων] ἀξίαν τ' ἐπαξίων Edd. consensu, nisi quod Turn. habet ἐπ' ἀξίων. ἀπ' ἀξίων placuit Stanleio. Pauwius conj. σέβουσαί σ' ἀξίων γ' ἐπαξίων. Heathius σέβ νσαί γ', ἀξίαι τ' ἐπαξίων, hoc sensu: *Te quidem cum veneremur, et dignæ simus quibus condigna retribuantur.* Verum hæc aliena sunt a Chori sententia. 443. τὸ σὸν] τέσον Ald. 446. ἔς' ἂν] ἐπ' ὃν Ald.

432. ἐπαξίων. "Tentandum non erat ἐπαξίων nostro aliquoties usurpatum, ut Prom. v. 705. c. Theb. 872. etc." *Abresch.* ἀξίαν ἐπαξίων appellant Minervam; quæ digna sit, ad quam judicii honos ac munus deferatur. Wakefieldus tamen auctore Stanleio recepit ἀξίαν σ' ἀπ' ἀξίων. Sic etiam Scholiastes legisse videtur, qui exposuit ἀξίαν οὖσαν γονέων.

435. τόνδ' ἀμυνάθου ψόγον. Nihil opus est cum Abreschio corrigere τῶν δ' ἀμυνάθου ψόγον.

437. ἑςίας ἀμῆς πέλας. *Prope ad aram meam.* Sic recte Stanleius.

438. ἐν τρόποις 'Ιξίονος. "De expiatione Ixionis supplicis a Jove facta lege Schol. Pind. in Pyth. Od. 2." *Stanl.*

439. τούτοις. "I. e. πρὸς ταῦτα." *Abresch.*

441. μέγα. "Male interpres: *ex postremis tuis verbis argumentum capiam magnum.* Verba hoc dicunt: *magna te cura, quæ quantum ex postremis verbis tuis colligo, te habet sollicitam, liberabo;* quod ipsum aliis verbis enuntiat v. 450." *Abresch.*

442. οὐδ' ἔχει μύσος. *Non adhæret pollutio ex cæde manibus meis.*

443. τὸ σὸν ἐφεζομένῃ βρέτας. *Tuam statuam amplectenti.* cf. v. 406.

445. ἄφθογγον. "Euripides Iphigenia in Tauris de Oreste:

Σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ' ὅπως
Δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτοῦ δίχα." *Stanl.*

Σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθηλοῦς βοτοῦ.
Πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
Οἴκοισι, καὶ βοτοῖσι, καὶ ῥυτοῖς πόροις.
Ταύτην μὲν οὕτω φροντίδ' ἐκποδὼν λέγω.
Γένος δὲ τοὐμὸν ὡς ἔχει, πεύσῃ τάχα.
'Αργεῖός εἰμι, πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς,
'Αγαμέμνον' ἀνδρῶν ναυατῶν ἁρμόστορα·
Ξὺν ᾧ σὺ Τροίαν ἄπολιν 'Ιλίου πόλιν
Ἔθηκας. Οὗτος ἔφθιτ' οὐ καλῶς, μολὼν
'Ες οἶκον· ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
Μήτηρ κατέκτα, ποικίλοις ἀγρεύμασι
Κρύψασα, λουτρῶν δ' ἐξεμαρτύρει φόνον.
Κἀγὼ κατελθὼν, τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον,

447. καθαιμάξωσι] καθαιμάξουσι Ald. καθαιμάζουσι Rob. νεοθηλοῦς] Sic scribendum esse, bene monuit Abresch. νοθήλου Ald. ὀθήλου Rob. νεοθήλου cett. edd. 453. ναυατῶν] ναυβατῶν Rob. 455. οὗτος ἔφθιτ'] ἔφθιθ' οὕτως Ald. 458. κρύψασα,] abest comma Turn. λουτρῶν] Steph. alicubi legi testatur λουτρὼν, idque præfert Stanl. Nos vulgatam tuemur, sed ita ut copulandi particulam δὲ ante ἐξεμαρτύρει abesse posse negemus, quæ in edd. omittitur.

447. νεοθηλοῦς βοτοῦ. "Porci. cf. supra v. 278." *Stanl.* Structura est: ἕς' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου σφαγαὶ νεοθηλοῦς βοτοῦ καθαιμάξωσι· ἀνὴρ αἵματος καθάρσιος est qui aliquem *sanguinis piaculo liberat.* Sic Apollo dicitur φόνου καθάρσιος v. 575.

449. καὶ ῥυτοῖς πόροις. "Oresti in expiatione Hippocrenes aquam adhibitam fuisse, refert Pausanias in Corinthiacis: καθῆραι δέ φασιν 'Ορέςην καθαρσίοις τε καὶ ἄλλοις καὶ ὕδατι, ἀπὸ τῆς ἵππου κρήνης. Abluto interfectore sordes ac maculas, quæ καθάρσια s. ἀποκαθάρματα dicta ex domo foras projicere, atque in secreto aliquo loco occultare solebant. Neque prætereundum est, quod tradit Pausanias l. c. nempe laurum illic enatam, ubi Orestis καθάρσια abdebantur: κατορυχθέντων δὲ ὀλίγον ἀπὸ τῆς σκηνῆς τῶν καθαρσίων φασὶν ἀπ' αὐτῶν ἀναφῦναι δάφνην, ἣ δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἐςιν ἡ πρὸ τῆς σκηνῆς ταύτης." *Stanl.*

450. ἐκποδὼν λέγω. Recte Abreschius: *Proin tu istam curam missam fac.* Post ἐκποδὼν scil. supplendum εἶναι, vel ἔχειν. Wakefieldus tamen vel ἐκ ποδῶν ἐλῶ, vel ἐκ ποδῶν ἔχω legendum censebat.

453. ναυατῶν. Legendum sine dubio ναυβατῶν.

457. ποικίλοις ἀγρεύμασι. I. e. *doloso artificio textis,* ut infra v. 632. δαιδάλῳ πέπλῳ.

458. λουτρῶν—φόνον. *Et ipsa professione sua declaravit cædem balnei ope perpetratam.* Hæc respiciunt impudentem Clytæmnestræ orationem, qua se dolosis artibus maritum occidisse ultro fatebatur. Agam. v. 1391. sqq.

Ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν, οὐκ ἀρνήσομαι,
Ἀντικτόνοις ποίναισι φιλτάτου πατρός.
Καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος,
Ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ,
Εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους.
Σὺ δ', εἰ δικαίως, εἴτε μὴ, κρῖνον δίκην·
Πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω.
ʼΑθ. Τὸ πρᾶγμα μεῖζον, εἴ τις οἴεται τόδε
Βροτὸς δικάζειν· οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
Φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας.
Ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ἐμοῖς

465. Σὺ δ'] Sic recte emendavit Casaub. In edd. est σύ τ'. κρῖνον] κρίνων Ald. 466. πανταχῇ] Nihil opus est Abreschii conjectura πάντ' ἅ γ' ἂν ᾖ. Melius, si quid mutandum sit, Heathii commentum: πράξας γὰρ ἐν σοὶ πάντα καὶ τάδ' αἰνέσω. 467. εἴ τις οἴεται] Stanl. conj. ἤ τις οἴηται. 469. φόνου] Sic Rob. Ceteræ edd. φόνους. 470. ἐμοῖς] Edd. ὅμως, quod cum h. l. aptum non sit, Pauwius vel ἐμοὶ, vel ἐμοῖς reponendum censuit. Posterius, quod multo concinnius est, recepimus. Heathius ita scribendum existimat: ἄλλως τέ κ' εἰ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅπως etc.

463. ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ. *Dolores prædicens cordi meo instar stimuli pungentes*—" *Stanl.*

466. πράξας γὰρ ἐν σοί. I. q. πράξας γὰρ τὴν δίκην ἐν σοὶ, πανταχῇ τάδ' αἰνέσω ἃ σὺ κρίνεις.

467. εἴ τις οἴεται τόδε βροτὸς δικάζειν. Minime admittendum, quod Abreschius opinatur, βροτός τις pro simplici τις h. l. dictum esse. Imo vero dicit Minervæ: *Lis hæc nimis gravis et difficilis, si quis velit eam homo* s. *mortalis judicare; vicissim autem mihi*, quæ ultra mortalem, utpote dea, sapio, haud licet *de cædibus cognoscere.*

470. sqq. ἄλλως τε. Obscuratur verborum sensus et sententiarum consecutio versione Stanleiana: " *Nihilo minus ei tu instructus supplex venisti purus innoxius ad ædes meas, simulque inculpatum te existentem recipio in urbe. Hæ vero habentes portionem infelicem nec consecutæ victoriam retro cedant; venenum ex animis terra cadens haud ferendus æternus est morbus.*" Minerva negaverat se in cædis actione judicem esse posse: *idque cum ob alias causas,* inquit, *tum præsertim, quod tu supplex bene paratus, purus* a piaculo *et sine noxa ad ædes meas accessisti*, ut studiose magis quam juste agere viderer, si te meo judicio absolvere vellem. *Nihilo secius tamen te*, judicii a me constituti calculo *si insons apparueris, urbe mea te recipiam. Has vero*, Eumenides, *ingrato munere fungentes, nisi in hac causa vicerint, terra nostra exeant; venenum enim ex eorum præcordiis stillans, in terram cum ceciderit, intolerabilem ciere pestem solet.* Heathius ita scribendum existimabat:

Ἄλλως τε, κ' εἰ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅπως
Ἱκέτης προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις
Ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.

Ἱκέτης προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις.
Ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.
Αὗται δ' ἔχουσαι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον,
Καὶ μὴ τυχοῦσαι πράγματος νικηφόρου,
Χωροῖεν αὖθις· ἰὸς ἐκ φρονημάτων
Πέδῳ πεσὼν ἄφερτος αἰανὴς νόσος.
Τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐστίν· ἀμφότερα μένειν,
Πέμπειν δὲ δυσπήμαντ' ἀμηχάνως ἐμοί.
Ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
Φόνων δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους
Θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.
Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια

472. ὅμως δ'] Stanl. conj. ὁμῶς τ'. 474. πράγματος νικηφόρου] Male Pauwins πράγματος, νικήφοροι. 478. δυσπήμαντ'] δυσσήματ' Ald. Turn. δυσπήματ' Vict. etc. Jacobus conjecerat πέπτειν δὲ δύσπεπτ' quod Stanl. in versione expressit, in notis autem δυσπήμαντ' vel δυσπήματα tenendum censuit. Scaliger δυσπήμαντ', Casaubonus autem δυσποίμαντ' reponendum arbitratus est. Pauwius incidit in δίσσα πήματα, Abreschius in δυσπετήματ' ἀμήχαν' ὥστε μοι; vel δυσσεβήματ'. Heathius minime omnium audiendus, qui sic locum tentat: ἀμφότερ' εἰ μένεις, πέμπειν δὲ καὶ δύστηνον ἀμήχανον ἐμοὶ, hoc sensu: *ita hæc in utramque partem se habent, si manes, amandare vero te etiam infelicem plane nequeo.* 480. ὁρκίων] ὁρκίοις conj. Pauw. Casaub. ὁρκίους—αἱρουμένη.

hoc sensu: *et præterea etiam, si tu quidem supplicis ritu adornatus advenisti purus innocuus ædes meas, nihil minus tamen velim, ut nihil habeat urbs mea quod tibi imputet.*

472. ὅμως δ'. Nullo modo ferendum Wakefieldii commentum ὅλως τ'.

477. τοιαῦτα—ἀμηχάνως ἐμοί. Verus verborum sensus hic est: *Et hæc quidem ita se habent, utramque partem* (Furias et Orestem) *manere, utramque autem dimittere sine offensione haud licet.* Nempe si Orestes vicisset, Furiis ira, quod causa cecidissent incensis, locum Athenis concedere non poterat, ob periculum ex veneno earum terræ impendens. Orestem vero expellere, judicio absolutum, iniquissimum fuisset. Eundem autem condemnatum terra recipere haud licebat, quia eum tantum si ἀμόμφος esset, receptum iri dixerat; nec salva justitia aliter statuere poterat. Stanleius, quia pro πέμπειν δυσπήμαντ', Jacobi conjecturam πέπτειν δὲ δύσπεπτ', qua nihil poterat esse infelicius, in versione expressit, hoc modo reddidit: *Hæc quidem utramque partem manent; concoquere ægre maturanda possum.*

480. φόνων—θήσω χρόνον. Casauboni emendationem ὁρκίους αἱρουμένη secutus sic vertendum censeo: *juratas cædium judices legens consilium in sempiternum tempus constituam.*

Καλεῖσθ' ἀρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.
Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
Ἥξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως,
Ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν.

ΧΟΡΟΣ. ΟΡΕΣΤΗΣ.

Χο. ΝΥΝ καταστροφαὶ νέων — στρ. α'.
Θεσμίων, εἰ κρατή-
σει δίκα τε καὶ βλάβα

483. ὁρκώματα] ὀρθώματα conj. Pauw. Si quid mutandum sit, malim ὀχυρώματα. 485. ἥξω] Pauwius corrigendum putat ἥσω. 486. μηδὲν ἔκδικον] μηδέν' ἔκδικον Turn. φρεσὶν] Casaub. et Stanl. conj. φράσαι. Heathius: ὅρκον περῶντας μηδέ τι 'κδικον φρονεῖν. Fortasse verius: ὅρκου δ' ἐρῶντας μηδὲν ἔκδικον φρονεῖν. 489. δίκα τε] τε quod abest in edd. metri causa Heathio auctore inseruimus.

486. φρεσίν. Wakefieldus e conjectura recepit φράσιν.

IN SCENAM VIII.

v. 487. sqq.

487. sqq. Strophen primam cum Antistrophe ita constituendam et emendandam censeo:

Strophe 1.

Νῦν καταστροφαὶ νέων
Θεσμίων, εἰ κρατή-
σει δίκα τε καὶ βλάβα
Τοῦδε μητροκτόνου.
Πάντας ἤδη τόδ' ἔργον εὐ-
χερείᾳ συναρμόσει βροτούς.
Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα
Πάθεα προσμένει τοκεῦ-
σι, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ.

Antist. 1.

Οὔτε γὰρ βροτοσκόπων
Μαινάδων τῶνδ' ἐφέρ-
ψει κότος τις ἐργμάτων·
Πάντ' ἐφήσω μόρον.
Πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν,
Προφωνῶν τὰ τῶν πέλας κακὰ,
Λῆξιν ὑπόδοσίν τε μόχθων
Ἄκεά τ' οὐ βέβαια· τλά-
μων δὲ μάταν παρηγορεῖ.

Nunc profecto novarum legum pravitas in civitatem irrumpet, si pessima hujus matricidæ causa vicerit. Omnes enim homines hoc ejus facinus ad facilitatem simile quid audendi *provocabit; multæque jam eæque certissimæ vulnerum a liberis illatorum perpessiones in posterum parentes manent. Non enim in posterum hæc facinora furiarum homines inspicientium ita persequetur; omnem* potius *cædem inultam abire sinamus. Alius vero alibi mala sibi a propinquis inflicta questus experietur nec cessationem, nec effugium, nec sanationem horum malorum tuto sperari posse; frustra vero infelix* se ipsum (scil. spe in furiarum ultione reposita) *consolabitur.*

487. νῦν καταστροφαὶ νέων. Male Stanleius *nunc eversio novarum legum;* καταστροφαὶ enim vicissitudinem designat novarum rerum, quibus pristinæ leges abolentur.

Τοῦδε μητροκτόνου.
Πάντας ἤδη τόδ' ἔργον
Εὐχερείᾳ συναρμόσει βροτούς.
Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα
Πάθεα προσμένει τοκεῦ-
σι, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ.
Οὔτε γὰρ βροτοσκόπων ἀντιστ. α'.
Μαινάδων τῶνδ' ἐφέρ-
ψει κότος τις ἐργμάτων·
Πάντ' ἐφήσω μόρον.
Πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν,
Προφωνῶν τὰ τῶν πέλας κακὰ,
Λῆξιν ὑπόδοσίν τε μόχθων
Ἄκεά τ' οὐ βέβαια· τλά-
μων δέ τις μάταν παρηγορεῖ.
Μηδέ τις κικλησκέτω στρ. β'.

492. εὐχερείᾳ. Rob. εὐχειρίᾳ. 493. ἔτυμα] Stanl. emend. ἄτιμα. Casaubonus ἑτοῖμα. 495. μετά τ' αὖθις] absurde Pauwius μέτα, pro μέτεστι. Casaub. τῷ μεταῦθις. 496. οὔτε] οὔ τι Casaub. 497. ἐφέρψει] Casaub. ἀφέρξει. 501. προφωνῶν] προφωνεῖν malebat Casaub. 502. λῆξιν ὑπόδοσίν τε] λῆξις ὑπόδοσίς τε Turn. Casaub. em. λῆψιν ἀπόδοσίν τε. 503. ἄκεα τ' οὐ] Vulg. οὐκετ' οὐ. In Rob. ἄκετ' οὐ. In quo mihi videbar veræ lectionis ἄκεα τ' οὐ vestigia reperire.

493. ἔτυμα. Wakefieldus post Casaubonum ἑτοῖμα corrigendum autumat; quod ne admittamus antithetici versus metrum prohibet.

495. μετά τ' αὖθις. Wakefieldus conjicit μάταια τ' αὖθις. Non placet.

502. λῆξιν—βέβαια. Optime si ὑπόδυσιν cum Heathio, et ἄκεά τε nobis auctoribus leges, et metri ratio constabit, et sensus aptissimus plenissimusque funditur. Mala enim vel suapte sponte *cessant* (λῆξις) vel *effugiuntur* (ὑπόδυσις) vel etsi quis iis affectus fuerit, *sanantur* tamen (ἄκεα).

505. sqq. Strophe secunda et quæ ei opponitur Antistrophe sic metri et sententiæ causa conformandæ :

Str. 1.

Μηδέ τις κικλησκέτω
Ξυμφορᾷ τετυμμένος,
Τοῦτ' ἔπος θροούμενος,
Ἰὼ, Δίκα
Ἰὼ, θρόνοι τ' Ἐριννύων.
Ταῦτά τις τάχ' ἂν πατὴρ
Ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς
Οἶκτον οἰκτίσαιτ'· ἐπει-
δὴ πιτνεῖ δόμος Δίκας.

Antist. 2.

Ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ

Ξυμφορᾷ τετυμμένος,
Τοῦτ' ἔπος θροούμενος,
Ἰὼ δίκα,
Ἰὼ, θρόνοι τ' Ἐρινύων.
Ταῦτά τις τάχ' ἂν πατὴρ
Ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς
Οἶκτον οἰκτίσαιτ'· ἐπει-
δὴ πιτνεῖ δόμος δίκας.
Ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ ἀντις. β΄.
Καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
Δειμαίνει καθήμενον.
Ξυμφέρει
Σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.
Τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει

512. *οἰκτίσαιτ'*] *οἰκτίσετ'* Rob. 516. *δειμαίνει*] Legendum sine dubio *δειματοῖ*; non enim *timendi*, sed *terrendi* significatus hic requiritur. Abreschius tentabat *ἐσθ' ὅπου τὸ δεῖνον—δειμανεῖ*; interrogandi signo apposito, sequentibus autem verbis constructione sejunctis. Verum hac ratione nihil durius esset. 516, 517. omissi in Rob.

Καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
Δειματοῖ καθήμενον·
Ξυμφέρει
Σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.
Τίς δὲ μηδὲν ἐν δέει
Καρδίας ἀναστρέφων
Ἔμπολις βροτός θ' ὁμοί-
ως ἔτ' ἂν σέβοι Δίκαν.

Jam nemo nos invocet ejusmodi infortunio oppressis, hisce vocibus usus! Heu Justitiæ dea, improborum vindex! *Heu furiarum throni!* Talia forte *mox pater aut mater recens percussa* (scil. cæde a filiis illata) *miserabiliter vociferentur. Justitiæ enim domus ruinam duxit. Est vero ubi timor animis insidens bene et tanquam rationis et mentis inspector terret* conscientiam. *Saluberrimum est etiam inter angores et suspiria timoris sapere discere. Ecquis vero civis, mortalis cum sit, nihil in metu cordis versans*, h. e. *nihil quicquam timens æque Justitiam colat?*

518. *ὑπὸ στένει.* Vana est conjectura Wakefieldii *ὑπὸ στέγει*, vanior etiam sensus explicatio, quæ quidem adeo frigida est, ut eam huic transcribere pigeat.

519. *ἐν φάει.* Pro eo quod in notis ad V. L. in mentem venerat:

Τίς δὲ μηδενὸς ἐν δέει
Καρδίαν ἀνατρέφων,

nunc malo:

Τίς δὲ μηδὲν ἐν δέει
Καρδίας ἀναστρέφων,

quod proxime ad vulgatam scripturam accedit. Eadem sententia infra simplicius, utpote extra choricum carmen, expressa recurrit v. 696.

Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν.

Καρδίας ἀνατρέφων,
Ἢ πόλις βροτός θ' ὁμοί-
ως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;
Μήτ' ἄναρκτον οὖν βίον στρ. γ'.
Μήτε δεσποτούμενον
Αἰνέσῃς.
Ἅπαντι μέσῳ τὸ κράτος
Θεὸς ὤπασεν, ἄλλ'

520. *καρδίαν*] Sic Ald. Rob. Turn. Recentiores *καρδίας*. Sed quid esset *ἐν φάει καρδίας*? Pauwius quidem interpretatur; *in corde lucido, in corde puro, in quo lux æqui et boni.* At enim sententia postulabat, ut diceretur, cum qui nihil timeat, pium esse non posse. Itaque nulli dubitamus quin corruptum sit *ἐν φάει*, Æschylusque sic scripserit:

Τίς δὲ μηδενὸς ἐν δέει
Καρδίαν ἀνατρέφων.

Heathii emendatio ad sensum quidem eodem redit;

Τίς δὲ μηδενὸς φόβον
Καρδίᾳ γ' ἀνατρέφων,

a scripturæ vero antiquæ vestigiis longius recedit; ne dicam particulam *γε* hic intrusam nimis otiosam esse. 521. *ἢ πόλις*] Heathius *δὴ πόλις*, male. 522. *δίκαν*] *δίκας* Ald. Rob. 523. *μήτ' ἄναρκτον οὖν βίον*] Placuit *οὖν*, quod in edd. abest, Heathii de conjectura inserere, quo sensus pariter ac metrum versiculi ad antitheticum relati sublevatur. 526. *μέσῳ τὸ*] *μὲν ὅτῳ* Turn. 526, 527, 528. sic in ordinem cogit Heathius:

Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν,
Ἀλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει,

ut prior sit dactylicus tetrameter, posterior dactyl. trim.

521. *ἢ πόλις βροτός.* Hæc certissime corrupta sunt. Nam *ἢ* et *τε* particulæ inter se haud ita conjunguntur, ut *τε—τε* vel *ἢ—ἢ*, neque de *πόλει* recte diceretur *καρδίᾳ* aut *ἀνατρέφων*, masculino genere proxime præcedens. Itaque suspicor Æschylum scripsisse *τις —ἔμπολις βροτός θ' ὁμοίως*. *Quis cum in civitate constitutus sit, et mortalis natura, si nihil ei ab injuria timendum sit, justitiam colat.*

523. In metris tertiæ Strophes et Antistrophes rectius collocandis feliciter elaboravit Heathius. *Neque igitur vitam licentiæ plenam, in qua nihil timeas, nec duro imperio circumscriptam, ubi omnia metuas, laudandam censeo. Mediocritati enim deus robur proposuit, cetera autem* (quæ non sunt mediocria) *aliter tractat*, h. e. frangit ac debilitat. *Jure autem illud edico: ex impietate contumelia tanquam verissima progenies nascitur; ex mentis autem sanitate, felicitas omnibus amica et ab omnibus expetenda. Omnino autem hoc tibi præcipio: Aram justitiæ reverere, neque eam lucro inhians impiis calcibus pete. Pœna enim sequetur, et dignus* (hæc facinora) *exitus manet. Quapropter unusquisque parentum sanctitatem revereatur, et hospitum jura ad ædes deversantium pie colat.*

523. *μήτ' ἄναρκτον οὖν βίον—αἰνέσῃς.* cf. v. 693.

Ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει.
Ξύμμετρον δ' ἔπος λέγω,
Δυσσεβείας μὲν ὕβρις
Τέκος ὡς ἐτύμως·
Ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν
Ὁ πᾶσι φίλος καὶ
Πολύευκτος ὄλβος.
Ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω, ἀντισ. γ'.
Βωμὸν αἰδέσαι δίκας·
Μηδέ νιν,
Κέρδος ἰδὼν, ἀθέῳ
Ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς.
Ποινὰ γὰρ ἐπέσται·
Κύριον μένει τέλος.
Πρὸς τάδε τις τοκέων
Σέβας εὖ προτίων,
Καὶ ξενοτίμους
Δωμάτων ἐπιστροφὰς
Αἰδόμενός τις ἔστω.
Ἐκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ στρ. δ'.

528. ἄλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει] ἄλλα ἄλλα διεφορεύει Ald. ἄλλᾳ ἄλλα δ' ἐφορεύει Rob. ἄλλα ἄλλα διεφορεύει Turn. ἄλλα ἄλλα δ' ἐφορεύει Vict. 532, 533, 534. sic ordinat Heathius:

Ἐκ δ' ὑγιείας dactyl. trim.
Φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος periodus catal.
Καὶ πολύευκτος ὄλβος choriamb. dim. catalect.

535. τοι] σοι Rob. 536. αἰδέσαι] αἰδεῖσθαι Turn. 538, 539, 540. Hosce versiculos ita ad strophicos 526—528. accommodat Heathius:

Κέρδος ἰδὼν, ἀθεῷ ποδὶ λὰξ ἀπί-
σῃς· ποινὰ γὰρ ἐπέσται.

544, 545, 546. Heathius ut strophicis 532—534. a se digestis respondeant, ita constituit:

547. sqq. Quartam strophen cum antistrophe, qua sive ad sententiam sive ad elocutionem nihil gravius et magnificentius esse potest, labeculæ quædam insidebant, vel metrum, vel structuram verborum offuscantes. Itaque, ut statim occurrat lectoribus, quid iis crisis nostra profuerit, lectio-

Δίκαιος ὢν, οὐκ ἄνολβος ἔσται·
Πανώλεθρός γ' οὔ ποτ' ἂν γένοιτο.
Τὸν ἀντίτολμον δὲ φαμὶ παραιβάταν

Καὶ ξενοτίμους
ἐπιστροφὰς δωμάτων
Αἰδόμενός τις ἔστω.

545. δωμάτων ἐπιστροφὰς] δώματ' ἀνεπιστροφὰς Ald. 549. πανώλεθρός γ'] Abest particula γε in editis. Pauwius conjecit πανώλεθρος δ'. Sed limitandi vis. h. l. aptior. 550. παραιβάταν] Sic Ald. Vict. Turn. Cant. περαιβάδαν Rob. Sed παραβάταν metrum requirere Heathius putabat.

nes a nobis correctas majoribus literarum ductibus hic expressas dabimus.

Str. 4.

Ἐκ τῶν δ' ἀνάγκας ἄτερ
Δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται·
Πανώλεθρός γ' οὔποτ' ἂν γένοιτο.
Τὸν ἀντίτολμον δὲ φαμὶ παραιβάταν
Τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄ γ ο ν τ' ἄνευ
δ ί κ α ς
Βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν,
Λαῖφος ὅτ' ἂν λάβῃ πόνος
Θραυομένας τ ε κεραίας.

Antist. 4.

Καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐ-
δὲν, ἐν μέσᾳ δ υ σ π α λ ε ῖ τ ε δίνᾳ·
Γελᾷ δ' ὁ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ,
Τὸν ο ὐ κ έ τ' αὐχοῦντ' ἰδὼν ἐ ν ἀμη-
χάνοις
Δ ύ α ς λ ε π ά δ ν ο ι ς, οὐδ' ὑπερθέοντ'
ἄκραν.
Δι' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον
Ἕρματι προσβαλὼν Δίκας
Ὤλετ' ἄκλαυστος ἄϊστος.

Quocirca is, qui libero animi proposito, nec ulla necessitate coactus justitiam colit, haud infelix erit; omnino certe nunquam interibit. Contraria vero molientem impium, hominem, multa temere sine justitia miscentem, suo tempore aio magna cui vi interiturum, cum tempestas vela ejus fractasque antennas invaserit. Tum autem ad surdas aures clamabit, in mediis et invictis fluctibus oppressus. Tum deus audacem hominem videbit, cernens eum, projectis superbiæ vocibus, inextricabilibus calamitatis laqueis irretitum, e quibus expedire se nullo modo possit. Post longum enim tempus pristina felicitate scopulo justitiæ allisa indefletus et ignoratus ab omnibus perit. Germanicis versiculis nobilissimum carmen sic reddiderim:

So wird der Mann, der ungezwungen
Gerechtigkeit übt, nicht unglücklich seyn.
Ganz kann er mindstens nie verderben,
Indess der frevelnde Verbrecher
Im Strom der Zeit gewaltsam untersinkt,
Wenn das Segel ihm fasst wüthender Sturm
Und die brechende Raa überwältigt.

Er ruft vom keinem Ohr vernommen,
Kämpft in den Wogen hoffnungslosen Kampf.
Itzt lacht des Brausenden die Gottheit,
Sieht ihn, nun nicht mehr stolz, in Banden
Der Noth verstrickt, umsonst die Felsbank fliehn,
An der Klippe des Rechts scheitert sein Glück,
Unbeweint, unbemerkt, geht er unter.

Τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄγοντ' ἄνευ δίκης,
Βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν,
Λαῖφος ὅτ' ἂν λάβῃ πόνος
Θραυομένας τε κεραίας.
Καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐ- ἀντιστ. δ'.
δὲν, ἐν μέσᾳ δυσπαλεῖ τε δίνᾳ·
Γελᾷ δ' ὁ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ,
Τὸν οὐκέτ' οὐχοῦντ' ἰδὼν ἐν ἀμηχάνοις
Δύας λεπάδνοις, οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν·
Δι' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον
Ἕρματι προσβαλὼν δίκας
Ὤλετ' ἄκλαυστος, ἄϊστος.

ΧΟΡΟΣ. ΑΘΗΝΗ. ΟΡΕΣΤΗΣ. ΑΠΟΛΛΩΝ. ΚΗΡΥΞ. ΔΙΚΑΣΤΑΙ.

'ΑΘ. ΚΗΡΥΣΣΕ, κήρυξ, καὶ στρατὸν κατεργάθου.

551. παντόφυρτ' ἄγοντ'] παντόφυρτον Ald. Turn. παντόφυρτ' ceteræ edd. Stanl. conj. παντοφύροντ'. Sed recte Pauwius vidit post παντόφυρτ' deesse ἄγοντ' vel simile quid. 554. τε] Conjunctionis particulam, quæ abest in edd. sensus et metri causa addidimus. 556. ἐν μέσᾳ δυσπαλεῖ τε δίνᾳ] Vulgo μέσᾳ δυσπαλεῖται δίνᾳ, nisi quod Turn. habet δυσπαλεῖ τε δίνᾳ, quod hactenus servavimus, ut simul ἐν absorptum ab extrema syllaba vocabuli οὐδὲν Heathio auctore restitueremus. 557. θερμῷ] Ex vera Pauwii emendatione ob metrum necessaria. θερμουργῷ Ald. Vict. Cant. θερμοεργῷ Rob. Turn. 558. οὐκέτ'] Heathio auctore recepimus. Vulg. οὔποτ' ἐν ἀμηχάνοις Δύας λεπάδνοις] Sic restituisse nobis videmur veram poëtæ scripturam. Vulgo edebatur: ἀμηχάνοις δύαις λέπαδνον. 559. οὐδ'] οὐδὲ Turn.

IN SCENAM IX.

v. 563—sqq.

563. στρατόν. H. l. *populum*, ut statim v. 566. 680. et alibi sæpius.

κατεργάθου. "*Cohibe*; eadem nempe sunt εἰργάθειν et ἐργάθειν; hoc Homerus adhibuit, illud Sophocles et Euripides. Sed mediam formam Æschyli non meminimus nos alibi legisse. Porro quum ἐργάθειν potius videatur Ionas sapere, quam Atticos, me volente restituerit aliquis Æschylo κ α τ ε ι ρ γ ά θ ο υ." *Wakefield.*

Ἤ τ' οὖν διάτορος * * Τυρσηνικὴ
Σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
Ὑπέρτονον γήρυμα φαινέτω στρατῷ.
Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου
Σιγᾷν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,

564. ἤ τ' οὖν] εἶτ' οὖν Rob. Lacunam sic expleverat Jacobus: Ἤ τ' οὐάτων διάτορος Τυρσηνικὴ, Askewius contra in specimine editionis ἤ τ' οὖν διάκτορος οὐρανοῦ Τυρσηνική. 567. πληρουμένου] πληρούμενον Ald. 568. ἀρήγει] Heathius mavult ἀνώγει.

564. ἤ τ' οὖν διάτορος * * Τυρσηνική. Præter Jacobi et Askewii lacunam explendi tentamina in notis ad V. L. exposita, notanda est Toupii conjectura, qui in animadv. ad Suid. t. ii. p. 68. legendum putat: ἤτ' οὖν ἅπαντι διάτορος Τυρσενική.

566. φαινέτω. Askewius mavult φαῖνε τῷ, totumque h. l. sic vertit: *Tyrrhena tuba cali internuntia humano spiritu impleta intentam vocem profer multitudini.* Sed hac emendatione facile carere possumus. Wakefieldus conj. φωνείτω, sine causa idonea.

568. σιγᾷν ἀρήγει. Heathius aptam h. l. in verbo ἀρήγει significationem desiderans, ἀνώγει legendum putabat.

569. πόλιν τε πᾶσαν. "Falkenburgium, Grotium et Rawlinsonum præter rationem τῷ τε substitutum voluisse γε, discimus ex Askewii specimine novæ Æschyli editionis. Idem visum quoque Casaubono. Fefellit viros doctissimos parum percepta verborum structura et perperam collocatæ distinctiones. Comma post ἐμοὺς in locum puncti suspensi transferri debet post χρόνον, atque ita ordinanda verba; σιγᾷν ἀρήγει καὶ πᾶσαν πόλιν μαθεῖν τοὺς ἐμοὺς θεσμοὺς εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον, καὶ ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ ἡ δίκη τῶνδε.—" *Abresch.* Enim vero quomodo hæc Abreschii disputatio ad convincendos illos Criticos, qui particula τε offendebantur, valeat, prorsus non intelligo. Ipse enim in constructionis expositione particulam τε, de qua quærebatur, omittit. Itaque comparatis v. 678. sqq. legendum videtur:

Σιγᾷν δ' ἀρήγει καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
Πόλιν ἔς τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
Καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

Jam enim silere decet, et cognoscere leges meas, tum eas, quæ ad universam urbem in sempiternum tempus pertinent, (Areopagi nimirum institutionem) tum quomodo horum lis optime dijudicetur. Fieri etiam potest, ut Æschylus scripserit:

Ἀστοῖς τε πᾶσιν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,

et πόλιν ex glossa irrepserit. Quicquid sit, nihil h. l. aptius. θεσμοὺς ἐμοὺς *leges*, non *judices a Minerva constitutos* denotare, recte adversus Stanleium monuit Heathius. De judicum enim [illegible] singulariter ponitur θεσμός. Eodem enim modo Pallas infra v. 704.

Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
Ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν.

Wakefieldo transponendi videntur versiculi:

Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
Σιγᾷν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
Καὶ τῶν δ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

Καὶ τῶνδ᾽ ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.
Χο. Ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
Τί τοῦδέ σοι μέτεστι πράγματος, λέγε.
Ἀπ. Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· (ἔστι γὰρ δόμων
Ἱκέτης ὅδ᾽ ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
Ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ᾽ ἐγὼ καθάρσιος·)
Καὶ ξυνδικήσων αὐτός· αἰτίαν δ᾽ ἔχω
Τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου. Σὺ δ᾽ εἴσαγε

570. καὶ τῶνδ᾽] καὶ τόνδ᾽ Ald. 575, 576. neque post καθάρσιος, neque post αὐτὸς interpungitur; abest etiam δὲ post αἰτίαν Turn. 577. τοῦ φόνου] τοῦδε φόνου Ald. Rob.

Sic enim pleno concilio tuba tam faciet, ut in posterum taceat urbs audiatque leges meas, quam ut nunc hæc causa probe dijudicetur. Quomodo autem tubæ sonus efficere possit, ut etiam in posterum civitas silentium servet, aut quid hoc ad Minervæ consilium pertineat, non intelligo.

570. καταγνωσθῇ. " *Cognoscatur* i. q. ἵνα εὖ γνωσθῇ κατὰ τῆς δίκης ταύτης, *de huc lite.* Ita Hesychius: Καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι; ut Aristoph. Equit. 46.

οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους." *Wakefield.*

571. Eumenides Apollinem in judicium venientem conspicientes, jubent eum suum negotium agere, nec se alienis rebus immiscere; deinde quærunt, quid hæc causa ad eum attineat? Mirum, quomodo Wakefieldo in mentem venerit hæc præconi tribuere.

573. Respondet Apollo se duplicem personam hic sustinere, tum *testis*, tum *correi.*

ἔστι γὰρ δόμων ἱκέτης ὅδ᾽ ἀνήρ. Nihil offendor h. l. repetitione vocabuli δόμων. Significatur enim duplex inter Orestem et Apollinem vinculum intercedere; âlterum quod ad ejus *domum supplex* accesserit; alterum quod in ejus domo purificatus fuerit, adeoque *hospitis* (ἐφεστίου) necessitudine cum eo conjunctos. Wakefieldus corrigendum censet νόμων, quod abhorret a constructione.

575. καθάρσιος. " Moris erat, ut hospes, postquam homicidam domo excepisset, ablutionibus, sacrificio, aliisque ritibus expiaret. Cujus rei illustre habemus exemplum in Herodoto lib. i. ubi Crœsum narrat, Adrastum fraterna nece contaminatum hospitio excepisse; cum vero Adrastus Crœsi etiam filium imprudenter occidisset, eo gravius tulit Crœsus, quod is eum necasset, quem expiasset a cæde. Ὁ δὲ Κροῖσος τῷ θανάτῳ τοῦ παιδὸς συντεταραγμένος μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο, ὅτι μιν ἀπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε, quo nomine invocavit Jovem καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ ξείνου πεπονθὼς εἴη. Meminit et Pausanias lib. iii. καθαρσίων et ἱκεσιῶν, quæ Jovi Φυξίῳ persolvit Pausanias ob Cleonicæ cædem. Τοῦτο τὸ ἄγος οὐκ ἐξεγένετο ἀποφυγεῖν Πανσανίαν καθάρσια παντοῖα καὶ ἱκεσίας δεξαμένου Διὸς Φυξίου. Porro Orestem expiatum tentorio coram templo Apollinis antiquissimo traditum est a Trœzeniis apud Pausaniam Corinthiacis: Τοῦ δὲ ἱεροῦ Ἀπόλλωνόν ἐστιν οἰκοδόμημα ἔμπροσθεν, Ὀρέστου καλούμενον σκηνή." *Stanl.*

577. τῆς τοῦδε. Facilis est verbo-

Ὅπως ἐπίστα, τήνδε κυρώσων δίκην.
Ἀθ. Ὑμῶν ὁ μῦθος, εἰσάγω δὲ τὴν δίκην.
Ὁ γὰρ διώκων, πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων,
Γένοιτ' ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.
Χο. Πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ ξυντόμως·
Ἔπος δ' ἀμείβου πρὸς ἔπος ἐν μέρει τιθείς.
Τὴν μητέρ' εἰπὲ πρῶτον εἰ κατέκτονας.
Ὀρ. Ἔκτεινα· τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει.
Χο. Ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.
Ὀρ. Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.
Χο. Εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες.
Ὀρ. Λέξω. Ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών.

578. κυρώσων] κύρωσον Rob. 582. δὲ ξυντόμως] μὲν συντόμως Ald. 584. κατέκτονας] κατέκτεινας Rob. 586. παλαισμάτων] παλαιμάτων Rob. 589. λέξω] λέγω Rob. δέρην] δείρην Turn.

rum constructio: *αἰτίαν δ' ἔχω τοῦ φόνου τῆς τοῦδε μητρὸς*, ut nihil opus sit Wakefieldi commento *τῆς τῶδε μητρὸς τοῦ φόνου*; q. d. *causa huic* (Oresti scil.) *fui hujusce maternæ cædis.*

479. *Ὑμῶν ὁ μῦθος.* Furias alloquitur Minerva, iisque priorem dicendi locum, ut accusatricibus, assignat.

εἰσάγω δὲ τὴν δίκην. Hoc scilicet erat præsidis judicii officium, reis copiam dicendi facere, ac deinde judices in suffragia mittere.

582. *λέξομεν δὲ ξυντόμως.* "Neque enim prooemio uti licuit ad captandam judicum benevolentiam. Themistius Orat. 16. *Τάχα οὖν οὐδέ μοι ἐπιτρέψετε ἐπὶ πλέον προοιμιάζεσθαι. Οὐ δὲ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ὁ νόμος ἐδίδου.* Meursius huc trahit hunc Isæi locum apud Pollucem lib. viii. c. 6. *Ἰσαῖος δὲ καὶ τὰ ἐπὶ φόνῳ προοιμπεῖν, εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι ἔφη*, quem sic transfert: *Isæus vero etiam in Oratione de cæde proœmio uti Areopagum incessere dixit.* Quæ miror viro Græcarum literarum peritissimo excidisse, cum nihil minus voluerit Pollux. Tantum ait, quod vulgo dicitur *ἐπὶ φόνῳ προοιπεῖν* id ab Isæo dici *εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι*, i. e. cædis judicium intentare contra aliquem apud Areopagum." *Stanl.*

586. *ἓν—παλαισμάτων.* "Tertia nimirum in luctationibus abjectione in terram victoria constitit. Plato in Euthydemo; *ἔτι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥσπερ πάλαισμα, ὥρμα ὁ Εὐθύδημος πρὸς νεανίσκον.* Seneca de Benef. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit.* Aristides: *τὸ τρίτον πλεύσας, ὥσπερ οἱ παλαισταὶ παλαίουσιν.*" *Stanl.*

587. *οὐ κειμένῳ πω.* I. q. *οὔπω κειμένῳ.* Orestes enim *aufer mihi jactationem*, inquit, *nondum enim prostratus sum.* Male Wakefieldus corrigit *οὐ κειμένῳ 'πὶ* pro *οὐκ ἐπὶ κειμένῳ.*

589. *πρὸς δέρην τεμών.* I. q. *δέρην προστεμὼν*, ut minime opus Wakefieldi emendatione

Λέξω· ξιφουλκεῖ χειρὶ, πρὸς δέρην ν έμων.

Χο. Πρὸς τοῦ δ' ἐπείσθης; καὶ τίνος βουλεύμασι;
Ὀρ. Τοῖς τοῦδε θεσφάτοισι· μαρτυρεῖ δέ μοι.
Χο. Ὁ μάντις ἐξηγεῖτό σοι μητροκτονεῖν;
Ὀρ. Καὶ δεῦρό γ' αἰεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι.
Χο. Ἀλλ' εἴ σε μάρψει ψῆφος, ἄλλ' ἐρεῖς τάχα.
Ὀρ. Πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ.
Χο. Νεκροῖσι νῦν πέποιθε μητέρα κτανών.
Ὀρ. Δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς μιασμάτων.
Χο. Πῶς δή; δίδαξον τοὺς δικάζοντας τάδε.
Ὀρ. Ἀνδροκτονοῦσα πατέρ' ἐμὸν κατέκτανεν.
Χο. Τοὶ γὰρ σὺ μὲν ζῇς, ἣ δ' ἐλευθέρα φόνου.
Ὀρ. Τί δ' οὐκ ἐκείνην ζῶσαν ἤλαυνες φυγῇ;
Χο. Οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς ὃν κατέκτανεν.

590. πρὸς τοῦ δ'] Recte divisim scribendum censuit Pauw. Edd. τοῦδ'. 595. πέμπει] Scaliger emend. πέμψ..., sic Schol. quoque legisse videtur. 596. πέποιθε] πέπεισθε Rob. 599. κατέκτανεν] Steph. ingeniose conjicit legendum esse κἀμὲ κτάνεν. Quod certe melius est, quam quod Canterus proposuit, ἐμέ τε κατέκτανειν. 600. φόνου] Sententiæ consecutio videtur postulare φόνῳ. cf. comm. ad h. l.

593. καὶ δεῦρό γ' αἰεί. Scholiastes ἀεὶ pro ἕως dictum monet. Ita et Harpocration: Ἀεὶ ἀντὶ τοῦ ἕως παρ' Ἀντιφῶντι Σαμοθρακικῷ. Πολλὴ δὲ χρῆσις αὐτοῦ· καὶ Θουκυδίδης ἐν τῷ προοιμίῳ οὕτως ἤρξατο· οὕτως μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἀεὶ τείνει λόγους. Pro οὕτως μὲν, lege οὗτος μὲν, nec sane hæc sunt Thucydidis verba, sed potius Senarius ex Poëta aliquo desumtus." *Stanlei.*

596. νεκροῖσι νῦν. Ironicæ dictioni aptius fortasse νεκροῖσι νυν· *igitur et mortuis s. inferis confide matrem cum occideris.* Wakefieldus πέποιθε non imperativum sed tertiam perfecti personam interpretatur, q. d. *confidit mortuis, si diis placet! qui illum præ cunctis aversabuntur atque agitabunt.*

599. κατέκτανεν. Nihil opus est ad h. l. recte intelligendum conjecturis a Stephano et Cantero propositis. Orestes v. 597. affirmaverat Clytæmnestram duplici piaculo se obligasse. Hoc jam nunc explicat, illam dum Agamemnonem necaret, non solum maritum suum, sed et filii sui patrem occidisse.

600. Τοὶ γὰρ—φόνου. Vulgatam hanc lectionem probabiliter explicat Abreschius: *at tu quidem vivis, illa vero a cæde libera*; i. e. judicari illa punirive nequit, seu judicium de cæde subire nequit amplius. Aptius tamen Æschyli proposito fuerit:

Τοίγαρ σὺ μὲν ζῇς, ἣ δ' ἐλευθέρα φόνῳ. *Itaque tu quidem vivis,* (ut te pro cæde matris ulcisci possim) *hæc autem cæde* (qua tu eam necasti) *ab ultione mea libera evasit,* illudque scelus satis expiavit.

Ὀρ. Ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;
Χο. Οὐ γάρ σ᾽ ἔθρεψεν ἐντὸς, ὦ μιαιφόνε,
Ζώνης; ἀπεύχῃ μητρὸς αἷμα φίλτατον;
Ὀρ. Ἤδη σὺ μαρτύρησον. Ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον.
Δρᾶσαι γὰρ, ὥσπερ ἐστὶν, οὐκ ἀρνούμεθα·
Ἀλλ᾽ εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
Δοκεῖ τόδ᾽ αἷμα, κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.
Απ. Λέξω πρὸς ὑμᾶς τόνδ᾽ Ἀθηναίας μέγαν
Θεσμὸν δικαίως, μάντις ὢν δ᾽ οὐ ψεύσομαι.
Οὐ πώποτ᾽ εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις
Οὐκ ἀνδρὸς, οὐ γυναικὸς, οὐ πόλεως πέρι,
Ὃ μὴ κελεύσει Ζεὺς ὀλυμπίων πατήρ.
Τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ᾽, ὅσον σθένει, μαθεῖν,
Βουλῇ πιφαύσκω δ᾽ ὔμμ᾽ ἐπισπέσθαι πατρὸς,

612. δικαίως] δικαίας Ald. μάντις ὢν δ᾽] Sic recte Canterus edi jussit. Vulgo μάντις δ᾽ ὢν adversante metro. 615. κελεύσει] κέλευσε vel κελεύει conj. Stanl. 617. βουλῇ] βούλη Ald. βούλῃ Rob. ἐπισπέσθαι] ἐπισπάσθαι Rob.

604. Οὐ γάρ. Vulgo in omnibus edd. legitur Πῶς γάρ. Sed hoc prorsus a sensu et consilio verborum abhorret. Quæsiverat enim Orestes, *an ipse matris suæ consanguineus sit?* Reponunt Eumenides: *Nonne enim te mater, cum te in utero gestaret, sanguine suo te nutriit.* Negante scilicet hic quæstione opus erat, non affirmante. Itaque Πῶς γὰρ nullo modo potest admitti.

615. κελεύσει. "Pro κελεύσειε, quo usu Futuri nihil frequentius. Vid. Thucyd. i. 32. ii. 8. iii. 28. 80. 109. iv. 14.—" *Abresch.* Si quid mutandum sit, rectius fuerit cum Stanleio 'κ έ λ ε υ σ ε ν quam cum Wakefieldo κ ε λ ε ύ σ ο ι rescribere.

Ζεὺς ὀλυμπίων πατήρ. "Itaque Apollo sic precatur in hymno Homereo v. 131.

εἴη μοι κιθαρίς τε φίλη καὶ κάμπυλα τόξα
Χρήσαί τ᾽ ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν.

quos sequitur Virgilius Æn. iii. 250.

Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta
Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Fuit enim ex dilectissimis Jovi numinibus, teste Callimacho hymn. Apoll. 28. post Homerum Il. α΄. 86. Hinc hymnographus in Anthol. gr. Apollinem vocat Ζηνόφρονα, *menti Jovis conscium ob futurorum divinationem.*" *Wakefield.*

616. ὅσον σθένει μαθεῖν. Cum conclusio hic inferatur ex antecedentibus, utique præstat γοῦν pro μὲν rescribere.

Ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.
Χο. Ζεύς, ὡς λέγεις σύ, τόνδε χρησμὸν ὤπασε,
Φράζειν Ὀρέστῃ τῷδε, τὸν πατρὸς φόνον
Πράξαντα μητρὸς μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν;
Ἀπ. Οὐ γάρ τι ταυτὸν ἄνδρα γενναῖον θανεῖν,
Διοσδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον,
Καὶ ταῦτα πρὸς γυναικὸς, οὔ τι θουρίοις
Τόξοις ἑκηβόλοισιν, ὥστ' Ἀμαζόνος·
Ἀλλ' ὡς ἀκούσῃ Παλλὰς, οἵ τ' ἐφήμενοι
Ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.
Ἀπὸ στρατείας γάρ μιν ἠμποληκότα
Τὰ πλεῖστ' ἀμείνον' εὔφροσιν δεδεγμένη

622. θανεῖν] Male Stanl. præfert κτανεῖν. 623. σκήπτροισι] σκήπτοισι Rob. 625. ὥστ'] Pauwius ὥς γ'. 627. πέρι] Pauwius emend. πέρας. 628. στρατείας] στρατιᾶς Rob. 629. ἀμείνον'] ἄμεινον Ald.

Deinde ὅρκος v. 618. magnopere me offendit, propterea quod hac lectione servata Apollo judices ad perjurium pellicere videretur. Quare legendum censeo:

Τὸ γοῦν δίκαιον τοῦθ', ὅσον σθένει, μαθεῖν,
Βουλῇ πιφαύσκω δ' ὕμμ' ἐπίσπεσθαι πατρὸς,
Ἔρεβος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.

Itaque vobis præcipio, ut quantum Jovis jura valeant discatis, et consilio patris obsequamini. Orcus enim haud est Jove potentior; adeoque vos, judices, decet Jovis imperia magis observare, quam Furiarum, quæ sunt ex inferorum numinum ordine, voluntatem.

621. μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν. "Longissime a poëtæ mente aberravit interpres, vertens: *matris pœnas nullatenus sustinens*; reddi debebat: *matrem nullo loco habere* vel *nullum honorem habere matri*. Docent satis sequentia, et v. 637. πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ." *Abresch.*

622. οὐ γάρ τι ταυτόν. *Non enim idem est* mulierem occidi *et virum generosum eundemque regiis sceptris a Jove concessis decoratum.* Quod Stanleius proponit κτανεῖν pro θανεῖν, ideo ferri nequit, quia sequitur καὶ ταῦτα πρὸς γυναικός.

628. Ἀπὸ στρατείας. Ab *expeditione enim bellica* eum *redeuntem, ubi plurima* benevolis quidem *optima administrasse visus esset, excipiens lavacrum ei, balneum paranti, et in fine* lavationis *pallium præbuit, virumque artificioso indumento, exitum non habente irretitum percussit.* παρισχήνησιν v. 631. universe *præbendi* significatu ponitur; aut si malis *induendi* vim tribuere, sicut περιστιχίζω Agam. v. 1394. Certe ἀπὸ τοῦ κοινοῦ præbendi potestas post δρύτην anticipanda est. Scholiastes vero lectionem δροίτῃ secutus est, interpretatur enim πυέλῳ τῇ ὡς σορῷ αὐτῷ γενομένῃ. Omnino autem suspicor post vers. 629. unum versiculum prorsus intercidisse. Nam ut nunc est, constructio laborat, et illud εὔφροσιν quamquam de benevolis rerum ab Aga-

Δρύτην, περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ τέρματι
Φᾶρος παρεσκήνησεν, ἐν δ' ἀτέρμονι
Κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.
Ἀνδρὸς μὲν ὑμῖν οὗτος εἴρηται μόρος
Τοῦ παντοσέμνου, τοῦ στρατηλάτου νεῶν.
Ταύτην τοιαύτην εἶπον, ὡς δηχθῇ λεὼς,
Ὅσπερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην.
Χο. Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ·
Αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.
Πῶς ταῦτα τούτοις οὐκ ἐναντίως λέγεις;
Ὑμᾶς δ' ἀκούειν ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.
Ἀπ. Ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν,
Πέδας μὲν ἂν λύσειεν, ἔστι τοῦδ' ἄκος,
Καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος.
Ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις,
Ἅπαξ θανόντος οὔτις ἔστ' ἀνάστασις.
Τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ

630. δρύτον] Accusativum rescripsimus, constructione sic necessario postulante, δροίτη Ald. δροίτῃ Turn. Cett. edd. δρύτῃ. 631. παρεσκήνησεν] παρεσκήνωσεν Ald. Rob. 633. οὗτος] οὕτως in Vict. perperam receptum, ipso Stephano se in notis corrigente. 635. δηχθῇ] δειχθῇ Rob. 640. ταῦτ'] τοῦτ' Turn. 642. μὲν ἂν λύσειεν, ἔστι] μὲν ἂς λύσειεν ἔπι Ald. μὲν ἂς λύσειεν, ἔστι Turn.

memnone gestarum judicibus accipere licet, magis tamen ad fictam Clytæmnestræ benevolentiam spectare videtur. Fortasse igitur sic olim legebatur:

Ἀπὸ στρατείας γάρ μιν ἠμποληκότα
Τὰ πλεῖστ' ἄμεινον, εὔφροσιν δεδεγμένη
Λόγοισι . . . .

reliqua enim, quæ versiculum, quem intercidisse opinamur, explebant, verba nemo sine codicibus divinet.

ἠμποληκότα. Hoc vocabulum Wakefieldus *vocem nihili* appellat, satis pro imperio. Non recordatus est scilicet erbum ἐμπολᾷν, quod teste Hesychio i. e. q. περιποιεῖν, πραγματεύεσθαι, aut secundum Schol. in Sophocl. Antig. v. 1549. κερδαίνειν, περιποιεῖν. Itaque ἀπὸ στρατείας μιν ἠμποληκότα τὰ πλεῖστ' ἀμείνονα significat: *cum enim ab expeditione bellica plurima meliora lucrifecisset*, h. e. multas res optime gessisset. Wakefieldi autem emendationibus, ἐμπεπλευκότα vel ἀμπεπολημκότα, *reversum*, Æschyli textus corrumperetur.

645. οὔτις ἔστ' ἀνάστασις. "Facit huc locus Sophocl. Electr. v. 136. οὔτοι τόν γ' ἐξ ἀΐδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις."

Οὑμός, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
Στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.
Χο. Πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικεῖς ὅρα·
Τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδῳ
Ἔπειτ' ἐν Ἄργει δώματ' οἰκήσει πατρός;
Ποίοισι βώμοις χρώμενος τοῖς δημίοις;
Ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προσδέξεται;
Ἀπ. Καὶ τοῦτο λέξω, καὶ μάθ' ὡς ὀρθῶς ἐρῶ.
Οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου

648. *τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων*] *τίθησιν οὐδὲν, ἀσθμαίνω* Turn. 653. *χέρνιψ φρατόρων*] *χέρνιξ φρατέρων* corrupte Ald. *προσδέξεται*] *προσδέξαιτο* Rob.

647. *ἄνω καὶ κάτω* cum *στρέφων*, non cum *τίθησιν* copulandum: *cetera vero omnia Jupiter constituit, sursum deorsum volvens*; h. e. modo sic, modo aliter dirigens.

648. *οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.* De *viribus nullo labore exhauriendis* dicitur, sive de eminente Jovis potentia, cui nihil grave aut difficile est. *Facili opera*, uno quasi impetu, non *laboris anhelus*, ut loquitur Sil. Ital. xv. 721. neque *ἄσθματος καὶ ἀπορίας μεστὸς γενόμενος*, ut ap. Plat. de Rep. 496. Noster supra v. 243. *πολλοῖς μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ σπλάγχνον.*

649. *πῶς γάρ.* Particula *γὰρ* locum hic non habet. Non enim caussam eorum quæ antea dicta erant afferunt Eumenides, sed potius ex iis quæ Apollo in medium protulerat, colligunt aliquid, quod causæ suæ profecturum erat. Itaque vel cum Casaubono legendum Π ῶ ς δ' ἄ ρ, vel, quod malim, Π ῶ ς γ ο ῦ ν. Sic nimirum ratiocinantur Eumenides: *Quomodo igitur* (si nullus datur homini semel occiso ad vitam regressus,) *tu defendere hunc reum et ut absolvatur postulare possis, etiam atque etiam vide.*

πῶς—ὑπερδικεῖς ὅρα. "Scholiastes recte versum hunc quasi oppositum statuit verbis Apollinis v. 644. sqq. *ἀνδρὸς—ἀνάστασις.* Suadet istud quoque sequens v. 650. et Apollinis responsum v. 654. sqq. *φεύγειν* pro *ὥστε φεύγειν*, et hoc pro *ἐκφεύγειν*. Infra v. 749. *Ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.* Genitivus quem *ὑπερδικεῖς* requirit, est *τοῦδε*, et structura *ὅρα πῶς δικάζεις ὑπὲρ τοῦδε ὥστε φεύγειν (αὐτόν)* i. e. *πῶς ὑπερδικεῖς τῆς φυγῆς καὶ ἐλευθερώσεως τοῦδε.*" *Abresch.*

655. *οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου.* Procul dubio legendum est

οὐκ ἐστὶ μήτηρ, ἡ κεκλημένη, τέκνου—

Non profecto ea, quæ dicitur mater, est partus procreatrix. Sic et Eurip. Alcest. v. 637. *οὐχ ἡ τεκεῖν φάσκουσα καὶ κεκλημένη μήτηρ μ' ἔτικτε.*

656. *τοκεύς.* Quod Spanhemius ad Callim. in Dian. v. 81. emendandum censebat *τ ο κ ὰ ς*, necessarium haud videtur. Quid enim si Æschylus *τοκεὺς* genere communi posuit? Quid si consulto vocabulum masculini generis adhibuit; q. d. *non est mater quæ dicitur verus liberorum parens.* Ceterum sententiam hanc Euripides quoque expressit Orest. v. 551.

Πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.

Τοκεὺς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
Τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
Ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεός.
Τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου.
Πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός· πέλας
Μάρτυς πάρεστι παῖς ὀλυμπίου Διὸς,
Οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
Ἀλλ' οἷον ἔρνος οὔτις ἂν τέκοι θεός.
Ἐγὼ δὲ, Παλλὰς, τἄλλα θ', ὡς ἐπίσταμαι,
Τὸ σὸν πόλισμα καὶ στρατὸν τεύξω μέγαν,
Καὶ τόνδ' ἔπεμψα σῶν δόμων ἐφέστιον,
Ὅπως γένοιτο πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου.
Καὶ τόνδ' ἐπικτήσαιο σύμμαχον, θεὰ,
Καὶ τοὺς ἔπειτα. Καὶ τάδ' αἰανῶς μένοι,
Στέργειν τὰ πιστὰ τῶνδε τοὺς ἐπισπόρους.
ʼΑθ. Ἤδη κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν

656. τοκεὺς] τοκὰς conj. Steph. ad Callimach. νεοσπόρου] νεοσπάρου Rob. 658. βλάπτει] βλάψῃ Ald. Turn. κλέψει conj. Pauw. 659. τεκμήριον] τεκμήριος Ald. 664. τἄλλα θ', ὡς] τἄλλαθ' ὅς Ald. 669. αἰανῶς] αἰῶνος Ald. Rob. 670. τὰ πιστὰ] τ' ἄπιστα Ald.

Ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη πότ' ἄν·
Ἐλογισάμην οὖν, τῷ γένους ἀρχηγέτῃ
Μᾶλλόν μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς.

Similiter fere apud Eurip. fragm. inc. (quod est ap. Stobæum) lviii. edit. *Beck.*

Ἀλλ' ἴστ', ἐμοὶ μὲν οὗτος οὐκ ἔσται νόμος,
Τὸ μὴ οὔ σε, μᾶτερ, προσφιλῆ νέμειν ἀεὶ,
Καὶ τοῦ δικαίου, καὶ τοκῶν τῶν σῶν χάριν.
Στέργω δὲ τὸν φύσαντα τῶν πάντων βροτῶν
Μάλισθ', ὁρίζω τοῦτο· καὶ σὺ μὴ φθόνει·
Κείνου γὰρ ἐξέβλαστον, οὐδ' ἂν εἷς ἀνὴρ
Γυναικὸς αὐδήσειεν, ἀλλὰ τοῦ πατρός.

656. τροφὸς δέ. I. q. ἀλλὰ τροφὸς μόνον.

657. τίκτει. H. l. non parit, sed *primum gignit; princeps est generandi.*

"ὁ θρώσκων. Hesychius: Θρώσκων· κνώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ." *Stanl.*

662. οὐδ' ἐν. Casaubonus malebat οὔ γ' ἐν. Fortasse tamen rectius οὐκ ἐν.

671. ἀπὸ γνώμης. *Ex animi sententia.* Abreschius attulit Plutarch. tom ii. p. 44. D. δικάζοντα δεῖ μήτε πρὸς χάριν, μήτε πρὸς ἔχθραν ἀκούειν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον.

Ψῆφον δικαίαν, ὡς ἅλις λελεγμένων.
Χο. Ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος.
Μένω δ' ἀκοῦσαι πῶς ἀγὼν κριθήσεται.
Ἀθ. Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;
Χο. Ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ', ἐν δὲ καρδίᾳ
Ψῆφον φέροντες ὅρκον αἰδεῖσθε, ξένοι.
Ἀθ. Κλύοντ' ἂν ἤδη θεσμὸν, Ἀττικὸς λεὼς,
Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
Ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέῳ στρατῷ
Αἰὲν ἀδέκαστον τοῦτο βουλευτήριον.
Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν

675. πῶς τιθεῖσ'] Casaub. emendabat προστιθεῖσ'. ἄμομφος] ἄμορφος Ald. 676. ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ'] ἤκουσα θ' ὧν ἤπουσά τ' Ald. 677. αἰδεῖσθε] αἰδεῖσθαι Rob. 679. κρίνοντες] κρίνοντας em. Stanl. 680. ἔσται δὲ] δὲ abest Rob. 681. αἰὲν ἀδέκαστον] αἰεὶ δ' ἑκάστῳ Ald. Turn. αἰεὶ δ' ἑκάστων cett. edd. Canterus divinaverat αἰεὶ δικαστῶν. Optime autem Pauwius αἰὲν ἀδέκαστον, quem secuti sumus.

678. θεσμόν. "Judices intellige a Minerva institutos, ut v. 481. 612." *Stanl.*

679. κρίνοντες. "Meursius in Areopago c. 9. locum hunc ita reddidit:

Audiant nunc legem Athenienses
Primas lites judicantes sanguinis fusi.

Dein subdit: 'ad quæ verba Scholiastes: Σημείωσαι ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ. Observa quo primum de Oreste judicium fuerit in Areopago. Sed erroris eum manifestum teneo; quippe cædes Halirrhothii judicium Orestis antecessit annis amplius trecentis; et interea Cephalus quoque Dædalusque sunt ibidem judicati ante Orestem. Sine dubio corruptus est Æschyli locus, legendumque non κρίνοντες, sed κρίναντας. Et sic demum vera erunt verba Minervæ.' Haud sanum esse verbum κρίνοντες viro docto suboluit; cui tamen medelam non adhibuit; æque enim populus Atheniensis hanc causam judicabat, sed pauci ex iis ad hoc judicium a Minerva selecti. Itaque supra v. 563. sqq. silentium populo imponebatur, quo melius judices Areopagitæ et causam audirent, et sententiam ferrent. Aliud itaque Ἀττικὸς λεὼς, aliud judices, quos θεσμὸν vocat, prout ad versum præcedentem observavimus. Quapropter cum τὸ κρίνοντες ad θεσμὸν referendum videatur, levissima mutatione κρίνοντας legendum arbitror, ut sit sensus: *audiatis jam judices a me institutos, ó Athenienses, qui hanc primam causam de sanguine fuso dijudicant.* Notissima est figura, qua sensus respicitur, non vocabulum. Porro cum Æschylus πρώτας δίκας dixit, hanc primam esse voluit causam, ab Atheniensibus in Areopago judicatam." *Stanl.*

682. Πάγον. "Huc pertinere Ennianum illud fragmentum creditur:

Areopagiticam ea de re vocant petram." *Stanl.*

Ἀμαζόνων ἕδραν. "Meminit et Etymologici auctor. Ἄρειος πάγος, δικα-

Σκηνὰς θ', ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
Στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν,
Τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε·
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος· ἐν δὲ τῷ σέβας
Ἀστῶν, φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ 'δικεῖν
Σχήσει, τό, τ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς
Αὐτῶν πολιτῶν μὴ 'πικαινόντων νόμους

685. ἀντεπύργωσαν] ἀνεπύργωσαν alicubi reperit Steph. 690. ἐπικαινόντων] ἐπικαινούντων emend. Steph. Stanl. πικραινόντων Casaub. Fortasse verius μιαινόντων.

στήριον Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενον ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατεύοντο Ἄρεος οὖσαι. Notandum vero quod in Etymologia nominis ab Æschylo recedit; neque enim Areopagum ita dictum vult, quod ibi Amazones Marti sacra fecerint, sed ab ipsis Amazonibus, utpote quæ essent Martis filiæ. Cui astipulatur etiam Eustathius in Dionysium Perieg. 'Ἀφ' ὧν, ὡς ἐξ Ἄρεος ἀγομένων καὶ ὁ Ἄρειος πάγος ἐν Ἀθήναις ὠνόμασται, οἷα μέχρι καὶ ἐκεῖ ἐλθουσῶν." *Stanl.*

682. Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ'. Quia post hæc verba longior sequitur parenthesis verborum Ἀμαζόνων ἕδραν— πάγος τ' Ἄρειος, facile excusabitur ἀνακολουθία constructionis, quæ nulla esset, si statim sic incepisset Æschylus hanc periodum Ἐν δὲ Πάγῳ Ἀρείῳ τῷδε —ἐν δὲ τῷ σέβας etc. *Hunc igitur Martis collem,* (Ἄρειον πάγον) *Amazonum olim sedes et castra, cum* Thesei *invidia ductæ huc belligerantes advenissent, altamque hanc urbem turribus et munimentis cingerent, Marti sacrificiis oblatis, unde nomen Martii collis* s. *Areopagi ei hæsit, in hoc igitur civium reverentia et cognatus cum ea timor eos dies noctesque ab injuria arcebit; modo ne ipsi cives antiquas leges malis rivulis contaminent; claram enim aquam si quis cœno polluerit, gratum nunquam potum inveniet. Civibus autem suadeo, ut formam reip. colant, quæ nec sine imperio sit, nec unius dominationi subjiciatur; neque ut omnem timorem ex civitate ejiciant. Quis enim mortalium qui, nihil timeat, justitiam colat? Hanc igitur judicii majestatem recte reverentes salutare hujus agri et urbis propugnaculum habebitis, quale nulli alii mortalium generi contigit, neque in Scythia, neque in Peloponneso. Adeoque hunc senatum nullis lucris obnoxium, pudentem, acrem tamen et severum constituo, qui reliquis dormientibus saluti civitatis invigilet.* Wakefieldus parenthesin usque ad v. 693. continuat, verbaque Πάγον δ' Ἄρειον cum Βουλεύω σέβειν construenda esse opinatur, quod fieri non potest.

688. φόβος συγγενὴς non est *timor ab natura ingenitus,* ut Wakefieldus putat, sed *timor cum reverentia cognatus,* quam cives Areopago præstituri essent.

690. μὴ 'πικαινόντων νόμους κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι. "Post Stephani conjecturam ἐπικαινούντων et Casauboni πικραινόντων, novam Wakefieldus attulit, μὴ 'πιχραινόντων. Haud male. Neque tamen vulgata lectio non habet, quo se tueatur. Ἐπικαίνειν enim valet ἀφανίζειν, quod nostri non multum dissimili loco posuit Lysis Pythag. Ep. ad Hipparch. εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβό-

Κακαῖς ἐπιῤῥοαῖσι· βορβόρῳ θ' ὕδωρ
Λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.
Τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
'Αστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,
Καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.
Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν, ἔνδικος βροτῶν;
Τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας
Ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον
Ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει,
Οὔτ' ἐν Σκύθησιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.
Κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον
Αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὑδόντων ὕπερ
'Εγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι.
Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
'Αστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν. 'Ορθοῦσθαι δὲ χρὴ,
Καὶ ψῆφον αἴρειν, καὶ διαγνῶναι δίκην,
Αἰδουμένους τὸν ὅρκον. Εἴρηται λόγος.
Χο. Καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς

694. σέβειν] σέθειν Ald. Turn. 697. τοι abest Rob.

ρου πλῆρες ἐγχέαι καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἐτάραξε, καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν. Et ἀφανίζειν per χραίνειν, μολύνειν et ὄζειν ποιεῖν est in Schol. *Nicandri* ad Alexiph. v. 467. add. Diluc. Thucyd. p. 759. deque ejusdem verbi usu Thom. Reines. Var. lect. l. 3. c. 6. Similiter ἐναίρειν pro ἀφανίζειν et αἰσχύνειν apud Homer. occurrere notat Eustath. ad Odyss. ζ'. p. 261. v. 12. atque T. p. 695. v. 33. Neque aliter ἀποκτείνειν Plat. de. Rep. 503. ἀποκτείνειν δόξας ἢ ἐπιθυμίας, ut ἀποκτείνειν τὴν ἔχθραν Paulus Ep. ad Ephes. c. ii. v. 16. i. e. *finire, abolere, penitus delere*; itidemque Lat. *perimere, occidere et interficere.* Virgil. iv. Georg. v. 330. *interficere messes.*" Hactenus Abreschius.

691. βορβόρῳ θ' ὕδωρ. "Pro θ' quod mihi est τε pro τι γὰρ, sive καὶ γὰρ Casaubonus conjecit δ'." *Abresch.*

694. περιστέλλουσιν. "Frequens est usus verbi περιστέλλειν, pro θεραπεύειν et ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς ἀξιοῦν, quomodo exponit Schol. *Pind.* Isthm. i. v. 46." *Abresch.*

705. εἰς τὸ λοιπόν. *Et hæc quidem,* quæ modo de Areopago exposui, *ad omnes cives in posterum pertinent; jam vero surgere oportet et calculos ferre.* Male Abreschius εἰς τὸ λοιπὸν cum sequentibus conjungendum opinatur, hoc sensu: *Quod superest, surgere oportet.*

708. βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονός. *Societatem nostram, quæ gravis huic regi-*

Ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι.
Ἀπ. Κἀγώ γε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
Ταρβεῖν κελεύω, μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.
Χο. Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις·
Μαντεῖα δ' οὐκ ἔθ' ἁγνὰ μαντεύσῃ μένων.
Ἀπ. Ἦ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων
Πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;
Χο. Λέγεις· ἐγὼ δὲ μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης
Βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν.
Ἀπ. Ἀλλ' ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις
Θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ· νικήσω δ' ἐγώ.
Χο. Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις·
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.
Ἀπ. Οὔκουν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
Ἄλλως τε πάντως χ' ὥτε δεόμενος τύχοι;
Χο. Σύ τοι παλαιοὺς δὴ νόμους καταφθίσας
Ὕπνῳ παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.

713. μένων] μέλων conj. Pauw. 715. προσροπαῖς] προτροπας Rob. θεῖναι] θ' εἶναι Ald. 723. χ' ὥτε] χ' ὡς Rob. χ' ὥστε Turn. 724. παλαιοὺς δὴ νόμους] Sic emendavimus coll. v. 168. Vulgo παλαιὰς δαίμονας. 725. ὕπνῳ] e verissima Stanl. emendatione. Vulg. οἴνῳ. Pauwii ratio frigida est: εἴνῳ παραπατήσαις ἂν ἀ. θ.

oni futura est, si eam judicio vestro læseritis. cf. v. 717.

712. αἱματηρὰ—σέβεις. Cf. v. 571.

715. πρωτοκτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος. *Num vero pater meus ideo consiliis suis excidit, aut fallitur, propterea quod supplicem Ixionem ad se conversum cædis piaculo primus liberavit?*

720. Φέρητος ἐν δόμοις. Respicit Alcestidem Admeti uxorem ab inferis revocatam. Cf. Eurip. Alcest. v. 28. sqq.

724. παλαιοὺς δὴ νόμους. Vulgata lectio παλαιὰς δαίμονας, quia statim sequitur ἀρχαίας θεὰς, etiam Wakefieldum offendit, qui πάλαι τὰς δαίμονας legendum putat, *dudum corruptis illis*, scil. Parcis. Nos tamen non pœnitet emendationis παλαιοὺς δὴ νόμους. Cf. v. 805.

725. ὕπνῳ. Vulgatam quidem lectionem οἴνῳ sic defendi posse putat Wakefieldus, ut respiciatur ad vinum, cujus avidus bibendi venerit Orcus ad Alcestidis tumulum, coll. Eur. Alc. 857. Sed hanc rem nonnisi ægre huc trahi, ipse sensisse videtur. Itaque proponit etiam δόλῳ παρηπάτησας, quod etsi haud ineptum arbitror, non tamen cur Stauleianæ emendationi ὕπνῳ præferendum sit intelligo.

Ἀπ. Σύ τοι τάχ', οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος,
Ἐμῆ τὸν ἰὸν οὐδὲν ἐχθροῖσιν βαρύν.
Χο. Ἐπεὶ καθιππάζῃ με πρεσβῦτιν νέος,
Δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω,
Ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει.
Ἀθ. Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην.
Ψῆφον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι.
Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο.
Τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
Ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.
Οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον
Ἄνδρα κτανούσης δωμάτων ἐπίσκοπον.

730. ἀμφίβουλος] ἀμφίβολος Ald. Rob. 736. οὐ] καὶ Ald.

726. οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος. I. q. v. 716. μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης.

727. ἐμῆ—βαρύν. *Evomes virus, nihil tamen adversariis tuis,* Oresti scil. et mihi *nociturum.*

729. μένω. Fortasse legendum θέλω.

730. ὡς ἀμφίβουλος. "Posset ὡς accipi pro *quippe, utpote,* neque tamen vel sic bene cohærebit oratio. Sed scil. plura dicturam Eumenin interpellat Minerva. Nexui consuletur, si legatur ὡς γ' ἀμφίβουλος οὖσα, ut in Prom. v. 77. ὡς οὑπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς." *Abresch.*

732. Ψῆφον—προσθήσομαι. Minervam suum quoque adjecisse calculum, quo absolutus est Orestes, tradunt alii. Aristides orat. in Minervam: τὴν δὲ φιλανθρωπίαν (Minervæ) οἱ περὶ Ὀρέστην λόγοι μαρτύρονται, ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἄργους Ἀθήναζε φεύγοντα δ' Ἀθήνησι δίκην ὑπ' Εὐμενιδῶν, ἴσων τῶν ψήφων γινομένων προσθεμένη τὴν παρ' αὐτοῖς σώζει. Καὶ τοίνυν ἔτι νῦν σώζει πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται. Julianus in Eusebiæ encomio. Orat. ii. Ἀθήνησι μὲν οὖν φασὶν ὅτι τοῖς πρώτοις ἔθεσιν ἐχρῶντο, καὶ ἔζων τοῖς οἰκείοις πειθόμενοι νόμοις, μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον οἰκοῦντες πόλιν εἴποτε τῶν δικαζόντων οἱ ψῆφοι κατ' ἴσον φαίνοιντο τοῖς φεύγουσι πρὸς τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἄμφω τῆς αἰτίας. Philostratus in Aristocle lib. ii. Εὐδοκιμοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον κἀξηρτημένῳ πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν, ἐξελαύνων ὁ Ἡρώδης εἰς Πέργαμον, ἔπεμψε τοὺς ἑαυτοῦ ὁμιλητὰς πάντας· καὶ τὸν Ἀριστοκλέα εἶδεν, ὥσπερ τις Ἀθηνᾶς ψῆφος. Meminit et Dio lib. 51. Ἔκκλητόν τε δικάζειν καὶ ψῆφόν τινα αὐτοῦ ἐν πᾶσι τοῖς δικαστηρίοις, ὥσπερ Ἀθηνᾶς φέρεσθαι ἐκέλευσαν." *Stanl.*

734. sq. τὸ δ' ἄρσεν—κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός. Ut φιλεῖν παντὶ τῷ θυμῷ Aristid. t. iii. p. 712. Tum εἶμι τοῦ πατρὸς ut Eurip. Electr. v. 1102. οἱ μὲν εἰσιν ἀρσένων, οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός. Estque elegans iste usus τοῦ εἶναι et γίγνεσθαί τινος pro *teneri ac deditum esse.* ἔχεσθαι τοῦ aut ἑλέσθαι τινά."—*Abresch.*

Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους
Ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.
Ὀρ. Ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, πῶς ἀγὼν κριθήσεται;
Χο. Ὦ Νὺξ μέλαινα, μῆτερ, ἆρ' ὁρᾷς τάδε;
Ὀρ. Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν.
Χο. Ἡμῖν γὰρ ἔῤῥειν, ἢ πρόσω τιμὰς νέμειν.
Απ. Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι,
Τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει.
Γνώμης δ' ἀπούσης πῆμα γίγνεται μέγα.
Βαλοῦσα τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.
Αθ. Ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.
Ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων.
Ὀρ. Ὦ Παλλὰς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους,
Καὶ γῆς πατρῴας ἐστερημένον, σύ τοι

739. πάλους] πάλος Vict. 744. ἔῤῥειν] ἱερὸν Ald. 745. Quatuor seqq. versiculi Eumenidibus tribuuntur Ald. Rob. Turn. 748. βαλοῦσα] Pauwius conj. βαλοῦσαν, ut pertineat ad γνώμην. 752. ἐστερημένον] Casaub. emend. μ' ἐστερημένον.

738. κἂν ἰσόψηφος κριθῇ. Nempe si suffragia essent utrimque æqualia, suum ipsius suffragium Orestis causæ adjectum Minerva prævaliturum decernit.

743. Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν. "Cum singula propemodum verba clament, versum hunc non Eumenidibus convenire, sed Oresti, hujusque personam præponendam (sunt enim quatuor ἀμοιβαῖοι) apparet quam inconsiderate hinc rursus reprehendendi poëtæ occasionem arripuerit Pauwius." *Heath.*

744. ἡμῖν—νέμειν. *Nobis enim pereundum est*, s. *actum enim est de nobis, nisi antiquos honores tuemur.*

745. πεμπάζετ' ὀρθῶς. *Accurate et ordine numerate.*

ἐκβολὰς ψήφων. H. e. ψήφους ἐκ τευχέων ἐκβεβλημένας. cf. v. 739.

747. γνώμης—μέγα. *Nam vel unicum si suffragium abesset, magna sequeretur reum calamitas.*

748. βαλοῦσα τ'. Præstat scribere βαλοῦσα δ', *unius vero etiam calculus adjectus domum servare potest.*

749. Ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν. "Si ex hac Fabula hausta fuerit Enniana (prout viris doctissimis visum est) huc pertinet fragmentum illud apud Nonium in v. *Facessere.*

Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc facessite.

Alii ad v. 738. referunt." *Stanl.*

750. ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα. "Orestem ἰσοψηφίᾳ a Minerva liberatum refert ipsa apud Euripidem Iph. in Taur. v. 1469.

οὕνεκ' ἐκσώσασά σε

Κατῴκισάς με· καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε χρήμασιν
Οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου
Ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου
Σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον
Σώζει με, μητρὸς τάσδε συνδίκους ὁρῶν.
Ἐγὼ δὲ χώρᾳ τῇδε, καὶ τῷ σῷ στρατῷ
Τὸ λοιπὸν εἰς ἅπαντα πλειστήρη χρόνον
Ὁρκωμοτήσας, νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους,
Μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς
Ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ.
Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε
Τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα
Ἀμηχάνοισι πράξομεν δυσπραξίαις

754. χρήμασιν] D'Orvillius ad Chariton. p. 197. conj. κτήμασιν. 760. πλειστήρη] πλεισθήρη Turn. 763. ἐποίσειν] ἐσήσειν Ald. Turn.

Καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους
ἴσας
Κρίνασ', Ὀρέστα· καὶ νόμισμ' εἰς ταυτόγε
Νικᾷν ἰσήρεις ὅστις ἂν ψῆφον λάβῃ.

Meminit et in Electra Euripides: v. 1265.

Ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι, μὴ θανεῖν δίκῃ
Ψῆφοι τεθεῖσαι.

Et ibid. v. 1265.

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται
Νικᾷν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

Alludit etiam Aristophanes in Ranis:

κιλαδεῖ δ' ἐπίκλαυτον ἀηδόνων
νόμον, ὡς ἀπολεῖται
κἂν ἴσαι γίνωνται.

Quare vero cum calculi pari numero accusatori et reo fuerint, reum vincere sancitum sit, διατί ποτε ὅταν καὶ τῷ φεύγοντι καὶ τῷ διώκοντι φαίνωνται ψῆφοι ἴσαι, φεύγων νικᾷ, plures assignat rationes Aristoteles Probl. Sect. 29. Quæst. 13." *Stanl.*

754. ἔν τε χρήμασιν. Propter illud τε, quod h. l. otiosum videri potest. Wakefieldus arbitratur quædam intercidisse. Sed si post ἀνὴρ αὖθις supplemus ἐστὶ, non est cur quid amplius desideremus. *Argivus hic vir iterum est,* (h. e. postliminio in patriam rediit) *et in bonis patriis habitat.* Prorsus ut paulo ante τοὺς ἐμοὺς δόμους, et γῆς πατρῴας ἐστερημένον componebantur.

757. Σωτῆρος. "I. e. Διὸς, vid. Eurip. Herc. fur. 48." *Wakefield.*

759. τῷ σῷ στρατῷ, *populo tuo,* ut alibi sæpius.

760. τὸ λοιπὸν — πλειστήρη χρόνον. Recte auctore Heathio vertitur: *Deinceps in omne futurum tempus, quamvis longissimum sit.*

761. ὁρκωμοτήσας. *Et jam nunc domum ita redeo, ut jurem tibi neminem posthac regum Argivorum, qui me sequentur, bellum Atheniensibus illaturum.*

766. ἀμηχάνοισι πράξομεν δυσπραξίαις. Fortasse Æschylus ediderat:

Ὁδοὺς ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους
Τιθέντες, ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος·
Ὀρθουμένοις δὲ καὶ πόλιν τὴν Παλλάδος
Τιμῶσιν αἰεὶ τήνδε συμμάχῳ δορὶ,
Αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέστεροι.
Καὶ χαῖρε καὶ σὺ, καὶ πολισσοῦχος λεὼς,
Πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις
Σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.

Χο. Ἰὼ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους
Καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος,
Ἐν γᾷ τᾷδε φεῦ
Ἰοὺ ἰοὺ ἀντιπαθῆ
Μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν
Χθονὶ ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
Λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος,

767. ἀθύμους] Casaub. suspicabatur legendum esse ἀτίμους. παρόρνιθας] παρ' ὄρνιθας Ald. Turn. 769. ὀρθουμένοις] Sic Turn. ὀρθουμένων Ald. Rob. Vict. 771. εὐμενέστεροι] ἀσμενέστεροι Rob. 776. εἵλεσθέ μου] εἵλετέ μου Ald. 779. ἀντιπαθῆ] ἀντιπενθῆ Rob. Turn. Vict. 781. χθονὶ ἄφορον] χθονιαφόρον Ald. Rob. Turn. Vict. χθονιαφθόρον conj. Stanl. χθονόφθορον mavult Heath.

Ἀμηχάνους ἐπάξομεν δυσπραξίας,

sic recte et mollior constructio fuerit, et elocutio elegantior. Neque tamen non audiendus videtur Heathius, sic locum nostrum emendans:

Ἀμηχάνοισι φράξομεν δυσπραξίαις
Ὁδοὺς, ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους
Τιθέντες.

Abreschius tamen vulgatæ structuram sic exponit: αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε, τιθέντες ὁδοὺς ἀθύμους δυσπραξίαις ἀμηχάνοις καὶ πόρους παρόρνιθας τοῖς παραβαίνουσι τὰ ἐμὰ νῦν ὁρκώματα, πράξομεν ὡς αὐτοῖς μεταμέλῃ πόνος.

776. κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου. "Supra v. 142. sqq. non leges, sed Orestem sibi ereptum et v. 320. ὁ Λατοῦς ἶνις μ' ἄτιμον τίθησι τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα. Vereor itaque, ne quid interciderit." *Abresch.*

779. ἀντιπαθῆ. Lectionem ἀντιπενθῆ, quam Scholiastes quoque in codice suo invenit, jure præferendum censet Heathius.

781. χθονὶ ἄφορον. Sic legendum esse jam viderat Auratus. Cf. Spanhem, ad Joseph. ed. Havercamp. tom. ii. p. 419.

782. Λιχήν. Significatur *pestiferum virus ex sanguineis Eumenidum stillis propagatum.*

Ἰὼ δίκα, πέδον ἐπεσσυμένος
Βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.
Στενάζω; τί ῥέξω;
Γένωμαι; δύσοιστα
Πολίταις ἔπαθον.
Ἰὼ μεγάλα τοι,
Κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς, ἀτιμοπενθεῖς.
Ἀθ. Ἐμοὶ πίθεσθε, μὴ βαρυστόνως φέρειν.
Οὐ γὰρ νενίκησθ', ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
Ἐξῆλθ' ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν.
Ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν·
Αὐτός θ' ὁ χρήσας, αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,
Ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.
Ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον

783. ἐπεσσυμένος] ἐπεσύμενος Rob. 784. κηλῖδας] κλῖδας Rob. βαλεῖ] Hæc est lectio Turn. quam cum Stanleio prætulimus. Vulg. βαλεῖν. 788. μεγάλα τοι] μεγάλα του Ald. Rob. 791. πίθεσθε] πείθεσθε Rob. 793. ἀτιμίᾳ] ἀτιμίας Turn. 795. ὁ χρήσας] ἠθήσας Ald. ὁ θήσας Rob. 797. δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ] δέ

ἄφυλλος, ἄτεκνος. I. e. *frugibus terræ et humanæ soboli perniciosus*; ut Sophocles de peste in Thebas sæviente Œd. Tyr. 25.

Φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονὸς
Φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις, τόκοισί τε
Ἀγόνοις γυναικῶν.

Et Virgil. Æn. iii. 137.

subito cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miserandaque venit
Arboribusque satisque suis et letifer annus." *Wakefield.*

784. βροτοφθόρους. Wakefieldus reposuit βοτοφθόρους. Non assentior.

785. τί ῥέξω; γένωμαι; *Quid faciam? aut quid me fiet?*

790. ἀτιμοπενθεῖς. H. e. *ob* ἀτιμίαν *tristes, contumelia contristatæ.*

791. βαρυστόνως. "*Ægre graviter*, quasi infelices et κακοδαίμονες. Hesych. βαρύστονος· κακοδαίμων. Sophocles Œd. Tyr. 1263.

Λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ᾔδειμεν τὸ μὴ οὐ
Βάρυστον' εἶναι." *Wakefield.*

792. ἰσόψηφος δίκη. "*Causa exitum sortita seu peracta et finita est paribus suffragiis parive calculorum numero.* Sic ἐξελθεῖν itemque ἐκβῆναι, ἐξιέναι alii." *Abresch.*

796. βλάβας ἔχειν. "Schol. illustrat per ὑπέχειν; potuisset quoque exponere λαμβάνειν et ἀπολαύειν. Sic λαβεῖν βλάβας Choëph. 496." *Abresch.*

Σκήψησθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ᾽ ἀκαρπίαν
Τεύξητ᾽, ἀφεῖσαι δαιμόνων σταλάγματα,
Βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους.
Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι
Ἕδρας τε καὶ κευθμῶνας ἐνδίκου χθονὸς,
Λιπαροθρόνοισιν ἡμένας ἐπ᾽ ἐσχάραις,
Ἕξειν, ὑπ᾽ ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας.
Χο. Ἰὼ θεοὶ νεώτεροι, παλαιοὺς νόμους

τε τῆδε γῇ Rob. 798. σκήψησθε] σκήψασθε Ald. Turn. 799. δαιμόνων] Pauw. conj. δαΐων. Nobis autem poëta scripsisse videtur ἀφεῖσαί γ᾽ αἱμόνων σταλαγμάτων——. 800. αἰχμὰς] αὐχμοὺς conj. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Dianam. Male. 801. πανδίκως] πάνδικος Ald. 802. ἐνδίκου] Heathius conj. ἐνδίκως. Sed verisimilius est Æschylum scripsisse εὐμοίρου χθονὸς ut v. 888. vel aliud epitheton ejusdem significationis posuisse; ἐνδίκου autem librario deberi, cui terminatio vocabuli πανδίκως, quod præcessit, adhuc obversaretur.

798. σκήψησθε. "Pro ἐνσκήψησθε, ut v. 886. ἐπιῤῥέπειν μῆνιν καὶ κότον τῇ πόλει, et ὑπερθύμως δύσκηλον στῆσαι χθόνα. v. 822. *Abresch.*

799. δαιμόνων σταλάγματα. Abreschius quidem explicat *gravia et magna*, ut φόβοι δαιμόνιοι Pind. Nem. ix. 64. At hoc durissimum est, præsertim ex universa orationis perpetuitate spectatum. Itaque manemus in sententia, ut δαιμόνων corruptum esse statuamus. Idem placet Wakefieldo, qui vel λαιμάτων, vel πλευμόνων legendum esse suspicatur. Propius ad scripturæ vestigia accederet:

ἀφεῖσαι γ᾽ αἱμόνων σταλαγμάτων
Βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους.

Nempe σταλάγματα hic idem quod v. 784. βροτοφθόροι κηλῖδες. Αἰχμαὶ σταλαγμάτων βρωτῆρες σπερμάτων ἀνήμεροι poëtica audacia dici possunt, *stillæ sanguineæ* Eumenidum *tanquam immites falcium cuspides semina frugum necantes.* Male *dentes insectorum* segetes rodentium intelligit Wakefieldus. Fortasse tamen δαιμόνων σταλάγματα sic defendi potest, ut de *grandine* intelligatur, Furiarum ira segetibus immisso. Sic enim Theophrastus de C. Plant. l. v. c. 11. ὥς γ᾽ ἔνιαι (scil. plantarum φθοραὶ) καὶ ἀπὸ τῶν δαιμόνων συμβαίνουσι, καθάπερ ἡ χαλαζοκοπία. Et grandines optime dici possunt αἰχμαὶ βρωτῆρες σπερμάτων ἀνήμεροι. Ceterum hic locus ceterique in hac tragœdia, ubi de noxis ex furiarum ira in terram redundantibus agitur, optime illustratur his Callimachi versibus Hymn. in Dianam, v. 124. sqq.

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐκμάξεαι ὀργήν.
Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ᾽ υἱάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες
Ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες, ἠὲ φυγοῦσαι
Τίκτουσιν· τῶν δ᾽ οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη.

802. ἕδρας. "*Sedes* h. e. templum; unde Cic. de N. D. iii. 18. *Sin hæc dea est, cur non Eumenides quæso deæ sunt? quarum et Athenis fanum est et apud nos etc.*—" *Wakefield.*

Καθιππάσασθε, κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος,
Ἐν γᾷ τᾷδε φεῦ
Ἰοὺ ἰοὺ ἀντιπαθῆ
Μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν
Χθονὶ ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
Λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος
Ἰὼ δίκα πέδον ἐπεσσυμένος
Βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.
Στενάζω; τί ῥέξω;
Γένωμαι; δύσοιστα
Πολίταις ἔπαθον.
Ἰὼ μεγάλα τοι,
Κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς, ἀτιμοπενθεῖς.
ΑΘ. Οὐκ ἔστ' ἄτιμοι, μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν
Θεαὶ βροτῶν στήσητε δύσκηλον χθόνα.
Κἀγὼ πέποιθα Ζηνὶ, καὶ τί δεῖ λέγειν;
Καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη θεῶν
Ἐν ᾧ κεραυνός ἐστιν ἐσφραγισμένος·

811. *χθονὶ ἄφορον*] *χθονιάφορον* Ald. etc. *χθονιαφθόρον* conj. Stanl. 818. *μεγάλα τοι*] *μεγάλατοι* Ald. 821. *μηδ'*] *μὴ δ'* Rob. 822. *δύσκηλον*] Pauw. conj. *δύσκολον*. 826. *ἐν ᾧ*] Scriptum ab Æschylo fuit, ut opinor, *ἐν οἷς*.

κευθμῶνας. " *Adyta, penetralia, templorum recessus*. Cf. Eurip. Alc. 885. Musæus v. 119.

ἔσχατα τιμήεντος ἀγὼν ἐπὶ κυύθεα
νηῶ.—" *Wakefield*.

823. *καὶ τί δεῖ λέγειν*; *Et quorsum dicam?* quasi dicat: *Nolim sane vires meas gloriari et quantum valeam irata*; —" *Wakefield*.

825. *καὶ—θεῶν*. " Hoc etiam Virgilius testatus est, quod nec Stanleium fugit. Æn. i. 46. de Minerva:

Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis;

ubi Servius consulendus est. Nec appositus non videtur Callimachus Jac. Pall. 131.

Ὡς φαμένα κατένευσε· τὸ δ' ἐκτελὲς, ᾧ κ' ἐπινεύσῃ
Παλλὰς, ἐπεὶ μούνᾳ Ζεὺς τό γε θυγατέρων

Ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ· σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ
Γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς ἐπὶ χθόνα
Καρπὸν φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.
Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
Ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί·
Πολλῆς δὲ χώρας τῆσδε τἀκροθίνια
Θύη, πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους,
Ἔχουσ' ἐς αἰεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

Χο. Ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,
Ἐμὲ παλαιόφρονα κατὰ γᾶν οἰκεῖν,
Ἀτίετον, φεῦ, μύσος.
Πνέω τοι μένος, ἅπαντά τε κότον.
Οἶ, οἶ, δᾶ, φεῦ.
Τίς μ' ὑποδύεται
Πλευρὰς ὀδύνα;
Θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ. Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμίαν

830. κοίμα] κοίματος Ald. 833. θύη] Vulg. θύῃ. Illud autem verum esse jam Stanl. divinavit; nec aliter verborum constructio constat. τέλους] τέλος Turn. 836. παλαιόφρονα] παλαιόφρονα Vict. 841. πλευρὰς] πλευρᾶς Rob. 843. τιμᾶν δαμίαν] τιμῶν δαμαίων Rob.

Δῶκεν Ἀθαναίᾳ πατρῷϊα πάντα φέρεσθαι." *Wakefield.*

828. γλώσσης ματαίας καρπὸς sunt *linguæ* ira concitatæ, adeoque *ad temeritatem et audaciam pronæ imprecationes, quibus efficitur ut omnia male procedant.*

830. κοίμα—μένος. *Consopias quæso atræ bilis in te effervescentis acerbam vim.*

832. sqq. πολλῆς—λόγον. *Erit profecto cum tu sermonem meum laudabis, si magnæ hujus regionis sacrificia ex primitiis pro liberis, et in nuptiarum solemnibus tibi oblata fueris adepta.*

θύη. "Nihil aliud esse videtur ἀκροθίνια θύη, quam primitiæ in sacrificiis oblatæ, seu sacrificia ex primitiis, vel prima sacrificia. Hesych. Θύη· θύματα, ἀρώματα, et Θύα — — λέγεται δὲ καὶ τὰ θυόμενα τῶν θεῶν. Sine dubio hunc ipsum locum respexit: licet enim hoc apud Hippocratem inveniatur et in operibus Galeni eodem modo; Hesychius tamen poëtas potius quam medicos respicere solet. Ut igitur in Agam. τόδ' ἐπέθου θύος, ita et hic θύη." *Stanl.*

836. παλαιόφρονα. "Non recte vertit interpres *vetulam*, intelligi ut debeat docent verba Minervæ v. 846, 847. γεραιτέρα γάρ εἶ, καὶ—σοφωτέρα." *Abresch.*

Θεῶν δυσπάλαμοι
Παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.
'ΑΘ. 'Οργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ.
Καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα·
Φρονεῖν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.
'Υμεῖς δ' ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα
Γῆς τῆσδ' ἐρασθήσεσθε· προὐννέπω τάδε.
Οὐ πιῤῥέων γὰρ τιμιώτερος χρόνος
Ἔσται πολίταις τοῖσδε. Καὶ σὺ τιμίαν
Ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις 'Ερεχθέως
Τεύξῃ παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων
Ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
Μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας σπλάγχνων βλάβας
Νέων, ἀοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασι·
Μηδ', ἐξόρουσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων,

847. γε μὴν] μὲν Rob. 858. ἀοίνοις] ἀοίνους Ald. Sensus postulat παροίνοις. 859. ἐξόρουσ'] Sic emendavimus vulg. ἐξελοῦσι, quod nullo modo admitti potest. Pauwii conjectura ἐκχέουσ' haud melior vulgata lectione.

846. ὀργὰς ξυνοίσω σοι. Casaubonus Abreschio teste legendum censuerat, ὀργὰς μὲν οἴσω σοῦ, quod si in codice aliquo reperiretur, haud spreverim.

847. καί τοί γε. Quod Casaubono in mentem venit, κἂν εἴ γε non est ejusmodi, ut vulgatam lectionem loco movere debeat.

852. sqq. καὶ σὺ τιμίαν—βροτῶν. "Ἔχουσα τεύξῃ pro ἕξεις, de qua periphrasi plura *Diluc. Thucyd.* p. 484." Structuræ ordo est: καὶ σὺ τεύξῃ ἔχουσα ἕδραν πρὸς τοῖς τοῦ 'Ερεχθέως δόμοις τιμίαν παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων, ὅσην—βροτῶν.

856. sqq. Minerva hortatur Eumenides, ne in Attica vel inter privatos sanguineas rixas, vel bellorum civilium semina excitent. ἀοίνοις θυμώμασι defendi nequit. Ebrietas designatur, rixarum præsertim inter adolescentes fœcundissima mater. Itaque παροίνοις legendum, quam lectionem Scholiastes quoque in interpretando secutus est.

859. μήδ' ἐξόρουσ'. Vulgatam lectionem ἐξέλουσ' Wakefieldus sic interpretari conatur: *neque ponas inter meos cives contentiosum Martem, quasi exsecueris, ut in eorum corpora transferres cor gallorum, pugnacissimi animalis.* Quam durum tamen hoc sit, ipse sensit; et emendationem μηδὲ πτέρουσ' proposuit, cum Schol. lectionem codicis sui explicasset ἀναπτερώσασα. Quod autem nos dedimus, ἐξόρουσ' ad vestigia

Ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
Ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν,
Θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρὼν,
Ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
Ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.
Τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ,
Εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην
Χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης.
Χο. Ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,
Ἐμὲ παλαιόφρονα κατὰ γᾶν οἰκεῖν
Ἀτίετον, φεῦ, μύσος.
Πνέω τοι μένος, ἅπαντά τε κότον.
Οἶ, οἶ, δᾶ, φεῦ.
Τίς μ' ὑποδύεται
Πλευρὰς ὀδύνα;
Θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ. Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν δαμίαν
Θεῶν δυσπάλαμοι
Παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.
Ἀθ. Οὔτοι καμοῦμαί σοι λέγουσα τἀγαθά·
Ὡς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ,

860. ἱδρύσῃς Ἄρη] ἐν τοῖς ἐμοῖσιν αὐτοῖσιν ἱδρύσῃ κόρη nimis corrupte! Ald. Sic et Rob. nisi quod pro κόρη habet βάρη. ἐν τοῖς ἐμοῖς αὐτοῖσιν ἱδρύσῃ κόρη Turn. Reliquæ editiones ἱδρύσῃ κάρα. Sed unice verum est, quod jam viderat Steph. ἱδρύσῃς Ἄρη. 861. ἀλλήλους] ἐλλήνους Ald. 862. οὐ μόλις παρὼν] An οὐ πόλει παρών? 869. παλαιόφρονα] παλαιόφρονα Ald. ut supra.

scripturæ proxime accedit, et huic Scholiastæ interpretamento ipsum optime respondet.

860. ἱδρύσῃς Ἄρη. Hanc Stephani emendationem Wakefieldus quoque in textum recepit, dubitans tamen an Æschylus scripserit ἱδρύσῃ χέρα, quo minime opus est.

862. οὐ μόλις παρών. Elegantissime Wakefieldus emendavit οὐ μῶλος παρὼν, in quo manum Æschyleam sic agnoscere mihi videor, ut conjecturam, quam in notis ad V. L. proposueram, οὐ πόλει παρὼν prorsus abjiciam. μῶλος de seditione ac tumultu inter cives coorto aptissime dicitur.

Θεὸς παλαιὰ, καὶ πολισσούχων βροτῶν,
Ἄτιμος ἔῤῥειν τοῦδ᾽ ἀπόξενος πέδου.
Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι Πειθοῦς σέβας,
Γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
Σὺ δ᾽ οὖν μένοις ἄν· εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν,
Οὔτ᾽ ἂν δικαίως τῇδ᾽ ἐπιῤῥέποις πόλει
Μῆνίν τιν᾽, ἢ κότον τιν᾽, ἢ βλάβην στρατῷ.
Ἔξεστι γάρ σοι τῇδε γ᾽ εὐμοίρου χθονὸς
Εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.
Χο. Ἄνασσ᾽ Ἀθάνα, τίνα με φῂς ἔχειν ἕδραν;
Ἀθ. Πάσης ἀπήμον᾽ οἰζύος· δέχου δὲ σύ.
Χο. Καὶ δὴ δεδέγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;
Ἀθ. Ὡς μή τιν᾽ οἶκον εὐθενεῖν ἄνευ σέθεν.

881. πολισσούχων] πολισσοῦχος citatur a Steph. e MS. 888. τῇδε] Pauwius mavult τῆσδε. εὐμοίρου] ἀμοίρου Ald. 893. εὐθενεῖν] ἀθενεῖν Rob. εὐσθενεῖν ceteræ edd. Verum εὐθενεῖν hic aptius.

883. σέβας. "Duplicem hæc admittunt structuram, sensu nil variante, vel hanc nempe, ἀλλὰ σὺ δ᾽ οὖν μένοις μὲν ἂν, εἰ (τὸ) σέβας τῆς Πειθοῦς (τῆς) ἐμῆς γλώσσης ἐςί σοι μείλιγμα ἁγνὸν καὶ θελκτήριον, vel si trajectio sit conjunctivæ: ἀλλ᾽ εἰ μὲν τὸ σέβας τῆς (ἐμῆς) Πειθοῦς ἐστί σοι ἁγνὸν καὶ τὸ μείλιγμα τῆς ἐμῆς γλώσσης θελκτήριον—" *Abresch.*

Neutra vero nobis ratio placet. Πειθὼ enim est *Suada* dea, quod clare intelligitur ex v. 968. sqq.

στέργω δ᾽ ὄμματα Πειθοῦς
ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ᾽ ἐπωπᾷ
πρὸς τάσδ᾽ ἀγρίως ἀπανηναμένας.

Adeoque μείλιγμα καὶ θελκτήριον appositionis figura referuntur ad Πειθοῦς σέβας. *At si revereris Suadæ majestatem, quæ linguam meam demulcendi ac deliniendi vim imbuit.* Apte laudavit Wakefieldus fragm. ex Euripidis Antigone:

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος
Καὶ βωμὸς αὐτῆς ἐστὶν ἀνθρώπου φύσις.

886. ἐπιῤῥέποις. Transitive ἐπιῤῥέπειν (pro *infligere*) ut καταῤῥέπειν apud Soph. Antig. v. 1172.

888. τῇδε γ᾽ εὐμοίρου χθονός. Verti potest *hic in beata regione*, ut dicitur *hic loci.* Non enim opus est Wakefieldi correctione τῇδ᾽ ἐπ᾽ εὐμοίρου χθονός. Casaubonus emendandum censuerat: τῆσδε γ᾽ ἐν μοίρᾳ χθονὸς, haud male. Cantero placebat: τῆσδε γ᾽ ἐμμοίρῳ χθονὸς, Heathio: τῇδε γ᾽ εὐμοίρῳ χθονὸς, et εὐμοίρῳ cum εἶναι copuletur.

891. ἀπήμον᾽. "Ἀπήμων Hesych. exponit per ἀβλαβὴς, ἀπήμαντος ἀναμάρτητος, ita nempe continua serie legendum puto." *Abresch.*

892. τίς δέ μοι τιμὴ μένει. Ut in Sept. adv. Theb. v. 909. μένει κτέανα ἐπιγόνοις, et Virg. i. Æn. 257. *manent immota tuorum fata tibi.*

893. εὐθενεῖν. "Vulg. εὐσθενεῖν. Adscripsit Scaliger vel εὐθενεῖν iv. 304.

Χο. Σὺ τοῦτο πράξεις, ὥστε με σθένειν τόσον;
᾿Αθ. Τῷ γὰρ σέβοντι συμφορὰς ὀρθώσομεν.
Χο. Καί μοι προπαντὸς ἐγγύην θήσῃ χρόνου;
᾿Αθ. Ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν, ἃ μὴ τελῶ.
Χο. Θέλξειν μ' ἔοικας, καὶ μεθίσταμαι κότου.
᾿Αθ. Τοὶ γὰρ κατὰ χθόν' οὖσ' ἐπικτήσῃ φίλους.
Χο. Τί οὖν μ' ἀνώγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;
᾿Αθ. Ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
Καὶ ταῦτα γῆθεν, ἔκ τε ποντίας δρόσου,
᾿Εξ οὐρανοῦ τε κἀνέμων ἀήματα

896. προπαντὸς] hoc auctore Abreschio inveximus. Id edd. est πρὸ παντὸς—. 900. τῇδ' ἐφυμνῆσαι] τῇδ' εὐφημῆσαι Ald. τῇδε φημῆσαι Turn. 901. ὁποῖα] cum signo interrogationis alicubi scriptum reperit Steph.

intendens v. 906. Dubiæ certe auctoritatis verbum est, et sæpissime insidiantia sibi ac permutata invenies εὐθύνειν, εὐθενεῖν, εὐθηνεῖν." *Abresch.*

Hesych. Εὐθενεῖν, εὐπαθεῖν, quod h. l. sine dubio aptius est. Recepit quoque in textum Wakefieldus.

895. *συμφορὰς ὀρθώσομεν. Curabimus enim, ut is qui nos pie coluerit prospera utatur fortuna.*

896. θήσῃ. Wakefieldus rescripsit θήσει.

898. *μεθίσταμαι κότου.* "Ut λύπης, φόβου μεθίστασθαι. Eurip. Heracl. v. 796. *νέος μεθίστημ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ.* Et Aristoph. Vesp. v. 1442. *ζηλῶ σὲ τῆς εὐτυχίας τὸν πρέσβυν οἷ μετέστη ξηρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς.*" *Abresch.*

899. ἐπικτήσῃ. Wakefieldus Atticam formam ἐπικτήσει ascivit.

901. *νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα.* "Pro ἀγαθῆς καὶ καλῆς. Ut *φρονεῖν μὴ κακῶς* v. 848. et contra *μὴ καλῶς* pro *κακῶς* Prometh. v. 1011. ἐπίσκοπα pro τυγχάνοντα, vid. Hesych. et Not. quo sensu frequens. *Them.* Orat. viii. p. 116. B. xi. 143. A. etc. conf. *Spanh.* ad Julian. p. 114." *Abresch.*

Nempe *νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα* dicuntur omnia bona, quæ ad justam victoriam in bello de hostibus reportandam valent *(alle zu gerechten Siegen zweckdienliche Güter)*, nimirum frugum copia, armentorum et equorum abundantia, *felicia* humanæ sobolis incrementa, quæ omnia deinceps enumerantur.

902. *καὶ ταῦτα γῆθεν.* Hic locus mirifice illustratur carmine supra a nobis emendatio Choëph. v. 581. sqq. ut enim ibi mala hominibus ex terra, e mari, e fulguribus cœli, et ventorum tempestatibus impendentia memorabantur, sic h. l. Minerva petit, ut Eumenides ex omnibus hisce naturæ partibus Atheniensibus bona paret. *ἐκ ποντίας δρόσου ex marino rore*, nihil aliud est quam ex *mari*, poëtica circumlocutione. ἐξ *οὐρανοῦ* pertinet ad *fulgura*, ut Latini *de cælo tangi* pro *fulmine tangi*.

903. *κἀνέμων ἀήματα* Εὐηλίως πνέοντ'. *Venti claro sole spirantes*, adeoque innoxii, tepidoque flatu terram recreantes. Apte comparavit Wakefieldus Virg. Georg. ii. 330.

Εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
Καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίῤῥυτον
Ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
Καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.

904. εὐηλίως] εὐηλίως Rob. Vict. 905. βοτῶν] Sic rescribendum esse bene monuit Stanl. Vulgo βροτῶν. 906. εὐθενοῦντα] εὐθενοῦντας Rob. 908. ἐκφορωτέρα πέλοις] Suspicor legendum esse ἐκφορώτεραν πέλειν.

Parturit almus ager *Zephyrique tepentibus auris*
Laxant arva sinus.

Idem tamen arbitratur poëtam scripsisse

ε ὐ η ν ί ω ς πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα.

leni cursu venientes. Ingeniosa profecto conjectura, non tamen necessaria. Vulgata enim cum per se sensum præbet minime ineptum, tum propterea τῷ ε ὐ η ν ί ω ς præferendum videtur, quod, etsi alias ventis currus tribuuntur, h. l. tamen cum πνέοντα et ἐπιστείχειν male coit εὐηνίως.

904. πνέοντ' ἐπιστείχειν. "I. q. alias uno verbo ἐπιπνέειν, in quo præpositio locum τοῦ ἐπιστείχειν supplere potest. Sic Aristid. l. i. p. 291. Ζέφυροι ἐρήμην ἐπιπνέουσι." *Abresch.*

905. sqq. Καρπὸν—σωτηρίαν. Poscit Minerva ut Eumenides, quicquid arborum, pecudum, hominum satu proveniat, h. e. cujuscunque generis fœtus incolumes præstent.

ἐπίῤῥυτον, *copiose affluentem.* Bene comparavit Wakefieldus Horatianum illud: Od. i. 17. 15.

hic tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

908—910. τῶν δυσσεβούντων—ἀπένθητον γένος. Magnopere vereor ne transpositi sint a librariis versiculi. Certe si sic eos collocaveris:

Στέργω γὰρ ἀνδρὸς φιτυποιμένοις δίκην
Τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
Τοιαῦτα σοῦ 'στι. — —

multo aptius inter se, et cum antecedentibus, consequentibusque cohærebunt. Minerva enim, quæ bona civibus suis ab Eumenidibus præstari vellet, enumeraverat. Jam igitur causam, cur ista civibus suis expetat, addit: *Ut enim hortulanus aliquis plantas suas diligenter colit et fovet, sic ego magno amore complector cives hosce, qui quidem justi fuerint, atque ab omni luctu liberos esse cupio. Impios vero, si qui fuerint, quo minus exstirpes nihil impedio.*

In ἐκφορωτέρα Abreschius imaginem ab *elatione funeris* ductam esse existimat. Aptius tamen est, sic interpretari, ut Æschylus respexerit ad *noxias et inutiles herbas, quæ ex horto egeruntur, et exstirpantur.* Hoc enim interdum dicitur ἐκφορεῖν. Wakefieldus ἐκφορωτέρα reddit *infructuosior*, q. d. illis facias potius *vacuam* domum quam *plenam.* Enimvero si hoc voluisset Æschylus, τοῖς δυσσεβοῦσι scribendum erat. Heathii vero ratio textum pariter ac sententiam corrumpit:

τῶν δ' ε ὐ σ ε β ο ύ ν τ ω ν ἐκφορωτέρα π έ λ ο ι ς.

Piorum vero semina ut partum maturum sortiantur magis efficias; in quo nihil aliud lucramur quam inanem sententiæ v. 907. jam aliis verbis luculentius expressæ repetitionem.

Στέργω γὰρ, ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην,
Τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τοιαῦτα σοῦ 'στι. Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
Πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
Τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾷν πόλιν.
Χο. Δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν, στρ. α'.
Οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν
Τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς
Ἀρής τε φρούριον θεῶν νέμει,
Ῥυσίβωμον Ἑλλα-

909. *φιτυποιμένος*] Præstantissimam hanc lectionem revocavi e Turnebiana. In ceteris edd. est *στέργω γὰρ ἀνδρὸς φῖτυ, ποιμένος δίκην.* 911. *σοῦ 'στι*] *σ' ουτοι* Turn. 912. *ἀνέξομαι*] *ἀφέξομαι* conj. Pauw. 918. *ῥυσίβωμον*] *ῥυσίβολον* Ald. Turn.

909. *ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην.* Optime hortulanus dicitur *φιτυποιμὴν* q. *plantarum pastor, ein Hüter und Pfleger der Pflanzen.* Heathius quidem Turnebianam lectionem *φιτυποιμὴν* veram esse vidit, sed parum recte intellexit. Accepit enim de *homine, cui cura prolem pecudum tenellam educendi commissa sit.* Atqui si hoc significare voluisset Æschylus, *ποιμένος*, non *φιτυποιμένος* scripsisset.

911. *Τοιαῦτα σοῦ 'στι. Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγώ.* Neminem vidi interpretum, qui quomodo ista cum superioribus cohæreant, satis declararet. Abreschius tamen sensisse videtur. Nempe hæc referuntur ad initium orationis v. 901.

ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα.

Hactenus enim Minerva recensuerat emolumenta, quæ *domi*, et *pacis tempore* civitati suæ ab Eumenidibus tribui vellet, quæ ad bella, justa quidem illa, feliciter gerenda victoriamque de hostibus obtinendam utilia sint. Has dicit Eumenidum partes esse. *Τοιαῦτα σοῦ 'στι.* Jam vero quod ad *bella* ipsa attineat, horum recte et feliciter gerendorum curam sibi vindicat. *Ego vero, quod ad inclyta bellica certamina attinet, nunquam committam, ut hanc urbem inter mortales victoriæ honore privari patiar.*

911. *ἀρειφάτων* i. q. *ἀρείων*, ut apud Eurip. Suppl. v. 124. *ἀρείφατοι φόνοι.* Hesychius: *Ἀρείφατον λῆμα· ἰσχυρόν· ἀντὶ τοῦ· Ἄρει ἐοικώς. Αἴσχυλος Νεανίσκοις.*— Nihil igitur egemus Wakefieldi correctione: *ἀριφραδῶν.*

914. sqq. *Δέξομαι—ἁλίου σέβας.* *Accipiamus igitur Pallades contubernium* (sedem in urbe Athenarum mihi oblatam) *nec ignominia afficiamus urbem, quam et præpotens Jupiter et Mars tanquam præsidium deorum colit, ac tanquam ornamentum ac decus Græcorum numinum, altaribus eorum tuendis idoneum. Cuique adeo et nos ipsæ precamur, benevole simul vaticinatæ* (preces nostras ratas fore), *ut jucundum solis jubar omnium rerum vitæ alendæ utilium affluentum copiam e terra educat.*

918. *ῥυσίβωμον — δαιμόνων.* Stanl. vertit: *liberans per altaria Græcos dele-*

νων ἄγαλμα δαιμόνων.
Αἶτ' ἐγὼ κατεύχομαι,
Θεσπίσασα πρευμενῶς
Ἐπισσύτους βίου τύχας ὀνησίμους,
Γαίας ἐξαμβρύσαι
Φαιδρὸν ἁλίου σέλας.

ΑΘ. Τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις
Πράσσω, μεγάλας καὶ δυσαρέστους
Δαίμονας αὐτοῦ καταναssαμένη.
Πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ἔλαχον διέπειν.
Ὁ δὲ μὴν κύρσας βαρέων τούτων,
Οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου.
Τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀμπλακήματά νιν

920. Αἶτ'] ᾇτ' Turn. 922. ἐπισσύτους] ἐπιτεύκτους Turn. 923. ἐξαμβρύσαι] In edd. est ἐξαμβρόσαι. Pauwius conj. ἐξαμβλῶσαι, vel ἐξαμβρύσαι. Posterius aptissimum h. l. recepimus. 930. ὁ δὲ μὴν] ὁ δὲ μὴ Ald. etc. Μὴν autem rescripsimus, exigente sensu. Pauwius δὴ reponendum putabat. Sed hæc particula ab h. l. aliena.

ctamentum deorum; qua ex versione nemo vel pistillo sensum extundat. Imo vero Athenæ dicuntur *deorum præsidium et decus, quoniam altaria eorum reficiant, ac templa sarta tecta tueantur.*

920. sqq. *αἶτ' ἐγώ.* Wakefieldus h. l. ita refingit:

ἅ ς ἐγὼ κατεύχομαι
θεσπίσασα πρευμενῶς
ἐπισσύτους βίου τόκους ὀνησίμους,
γυίας τ' ἐξαμβρύσαι
φαιδρὸν ἁλίου σέλας.

Sed omnibus hisce correctionibus facile caremus.

927. *καταναssαμένη. Persuasis ut hic sedem capiant magnis illis deabus et ægre placabilibus.*

930. *ὁ δὲ μήν.* Vulgatam quidem lectionem *ὁ δὲ μὴ* sic exponere tentat Abreschius: *Has qui non expertus fuerit graves acerbas et infestas, etsi priorum delicta morti eum succumbere cogant, tamen calamitatum malorumque, quæ manent impios, expers agit.* At non cogitavit vir doctus hanc sententiam iis, quæ proxime sequuntur, prorsus repugnare. Si vero *ὁ δὲ μὴν* legamus, nihil est universa sententiarum continuatione aptius. *Quisquis vero has deas nactus est graves et iratas, ipse nescit unde ipsi accidant vitæ calamitates. Alia enim crimina ex aliis prioribus nata eum in has detrudunt, ac tacita pernicies, etiamsi vehementer vociferantem inimico irarum impetu perdit.* Omnino ad illu-

Πρὸς τάσδ' ἀπάγει, σιγῶν ὄλεθρος
Καὶ μέγα φωνοῦν-
τ' ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει.
Χο. Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, ἀντ. α'.
Τὰν ἐμὰν χάριν λέγω,
Φλογμός τ' ὀμματοστερὴς
Φυτῶν, τὸ μὴ περᾷν ὅρον τόπων,

934. *μέγα φωνοῦντ'*] *μεγαφώνους τ'* Ald. *μεγαφώνους* Turn.

strandum h. l. comparandi sunt versus 547—562.

936. sqq. Δενδροπήμων—δόσιν τίοι. "Referuntur hæc ad ea, quæ Minerva v. 931. sqq. postulaverat. Τὰν ἐμὰν χάριν λέγω respicit, quæ eadem dea v. 925. dixerat, τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις πράσσω. Active ὀμματοστερὴς, ut ἀργυροστερὴς active et passive intelligi poterit, prout aliter atque aliter verba acceperis Choëph. v. 999. (Imo vero ibi quoque non aliter nisi active interpretandum est.) Patiendi sensu prius extat in Eurip. Phœniss. v. 330.—Τὸ μὴ περᾷν, pro τοῦ sive ὥστε et πρὸς τὸ μὴ περᾷν aut ἵνα μὴ περώῃ. Constructio, ni fallor, est δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα (τὰν ἐμὰν χάριν λέγω) φλογμός τε ὀμματοστερὴς φυτῶν τὸ μὴ περᾷν ὅρον τόπων, *si spirat ne transeat terminum locorum.* Διπλοῖσι correxerat Scaliger ut Stanleius. Εὐθενοῦντ' hic rursus volebat Casaubonum, quem et τῷ γόνος schedæ volunt adscripsisse al. τέκος. Sed credo pertinet hoc monitum ad τρέφοι, dederatque ὁ πάνυ, τέκοι, ut legit Auratus. Vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 54. Πλουτόχθων respondet illi καρπὸς γαίας v. 910. et μῆλα εὐθενοῦντα διπλοῖς ἐμβρύοις verbis v. 905. καρπὸν βοτῶν ἐπίῤῥυτον εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν. Vid. Hesych. voce πλοῦτος et hic Schol." *Abresch.*

936. δενδροπήμων. "*Nocens arboribus eas* ἀφύλλους *reddens et* ἀκάρπους. Vide v. 782. 906. sq." *Wakefield.*

πνέοι. "Nam arboribus fovendis *auræ* plurimum inserviunt, ita supra v. 903. et fructibus foliisque potissimum inimicus venit rubiginosus aër. Hinc Horatius carm. sec. 32.

Nutriant fœtus et aquæ salubres
Et Jovis auræ;

et Valerius Flaccus vi. 340.

Edonis nutritum missile ventis;

idem poëta ibid. v. 712.

Qualem si quis aquis et fertilis ubere terræ
Educet ac ventis oleam felicibus implet.

Cf. etiam Iliad. λ'. 256." *Wakefield.*

937. τὰν ἐμὰν χάριν λέγω nihil aliud est quam, *pergo enim beneficia mea enarrare;* et quod Abreschius putat hic respici verba Minervæ v. 925. in eo fallitur vir doctus. Ineptum enim esset Furias quasi repugnare velle Minervæ, quæ suo beneficio Eumenides populo conciliatas esse pronuntiaverat.

938. φλογμός. "De *solis ardoribus.* Huc referas Horatii Od. iii. 1. 36.

arbore nunc aquas
Culpante, nunc *torrentia* agros
Sidera *nunc hiemes iniquas;*

et ibid. 23. 5.

Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis nec sterilem seges
Rubiginem." *Wakefield.*

939. τὸ μὴ περᾷν ὅρον τόπων. Male Abreschius cum πνέοι conjunxit, q. d.

Μηδ' ἄκαρπος αἰα-
νὴς ἐφερπέτω νόσος·
Μῆλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν
Ξὺν διπλοισιν ἐμβρύοις
Γαῖα τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ· γόνος
Πλουτόχθων ἑρμαίαν
Δαιμόνων δόσιν τίοι.

'ΑΘ. Ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον,
Οἷ' ἐπικρανεῖ. μέγα γὰρ δύναται
Πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις
Τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν, περί τ' ἀνθρώπων
Φανερῶς τελέως διαπράσσουσι

943. δίπλοισιν] διπλοῖς Ald. Rob. etc. 944. γαῖα] abest Turn. Recte hoc supplendum censuit Stanl. 948. γὰρ abest Rob.

ne ventus limites transgrediatur. Refertur potius ad ὀμματοστερὴς φυτῶν, significatque interceptam oculorum s. gemmarum in arboribus progerminationem. Tum enim dici possunt oculi fructuarii περᾶν ὅρον τόπων, si feliciter crescunt, ac lætius se efferunt.

940. αἰανὸς—νόσος. "*Niger morbus.* Lucianus i. 243.

Et scabros nigræ morsu rubiginis enses ;

ut Claudian. Stil. ii. 194." *Wakefield.*

944. τρέφοι. Veram lectionem non est quod quis immutandam censeat. τίκτοι, quod in mentem venerat Aurato, ineptum est, quia id quidem ad ἔμβρυα, non autem ad μῆλα referri potest.

945. γόνος πλουτόχθων. Wakefieldus emendare audet

γόνος
Πλουτόχθων, ἑρμαία
Δαιμόνων δόσις, τίοι.

Sed vulgata recte se habet. *Uberes terræ proventus lucrosa deorum dona pendant,* h. e. fructus edant, quos homines tanquam dona et lucra deorum beneficio inventa percipiant.

947. πόλεως φρούριον. *Vos urbis custodes et præsides.* Areopagum alloquitur.

948. ἐπικρανεῖ. Metrum postulat ἐ π ι κ ρ α ί ν ε ι.

950. περί τ' ἀνθρώπων. Hæc sana esse vix crediderim. Jam Casaubonus π α ρ ὰ pro περὶ substituendum existimaverat. Tum vero ἀ ν θ ρ ώ π ο ι ς etiam esset scribendum. Optimum videtur τ ὰ π α ρ ἀ ν θ ρ ώ π ο ι ς corrigere. Sic enim

τὰ παρ' ἀνθρώποις
Φανερῶς τελέως διαπράσσουσι,

eandem sententiam aliis verbis enuntiatam repetit, quam v. 928. hoc modo elatam legimus :

Πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ἔλαχον διέπειν.

951. φανερῶς. Quid sibi voluerit Casaubonus Abreschio teste φανερῶν emendans, equidem haud assequor. Furiæ dicuntur hominum causas et fortunas manifesto et efficaciter tractare ; manifesto quidem, ut quivis earum

Τοῖς μὲν ἀοιδὰς, τοῖς δ' αὖ δακρύων
Βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι.

Χο. Ἀνδροκμῆτας δ' ἀώ- στρ. β'.
ρους ἀπεννέπω τύχας,
Νεανίδων τ' ἐπηράτων
Ἀνδροτυχεῖς βιότους
Δότε κύρι' ἔχοντας,
Θεαὶ, τῶν μοῖραι
Ματροκασιγνῆται,
Δαίμονες ὀρθονόμοι,
Πάντι δόμῳ μετάκοινοι,
Πάντι χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς,
Ἐνδίκοις ὁμιλίαις

952. δακρύων] κρύων Rob. 955. ἀώρους] ἀώροις Rob. 958. ἔχοντας] Sic emendavimus ipsi. Vulg. ἔχοντες. Stanl. emendandum arbitrabatur ἔχουσαι ut ad Θεαὶ pertineret. 962. μετάκοινοι] μεγάκοινοι Rob.

vim sentiat; efficaciter, ut nemo earum consilia et potestatem inhibere possit.

952. ἀοιδάς. H. e. vitam lætitiæ plenam.

δακρύων. Sine causa idonea Casaubonus δακρύοις corrigendum censuit. Βίος δακρύων est vita lacrymarum plena, lacrymabilis, ærumnosa.

953. ἀμβλωπόν. Metaphora a lacrymis oculorum aciem hebetantibus petita; quod apte Wakefieldus illustrat loco Senecæ tragici Herc. fur. 1043.

Quid hoc est? errat acies luminum,
Visusque mœror hebetat.

954. ἀνδροκμῆτας — τύχας. *Juvenum præmaturas mortes et acerba funera abominor.*

956. νεανίδων—ἔχοντας. *Amabilibus vero puellis vitam concedite felici conjugio et sorte iis conveniente beatam.* Βιοτὸς ἀνδροτυχὴς dicitur virginis conditio, quæ justo tempore et fausto eventu sponso elocatur. Βιοτὸς κύρια ἔχων, vel ad aptitudinem et paritatem conjugii, vel ad cetera quoque bona vitæ jucundæ idonea respicit.

959. τῶν μοῖραι ματροκασιγνῆται. "Nox enim et *Eumenidum* et *Parcarum* mater. Hesiodus de *Nocte* Theog. 217.

καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους.

Cum quo versu compares supra v. 317." *Wakefield.*

ματροκασιγνῆται male redditum a latino interprete: *materteræ*; vertendum erat: *sorores uterinæ.*

961. sqq. Δαίμονες—θεῶν. Hæc sententia mirum in modum obscuratur interpunctione vulgari, qua post ἐπιβριθεῖς commate distinguitur, quod autem sequitur ἐνδίκοις ὁμιλίαις cum ultimo versiculo conjungitur. Imo comma post ἐπιβριθεῖς tollendum ac post ἐνδίκοις ὁμιλίαις plenius distinguendum

Πάντα τιμιώταται θεῶν.

'Αθ. Τάδε τοι χώρᾳ
Τῇ 'μῇ προφρόνως ἐπικραινομένων
Γάνυμαι· στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς,
Ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷ
Πρὸς τάσδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας·
'Αλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος,
Νικᾷ δ' ἀγαθῶν
Ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός.

Χο. Τὰν δ' ἄπληστον κακῶν ἀντιστ. β'.
Μήποτ' ἐν πόλει στάσιν

974. ἄπληστον] ἄπλειστον Ald.

est. Qua ratione servata sensus oritur aptissimus: *O deæ justitiam et legum rigorem sancte observantes omnem domum ex æquo invisentes,* (scil. ab omni partium studio prorsus alienæ) *omnique tempore justo accessu irruentes, omnino autem* honoratissimæ *dearum.* Cf. supra v. 307. sqq.

965. πάντα. Dorice pro πάντη. Sed recte iota subscriptum sub ultimo A, quod nescio quomodo per editiones quasdam propagatum est, abjiciendum esse monuit Abreschius.

966. sq. τάδε τοι χώρᾳ—γάνυμαι. *Insigniter ego lætor hisce Deabus hæc omnia beneficia huic terræ meæ lubenter præstituris.*

968. στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς. *Exosculor autem Suadæ oculos, vehementer amo Suadam deam.*

969. ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷ. Malim imperfecto tempore ἐ π ώ π α; *quod linguæ meæ et ori invigilavit,* h. e. quod curavit, ut verbis meis inesset persuadendi vis, quæ *hasce deas initio asperc abnegantes id quod peterem, commoveret et flecteret.* Hoc modo si interpreteris ἐπώπα, non est quod cum Wakefieldo corrigendum censeas ἐ ν ώ μ α.

971. Ζεὺς ἀγοραῖος. "Epithetum compluribus diis commune, tum præcipue iis, qui rebus forensibus et facundiæ præsunt, quo sensu de Jove intelligendum hoc loco. Accedit, quod a Plutarcho de genio Socratis narratum, nempe Socratis patrem Oraculo monitum fuisse, ut sacra faceret ὑπὲρ αὐτοῦ (nempe pro filio recens nato) Διῒ ἀγοραίῳ καὶ Μούσαις." *Stanl.*

972. νικᾷ. Wakefieldus rescripsit νίκα, hoc modo interpretatus: *certamen erit nobis, utra pars in bonis populo Atheniensi conferendis alteram sit superatura.* Ad sententiam ingeniose et apte; ad constructionem verborum duriuscule. Si νικᾷ verum est, haud aliam elicio sententiam, nisi hanc: *altercatio nostra semper bonos quidem vincit.* Sic Heathio quoque visum; quem insolentior constructio verbi νικᾷν cum genitivo haud offendit. Facile tamen, si quis eam ferri posse neget, ἀ γ α θ ο ὺ ς corrigendum esse, in animum inducat.

975. στάσιν—βρέμειν. "*Fremere discordiam civilem.* Sic Virgil. Æn. i. 295.

Τᾶδ' ἐπεύχομαι βρέμειν.
Μηδὲ πιοῦσα κόνις
Μέλαν αἷμα πολιτᾶν,
Δι' ὀργὰν ποινὰς
'Αντιφόνους ἄτας
'Αρπαλίσαι πόλεως.
Χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν
Κοινοφελεῖ διανοίᾳ,
Καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί.
Πολλῶν γὰρ τόδ' ἐν βροτοῖς ἄκος.

'ΑΘ. 'Αρὰ φρονοῦσι γλώσσης ἀγαθῆς

976. ἐπεύχομαι] ἐπαύχομαι Rob. 986. 'Αρὰ] Sic scribendum esse conjecit Abreschius. Vulg. ἄρα. φρονοῦσι] φρονούσης Rob.

Furor impius intus
Sacra sedens super arma et centum vinctus aënis
Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.

Accedat Lucan. ix. 217.

fremet interna discordia vulgi."
Wakefield.

976. τᾶδ' ἐπεύχομαι βρέμειν. Wakefieldus quia putabat metrum hujus versiculi strophico non satis respondere, legendum opinatur:

τι τᾶδ' ἐπεύχομαι βρέμειν.

At misere friget illud τι, neque vero metri causa est quod laboremus. In versu enim antithetico

Νεανίδων τ' ἐπηράτων

priores duæ syllabæ νεα in unam coalescunt, versusque est trochaicus hephthemimeres, id quod jam Pauwius monuit.

977. sqq. μηδὲ πιοῦσα κόνις—ἀρπαλίσαι πόλεως. Recte post Pauwium Wakefieldus h. l. sic exposuit: *Neque pulvis sanguine civium hausto accipiat ultiones per furorem mutuum factas, cædes scilicet propter cædes.*

982. χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν — φρενί. *Gaudia potius et beneficia sibi mutuo tribuant* (scil. οἱ πολῖται) *communi ad ornandam remp. studio ducti, et odium quoque* (adversus communes reip. hostes) *unanimiter exerceant.* στυγεῖν pro στύγος dictum; et post μιᾷ φρενὶ repetendum est ἀντιδιδοῖεν.

985. πολλῶν—ἄκος. *Hoc enim multorum malorum inter mortales fuerit remedium.*

986. ἄρα—εὑρίσκεις. Ascivimus Robortelli lectionem, quæ commodum profecto sensum præbet. *Jam igitur viam invenis bene precandi sapientibus*, h. e. cum paulo ante in eo esses, ut civibus meis mala precareris, eosque læderes, jam fausta lingua uti didicisti erga eos, modo ipsi sapere didicerint. φρονοῦσι scil. respicit ultima Chori verba v. 974. sqq. ut enim illa Eumenidum vota pro Atheniensium populo concepta rata fierent, necesse erat ut ipsi cives sibi consulerent, et a seditionibus abstinerent. Pauwio placebat εὑρίσκειν suppleto ἐστί. Wakefieldus rescripsit Ἦ ῥα, servata lectione εὑρίσκειν, quam sic explicat: *Certe igitur sapientibus licet viam suadelæ reperire*; ut se ipsa Pallas laudet, ob Eumenides feliciter pacatas. At cum Pallas læti-

Ὁδὸν εὑρίσκει.
Ἐκ τῶν φοβερῶν τῶνδε προσώπων
Μέγα κέρδος ὁρῶ τοῖσδε πολίταις.
Τάσδε γὰρ εὔφρονας εὔφρονες αἰεὶ
Μέγα τιμῶντες, καὶ γῆν, καὶ πόλιν
Ὀρθοδίκαιον
Πρέψετε πάντες διάγοντες.
Χο. Χαίρετε, χαίρετ᾽ ἐν ἀζημίαις πλούτου, στρ. γ΄.
Χαίρετ᾽, ἀστυκὸς λεὼς,
Ἴκταρ ἥμενοι Διὸς,
Παρθένου φίλας φίλοι,
Σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ·

987. εὑρίσκει] εὑρίσκεις Rob. Fortasse igitur sic Æschylus scripserat: Ἆρ᾽ εὐφρονούσης γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκεις. 990. εὔφρονας] εὐφρόνως Rob. 994. χαίρετε] Hoc metri causa, Heathio auctore præfiximus, ut responderet versiculus antithetico. ἀζημίαις] Edd. pleræque ἀσιμίαις. αἰσιμίαις Rob. in textu: verum ad calcem editionis hoc ut erratum typographi notatur, et corrigitur ἀζημίαις. ἐραισιμίαις Turn. 995. ἀστυκὸς] Erotianus in lexico Hippocr. legit Ἀττικὸς, notante Steph. 997. παρθένου] Steph. in cod. invenit παρθένους.

tiam ex reconciliatis Eumenidum animis jam v. 966. ita significasset, ut id beneficium Suadæ deæ et Jovi ἀγοραίῳ acceptum ferret, non placet idem h. l. sic repeti ut suam ipsa sapientiam jactet. Quod autem Abreschio in mentem venit:

Ἆρα φρονοῦσι γλώσσης ἀγαθῆς
Ὁδὸν εὑρίσκει,

commodam sane sententiam afferret, *preces prudentibus faustæ linguæ viam inveniunt*, (ut Germanorum proverbio dicitur: *ein gutes Wort findet eine gute Statt*). Verum enim vero hæc lectio anapæsticum versiculi 986. metrum pessumdaret, amphibrachyn inducens.

994. ἐν ἀζημίαις πλούτου. *Valete jam, valete, opibus absque detrimento affluentes.* ἀζημίαι πλούτου pro πλοῦτος ἀζήμιος *opes indelibatæ, integræ, non accisæ.* Wakefieldus lectionem χαίρετ᾽ ἐν αἰσιμίαις πλούτου in textum recepit, ita ut semel tantum χαίρετε scriberet. Versum antistrophicum nempe sic refingit, ut omisso ἐπιδιπλοΐζω legatur χαίρετε χαίρετε δ᾽ εἰς αὖθις.

995. ἀστυκός. "Erotianus lex. Hippocr. v. Ἴκταρ legit Ἀττικός. Ἴκταρ inquit ἐγγὺς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ὡς καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί·

χαίρετ᾽ Ἀττικὸς λεὼς,
Ἴκταρ ἥμενοι Διός." *Stanl.*

Præferenda tamen est lectio ἀστυκός; Sic et paulo post v. 1014. βροτοὶ Παλλάδος πόλιν νέμοντες.

996. Ἴκταρ—Διός. Nempe Jupiter quoque ob templa ipsi sacrata, quæ inter celeberrimum illud Jovis Olympii templum eminebat, Athenis sedem cepisse ferebatur.

997. παρθένου. Minervæ, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur παρθένος; cui *Parthenonis*

Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς
Ὄντας ἅζεται πατήρ.

Ἀθ. Χαίρετε χ' ὑμεῖς· προτέραν δέ με χρὴ
Στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν.
Πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπόμπων,
Ἴτε, καὶ σφαγίων τῶν δ' ὑπὸ σεμνῶν
Κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτήριον
Χώρας κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον
Πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ.
Ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολισσοῦχοι,
Παῖδες Κραναοῦ, ταῖσδε μετοίκοις.
Εἴη δ' ἀγαθῶν

1008. προπομπῶν] προπομπὸν habent edd. Sed metri causa lectionem a Stanleio propositam recepimus, ne versiculus in trochæum desineret. 1009. μετοίκοις] μέτοικοι Rob.

nomine templum Athenis nobilissimum, dicatum fuisse constat.

999. Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς. Nihil aliud significat, nisi *sub tutela Palladis.* Alæ nimirum h. l. metaphorice, non mythice interpretandæ. Idem adversus Winkelmannum Joh. Henr. Vossius monuit. (In libro bonæ frugis plenissimo, *Mythologische Briefe*, tom. ii. p. 32.)

1002. θαλάμους ἀποδείξουσαν. *Anteire me oportet, templum vestrum vobis assignaturam.* θάλαμοι omnino de *sede, domicilio, cubiculo. Ferrei Eumenidum thalami* dicuntur Virgilio Æn. vi.

1003. πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπόμπων. Jam nimirum Eumenides pompa sollemni deducuntur ad fanum iis destinatum. Præit Pallas viam quasi monstratura; sequuntur viri, Areopagitæ præcipue, qui judices sederant, v. 1008. cum victimis, v. 1014. hos excipit Eumenidum Chorus; easque comitatur triplex agmen, puellarum, mulierum, et viduarum, s. omnino vetularum, cum facibus, v. 1025.

1004. σφαγίων. Hoc quoque loco uti poterat Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 117. ubi docet furiarum sacrificia non semper ἄπορα. Hic enim diserte σφάγια *victimæ* numerantur, neque σεμνὰ dicuntur, haud dubie ob nigrum colorem. Nigram certe ovem Orestes Eumenidibus mactasse fertur Schol. ad Sophocl. Œdip. Col. v. 42.

1005. κατὰ γῆς σύμεναι. In fano Eumenidibus dicato erat cella subterranea, ubi nocturna iis sacrificia fiebant. In hanc igitur cellam deducuntur, indeque finguntur ad Tartarum descendere.

ἀτήριον χώρας κατέχειν, *ad mala quævis ab hac regione arcenda et propulsanda.*

1008. ὑμεῖς—μετοίκοις. *Vos vero cives, Cranai posteri, anteite et viam monstrate novis vestris inquilinis,* Eumenidibus.

1010. εἴη—πολίταις. *Bonorum vero bona recordatio civibus maneat;* h. e. be-

Ἀγαθῇ διάνοιᾳ πολίταις.
Χο. Χαίρετε, χαίρετε δ᾽ αὖθις, ἐπιδιπλοΐζω, ἀντις. γ'.
Πάντες οἱ κατὰ πτόλιν
Δαίμονές τε καὶ βροτοὶ
Παλλάδος πόλιν νέμον-
τες· μετοικίαν δ᾽ ἐμὴν
Εὖ σέβοντες, οὔτι μέμ-
ψεσθε συμφορὰς βίου.
Ἀθ. Αἰνῶ δὲ μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων,
Πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων
Εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους,
Ξὺν προσπόλοισιν αἵγε φρουροῦσι βρέτας
Τοὐμὸν δικαίως. Ὄμμα γὰρ πάσης χθονὸς
Θησεῖδος ἐξίκοιτ᾽ ἄν, εὐκλεὴς λόχος
Παίδων, γυναικῶν, καὶ στόλος πρεσβυτίδων.
Φοινικοβάπτοις ἐνδυτοὶ δ᾽ ἐσθήμασι
Τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρός·
Ὅπως ἂν εὔφρων ἥδ᾽ ὁμιλία χθονὸς

1017. εὖ σέβοντες] εὖ σεβοῦντες Rob. 1021. ἔνερθε] ἔνερθεν Rob. 1022. φρουροῦσι] φρουροῦσιν Rob.

neficia, quæ hisce deabus accepta fertis, grata semper memoria recolite.

1012. ἐπιδιπλοΐζω. Piersonus ad Moer. Att. p. 167. hanc lectionem ex nota scholiastæ ἐπιδιπλοΐζει ortam esse putabat, qua verbum repeti significasset. Ejus decreto obsecutus Wakefieldus, vocabulum e textu ejecit. Nollem factum. Ἐπιδιπλοΐζω enim aptissimum h. l. est. *Valete, iterum valete, repetimus enim.*

1019. Αἰνῶ δέ. *Accipio vero et comprobo bona omina hisce vestris votis concepta.*

1022. ξὺν προσπόλοισιν. Sacerdotes templique ministros suos, Palladium rite colentes, cum facibus Eumenidum chorum comitari jubet Minerva.

1023. ὄμμα. *Flos populi;* ut ὀφθαλμὸς Choëph. v. 931. de *principe familiæ.*

1024. Θησεῖδος. Formam a Valckenario ad Eurip. Phœn. p. 95. commendatam metri causa recepimus. Wakefieldus edidit Θησῆδος.

1026. Φοινικοβάπτοις ἐνδυτοὶ δ᾽ ἐσθήμασι τιμᾶτε. Vos igitur omnes purpureis stolis indutæ honorate comitatu vestro Eumenides.

1028. ὅπως—πρέπῃ. *Ut hæc dearum societas in civitatem vestram recepta, benevolentiam suam in posterum fausto et prospero rerum vestrarum eventu demonstret.*

Τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπῃ.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

Βᾶτ' ἐκ δόμων μεγάλαι φιλοτίμου
Νυκτὸς παῖδες, ἄπαιδες,
Ὑπ' εὐθύφρονι πομπᾷ.
Εὐφαμεῖτε δέ· χωρεῖτε
Γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισι
Καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις πε-
ρίσεπται, τύχᾳ τε.
Εὐφαμεῖτε δὲ πανδαμεί.
Ἵλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ
Δεῦρ' ἴτε σεμναὶ, πυριδάπτῳ
Λαμπάδι τερπόμεναι. Καθ' ὁδὸν
Δ' ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.
Σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἔνδαιδες οἴκων.

1030. ἐκ δόμων] ἐν δόμῳ Ald. ἐν δόμῳ Rob. περίσεπτα Turn. τύχᾳ τε] τύχαις τε Turn. 1036. περίσεπται] περισέπτᾳ Rob. 1042. ἔνδαιδες] ἔνδᾳδες Rob. ἔνδαι δ' ἐς Turn.

1030. ἐκ δόμων. Ex hac Palladis æde, in arce Athenarum posita. Ex arce nimirum deducitur pompa ad Areopagum, cui adjacebat Eumenidum fanum.

1031. ἄπαιδες nolim cum Wakefieldo reddere *vetulæ, sed liberis carentes* ob perpetuam virginitatem. Cf. v. 69.

1034. γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισι. "Templum enim Eumenidum Areopago erat proximum. Pausanias in Attic. Πλησίον ἱερὸν θεῶν ἐστιν ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς. Schol. Thucyd. lib. i. τῶν σεμνῶν θεῶν, τῶν Ἐριννύων, κατ' ἀντίφρασιν· ἃς μετὰ τὸν Ὀρέστην οἱ Ἀθηναῖοι πλησίον τοῦ Ἀρείου πάγου ἱδρύσαντο. Ulpian. in Comment. ad Orat. Demosth. in Midiam. ὧν (Eumenidum) καὶ τὸ ἱερὸν πλησίον ἵδρυτο τῆς βουλῆς. Diserte Euripides Electr. 1271.

Πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονὸς
Σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον."

Stanl.

1036. τύχᾳ τε. Wakefieldus emendat τύχοιτε, quod cum per se frigidum est, tum inter duo imperativos χωρεῖτε et εὐφαμεῖτε parum concinnum. Enimvero τύχᾳ τε difficilem habet explicationem. Nihil melius video, quam de Eumenidum munere, quod quasi sortito ipsis obtigit, accipere; quod λάχος quoque dicitur. Cf. supra v. 330. sqq.

1041. ὀλολύξατε—μολπαῖς. *Cantibus nostris occinite, acclamate.*

1042. σπονδαὶ — οἴκων. *Pollicemur vero fano vestro nunquam defuturas esse*

Παλλάδος ἀστοῖσι Ζεὺς πανόπτας
Οὕτω Μοῖρα τε συγκατέβα.
Ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

1043. πανόπτας] παντόπτας Rob. 1044. οὕτω] Legendum est, ut opinor, αὐτὸς, Jupiter ipse descendit, et una cum eo Parca.

libationes noctu facibus collucentibus oblatas.

1043, 1044. Παλλάδος—συγκατέβα. Ut vulgo hæc vertuntur: *Palladis cives Jupiter inspectat; ita et fatum una convenit;* sensu idoneo prorsus destituuntur. Levissima correctione lucem, nisi nos omnia fallunt, sententiæ reddemus, nimis, ut nunc est, obscuratæ.

Παλλάδος ἀστοῖσι Ζεὺς πανόπτας
Οὕτω Μοῖρα τε συγκαταβαίη.

Ita Palladis civibus Jupiter omnia cernens appareat, unaque cum eo Parca descendat propitia. Hac juramenti formula comites Eumenidum id quod v. 1042. spoponderant, aptissime confirmant. Antestantur autem Jovem quem ut πανόπταν negligentia in colendis Eumenidibus fugere haud possit; et Parcam, cujus potissimum erat fata prospera implere, quæ Eumenides civibus numen ipsarum pie colentibus precibus suis poposcissent.

ΤΕΛΟΣ

ΤΩΝ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.

IN

ÆSCHYLI SUPPLICES.

ÆSCHYLI SUPPLICES.

ARGUMENTUM TRAGŒDIÆ.

Ius filius Epaphus Ægypti res ex Memphide Libyen susceperat. Libyes et Neptuni filii fuere Agenor et Belus. Belus Ægypti regnum adeptus uxorem duxit Anchinoën Nili filiam. Hujus filii fuere Ægyptus et Danaus. Ægypto ex pluribus uxoribus quinquaginta filii, Danao totidem filiæ nascuntur. Ægypti filii Danai filias in matrimonium deposcunt, a quo tanquam impio et illicito ob sanguinis propinquitatem Danaides abhorrent, atque ut sibi a vi patruelium caveant, patre Danao duce, nave parata clam Argos profugiunt.

Scena igitur prima Chorum Danaidum cum patre Danao fugæ auctore et moderatore ostendit, supplicum ritu, ramos laneis vittis involutos manibus gerentes, Argivorum, quorum terræ feliciter appulerant, indigetes deos, maxime autem Jovem generis sui auctorem, implorant, ut sibi Argivorum animos concilient, seque a vi patruelium, si forte classe se persequantur, deditionemque poscant, tueantur. Quibus precibus absolutis v. 191. sqq. colloquium sequitur patris Danai cum filiabus, quo partim eas consolatur, partim, quid fieri ab iis velit, ut benevolentiam Argivorum eorumque regis facilius sibi parent, exponit. Suadet igitur ut supplices ad aram ἀγωνίων θεῶν considant, et si quis ab iis forte, cujates, sint, et quam ob causam venerint, sciscitaturus sit, modestiam, quæ puellas et supplices deceat, sermone et vultu præ se ferant.

Scena tertia v. 249. sqq. rex Argivorum Pelasgus supervenit, miratus, unde peregrinarum virginum cohors huc appulerit, ac postquam iis se in regio fastigio constitutum, regnique ditionem exposuit, hospites patriam et genus declarare jubet. Quæ antiqua origine se Argivas esse professæ, regi dubitanti scrupulos eximunt, qua ratione ab Io genus deducatur, ostendendo. Roganti deinde Pelasgo, quam ob causam patria relicta huc appulerint, se Æ-

gypti filiorum servitutem ac matrimonium fugisse confitentur, et ne his a rege et populo Argivorum dedantur, postulant. Rex, quid faciat ambigere se professus, ac ne forte bellum civibus suis, ubi Danaides receperit, ab Ægypti filiis oriatur metuens, tandem earum oratione vincitur, qua, nisi se in clientelam receperint Argivi, vitam se laqueo ad ipsam deorum aram finituras, significant. Hoc numinum piaculo rex exterritus causam se ad populum delaturum pollicetur. Danaum vero monet, ut supplices ramos in ceteris quoque deorum aris per urbem dispositis ponat, ejusque precibus motus satellites aliquos concedit, qui eum per urbis vias comitentur. Puellas vero in proximum lucum concedere jubet; his vero trepidantibus aramque ubi consederant relinquere verentibus concedit, ut maneant, suadetque ut deorum pacem precibus exposcant.

Sequitur Chori canticum, quo Jovem, tanquam gentis suæ parentem, Iûs fata commemorando, ad opem sibi adversus Ægypti filios ferendam commovere studet, v. 540. sqq.

Scena iv. v. 613. sqq. redit ad filias Danaus, lætusque nuntiat, eas plebiscito Argivorum in clientelam civitatis receptas, adeoque ab omni seu civium seu exterorum vi et injuria tutas et liberas esse.

Inde Chorus, patre præsente, effunditur in laudes Argivorum et pia vota pro eorum salute concepta; v. 640. sqq.

Danaus pietate filiarum collaudata, se navem prospectare nuntiat, nec dubitare ab Ægypti filiis missam; eamque jam in eo esse ut ad littus appellat, sequentibus etiam aliis navigiis. Jubet autem eas metu abstinere, se jam iturum, advocatosque et propugnatores arcessiturum. Inde sequuntur filiarum et patris alterni sermones, quibus illæ timorem et anxietatem significant, hic vero eas rebus suis confidere et bene sperare jubet.

Post abitum patris Chorus iterum v. 789. sqq. carmine periculum suum deplorat, seque citius mortem quam patruelium conjugium oppetiturum declarat.

Sequente scena v. 849. sqq. præco ab Ægypti filiis missus ferociter Danaides compellat, easque confestim sequi se jubet; ni faciant, vi se eas protracturum minatur. His renitentibus ac vociferantibus auxilio venit rex Argivorum, qui præconem jam manus inferre puellis conatum absterret, easque in suam populique Argivi tutelam receptas esse denuntiat. Et ille quidem bellum regi ab Ægypti filiis minatus discedit; rex autem Danaides omni metu liberat, hospitia jam parata significans, ut ubi habitare velint, iis liberum sit arbitrium. Idem extrema scena v. 993. superveniens pater Danaus confirmat, filiasque ut verecundiam, castitatem omninoque morum probitatem servent, exhortatur. Ita se facturas pollicitæ, inter cantica, quibus ne bellica vi patruelibus ipsas in captivitatem redigere contingat, precantur, in domicilia sibi assignata discedunt.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΔΙΑ.

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΑΝΑΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΔΑΝΑΪΔΩΝ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ.
ΚΗΡΥΞ ΑΙΓΥΠΤΙΑΔΩΝ.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΧΟΡΟΣ Δαναΐδων.

ΖΕΥΣ μὲν ἀφίκτωρ ἐπίδοι προφρόνως
Στόλον ἡμέτερον
Νάϊον ἀρθέντ' ἀπὸ προστομίων
Λεπτοβαθῶν
Νείλου. Δίαν δὲ λιποῦσαι
Χθόνα σύγχορτον Συρίᾳ φεύγομεν,

3. ἀρθέντ'] ἀρθέντα Turn. ἀπὸ προστομίων] ἀπὸ στομίων Ald. πρὸ στομίων Turn. 4. λεπτοβαθῶν] λεπτομαθῶν Ald. Rob. Turn. Stanleius hosce versiculos ita constituendos esse censet:

στόλον ἡμέτερον νάϊον ἀρθέντ'
ἀπὸ προστομίων τῶν λεπτοβαθῶν.

Pauwius autem in lectione λεπτομαθῶν latere putat λεπτοψαμάθων. 5. λιποῦσαι] λειποῦσαι Ald. Rob. Pauwius vel Δίαν δὲ προλιποῦσαι, vel Δίαν δὴ λειποῦσαι rescribendum opinatur.

IN SCENAM I.

V. 1—190.

1. *Ζεὺς μὲν ἀφίκτωρ.* "Hesychius: *Ἀφίκτορα, τὸν ἱκέσιον Δία.* scil. cum *Ἀφίκτωρ* de *deo* dicitur *supplicum præsidem* innuit, cum de homine *supplicem* ipsum, ut v. 256. *κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων.*" *Stanl.*

2. *στόλον ἡμέτερον νάϊον.* *Cœtum nostrum navalem*, i. e. classe huc profectum.

3. *ἀρθέντ'.* I. e. qui oram solvit, profectus est itinere maritimo. At *αἴρειν στόλον* *recipere exercitum* Pers. 792.

ἀπὸ προστομίων. Abreschius mavult *ἀποπρὸ στομίων.*

4. *λεπτοβαθῶν.* Hæc lectio non videtur corrigenda. Ostia enim Nili bene dicuntur λεπτοβαθῆ. Cum enim circa regionem Delta dictam in septem ostia discretus mari conjungatur, necesse est ibi ejus profunditatem imminui.

6. *σύγχορτον Συρίᾳ.* "*Σύγχορτος* *vicinus* ex v. l. sed sine exemplo inquit H. Stephanus in Thesauro. Ecce

Οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ
  Ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι,
Ἀλλ' αὐτογενῆ τὸν φυξάνορα
Γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ,
  Τ' ὀνοταζόμεναι.
Δαναὸς δὲ πατὴρ καὶ βούλαρχος
Καὶ στασίαρχος, τάδε πεσσονομῶν,
  Κύδιστ' ἀχέων, ἐπέκρανε

9. *αὐτογενῆ τὸν*] *αὐτογένητον* Ald. Rob. *φυξάνορα*] *φυλαξάνοραν* Ald. Rob. 13. Sic distinguere mavult Stanl. *τάδε πεσσονομῶν κύδιστ' ἀχέων, ἐπέκρανε.*

autem exemplum *σύγχορτον Συρίᾳ*, Syriæ vicinam, sive ut nos vertimus *conterminam*. Clare Hesychius in *Αὐλῆς* ——*καὶ γὰρ τὰ ὅμορα σύγχορτα λέγουσι*. *Χόρτος* enim inter reliqua significata *terminum* denotat, ut veteres grammatici tradunt. Etymolog. *Χόρτος αὐλῆς, ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος*. Euripides Andromacha v. 17.

Σύγχορτα ναίω πεδία.

quibus ex verbis corruptissimum et mancum Hesychii locum in *χόρτος* emendandum vidit Florens Christianus. Scholiastes Euripidis ad ea verba *ὅμορα ἐν χόρτοις διέγραφον τὰς πόλεις οἱ ἄρχοντες*." *Stanl.*

7. sq. *οὔτιν ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ ψ. π. γνωσθεῖσαι*. *Exules quidem ac domo profugæ, non autem ob cædem perpetratam populi suffragio condemnatæ.* Infra v. 211. Danaus filiarum fugam *ἀναιμάκτους φυγὰς* appellat.

δημηλασίᾳ. "Perbene Schol. hoc potuit explicare per *δημοσίαν*, fiunt enim istiusmodi adjectiva a verborum futuris, ut *ῥύσιος* v. 156. a *ῥύσω*, *ἐλάσιας* ab *ἐλάσω*, unde *δημηλασία ψῆφος* non est solicitandum, ut nec *τιμήσιος* in Æl. de anim. xi. 7. et *ὑμνήσιος* ibid. xii. 5. Sic *ὀρθώσιος* ab *ὀρθώσω*. Vid. Etymol. v. *ὅσιος* et *ἅσιος*." *Abresch.*

γνωσθεῖσαι si verum est, utique cum Abreschio explicandum *καταγνωσθεῖσαι*. Sed hoc ipsum, si codices addicerent, prætulerim.

9. sqq. *ἀλλ' αὐτογενῆ τὸν φυξάνορα*. Quomodo *φυξάνορα* hic apte explicari possit, *nuptias sponsum aversatas*, cum sequatur *ὀνοταζόμεναι*, haud intelligo. Quis enim ita loquatur: *fugimus—nuptias sponsum aversatas—timentes!* Non enim nuptiæ sponsum, sed sponsæ nuptias aversantur. Itaque videant arbitri harum rerum periti, anne legendum sit:

ἀλλ' αὐτογενῆ τοι φυξάνορες
γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ
τ' ὀνοταζόμεναι.

sed consanguineas nimirum impiasque cum Ægypti filiis nuptias, sponsos hosce aversando, metuentes.

αὐτογενῆ. Ita Prometh. v. 861.

—φεύγουσα συγγενῆ γάμον
ἀνεψιῶν.

11. *ὀνοταζόμεναι*. "Verbo *ὀνοτάζεις* ab *ὀνοτὸς* præter Apollon. Rhod. utitur Pindar. Isthm. iv. 85. et Callim. hymn. in Del. v. 20." *Abresch.*

14. *κύδιστα*. "Tantum abest ut vertere debuerint interpretes *maximum*, ut rectius fuisset verti *minimum*. Valet *κράτιστα, αἱρετώτατα*. Hesych. *Κύδιον αἱρετώτερον*; ad locum forsan Eurip. Alcest. v. 960. *τί μοι ζῆν κύδιον*.

Φεύγειν ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον,
Κέλσαι δ' Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
Γένος ἡμέτερον τῆς οἰστροδόνου
Βοὸς ἐξ ἐπαφῆς, κἀξ ἐπιπνοίας
Διὸς εὐχόμενον τετέλεσται.
Τίνα γοῦν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
Τῆσδ' ἀφικοίμεθα
Σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν ἐγχειριδίοις

15. *κῦμ' ἅλιον*] Sic e conjectura Canteri. *κυμβάλεον* Ald. *κυμάλεον* Rob. *κυμ βαλέον* Turn. Vict. etc. 16. *κέλσαι*] *καίασι* mendose Ald. *κάλεσεν* Turn. 17. *οἰστροδόνου*] *οἰστροδόμου* Ald. Rob. 18. *ἐπιπνοίας*] *ἐπινοίας* Ald. Rob. 20. *γοῦν*] *οὖν* Ald. Rob.

Vel Androm. v. 639. *κύδιον βροτοῖς πένητα χρηστὸν ἢ κακὸν καὶ πλούσιον γαμβρὸν πεπᾶσθαι.*" *Abresch.*

κύδιστ' ἀχέων ἐπέκρανε. "Lege *ἐπέκρανεν*, ut fulciatur syllaba catalectica, cum sententia nondum terminetur et versus proxime sequens a consonante incipiat. Sententiam hujus loci neque Stanleius intellexit, neque Pauwius, optime vero exposuit Scholiastes, quamquam ejus interpretatio perperam ad v. 2. referatur. Duo scil. erant *ἄχεα*, nuptiæ incestæ et exilium. His pensitatis Danaus *ἄχος* illud, quod neque pietatem neque famam violabat, prætulit ac decrevit subeundum, exilium scilicet; quod igitur hic dicitur *κύδιστ' ἀχέων* *ex calamitatibus honestissima.*" *Heath.*

14. *ἐπέκρανε φεύγειν.* "*Auctor nobis fugæ fuit*, sive *ut fugam cupesseremus*, *ἐπεκύρωσε τὴν φυγήν.*" *Abresch.*

15. *ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον.* "Vulg. *κυμβάλεον.* Ed. Rob. *κυμάλεον.* Hesychius: Ἀνέδην Αἰσχύλος φεύγειν, Ἀνέδην διὰ κυμάλιον, ἢ ἐκκεχυμένως etc. Omnia corrupte. Legendum: Ἀνέδην Αἰσχύλος· φεύγειν ἀνέδην διὰ κυμάλιον vel potius *διὰ κῦμ' ἅλιον*, ita enim corrigendus videtur Æschyli codex et Hesychio. Hunc ipsum locum respexit Etymologici auctor. Ἀνέδην, *σημαίνει τὸ ἀναστάτους εἶναι· παρὰ τὸ ἕδος, ἕδην καὶ ἀνέδην, τὸ ἄνευ ἕδους. Αἰσχύλως· φεύγειν ἀνέδην.*" *Stanl.*

16. *κέλσαι—τετέλεσται.* *Et ad Argivam terram appellere, unde genus nostrum ex Io sub vaccæ figura œstro jactata, ejusque contactu et afflatu per Jovem*, ex quo Epaphus natus est, *clarum* hanc ob causam et *celebre deductum est.* Sic itaque *εὐχόμενον* reddendum est quasi *gloriosum, quod habet unde se jactet.* Fortasse tamen Æschylus ita exaraverat:

ὅθεν δὴ
γένος ἡμέτερον——
— — — —
Διὸς εὐχόμενοι τετελέσθαι.

εὐχόμενοι scil. *ἐσμὲν* periphrastice pro *εὐχόμεσθα.* Et sic sæpe apud Homerum in prædicatione antiqui generis, unde se aliquis ortum jactat. Similiter infra v. 289.

Ἀργεῖαι γένος
Ἐξευχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βόος.

Abreschius post *εὐχόμενον* supplendum censet *εἶναι.* Eidem Hesychius videtur ad h. l. respexisse *τετέλεσται* explicans *γεγένηται, οἱ δὲ, γεγάμηκεν.*

20. *εὔφρονα.* "Henr. Stephanus: *εὔφρων benevolus* etiam redditur, sed sine exemplo: cujus tamen significa-

Ἐριοστέπτοισι κλάδοισι;
Ὦ πόλις, ὦ γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ,
Ὕπατοί τε θεοὶ καὶ βαρύτιμοι
Χθόνιοι θήκας κατέχοντες,
Καὶ Ζεὺς σωτὴρ τρίτος, οἰκοφύλαξ
Ὁσίων ἀνδρῶν, δέξασθ' ἱκέτην
Τὸν θηλυγενῆ στόλον αἰδοίῳ
Πνεύματι χώρας· ἀρσενοπληθῆ
Δ' ἑσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ,
Πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει

23. ἐριοστέπτοισι] e Stanleii emendatione. ἱεροστέπτοισι Ald. Rob. Turn. Vict. etc. 24. ὦ πόλις ὦ] Bene sic emendavit. Stanl. in notis ὧν πόλις ὧν edd. omnes. γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ] γῆς λευκὸν ὕδωρ Ald. 26. κατέχοντες] Pauwius mavult ἐγκατέχοντες. 28. δέξασθ'] δέξαι τ' Ald. δέξαιθ' edd. cett. δέξαισθ' Pauw. δέξασθ' recepimus auctore Heathio. 31. δ' ἑσμὸν] δεσμὸν Ald. Rob. 32. ἀσώδει] Pauwius conj. ἑλώδει.

tionis exempla plurima vel in uno Æschylo reperire licet, ut præter hunc locum in Choëph. v. 107.

φθέγγου χέουσα σεμνὰ τοῖσιν εὔφροσιν." *Stanl.*

23. ἐριοστέπτοισι. "Sic recte Stanleius emendandum censuit post Scalig. et Auratum ap. Spanh. ad Arist. Plut. v. 383." *Abresch.* cf. Eumenid. v. 43. sqq.

24. ὦ πόλις, ὦ γῆ. Vulgatam hucusque lectionem ὧν—ὧν acriter defendit Heathius, propterea quod, si ὦ legatur, non solum dii superi et inferi, et tertio loco Jupiter sospitator, sed et πόλις et γῆ et ὕδωρ æque invocentur, ut Ægypti prolem fluctibus submergant, quod certe sit absurdissimum, at non cogitavit vir doctus in ejusmodi acclamationibus priora universe dici; v. c. *ó urbs, ó tellus, ó aqua!* (q. d. recipite nos!) *vosque dii* etc. ita ut δέξασθε tantum e sequentibus anticipandum sit, reliqua vero ἀρσενοπλήθη — πέμψατε tantum ad deos referantur. Certe si quis ὧν—ὧν servandum censeat, minime audiendus est Heathius versiculum hunc ad priores retrahens, quasi ab ἀφικοίμεθα ἡμεῖς pendeat. Una potius ratio est, ut ὧν construatur cum ὕπατοί τε θεοὶ, per inversionem ordinis verborum, q. d. θεοὶ, ὧν πόλις, ὧν γῆ καὶ λευκὸν ὕδωρ.

24. sqq. "λευκὸν ὕδωρ noster imitatione Homeri non uno loco ut Iliad. ψ'. v. 282. Od. ι'. 80. θεοὶ ὕπατοι et χθόνιοι ut Agam. v. 89. Βαρύτιμος hic *graviter puniens*, alias *pretiosus*. θήκας interpres *sedes* vertit, alibi notat *sepulcra* Aristid. tom. i. p. 139. 591."—*Abresch.* Si θῆκαι h. l. *sepulcra* notaret, ad χθονίους deos tantum referretur; præstat autem universe de *sedibus* deorum h. e. templis intelligere.

29. θηλυγενῆ στόλον *muliebrem classem s. gregem*; opponitur enim θηλυγενὴς στόλος et ἀρσενοπλήθης ἑσμός. Hesych. θηλυγενὴς ὁ ἐναντίος τῷ ἀρρενωπῷ.

32. ἀσώδει. "Rectius hoc pro πηλώδει accipi, judicat Spanhem. ad Cal-

Θεῖναι, ξὺν ὄχῳ ταχυήρει
Πέμψατε πόντονδ᾽, ἔνθα δὲ λαίλαπι
Χειμωνοτύπῳ, βροντῇ, στεροπῇ
Τ᾽ ὀμβροφόροισίν τ᾽ ἀνέμοις ἀγρίας
Ἁλὸς ἀντήσαντες ὄλοιντο,
Πρίν ποτε λέκτρων, ὧν θέμις εἴργει,
Σφετεριξάμενον πατραδελφείαν
Τήνδ᾽, ἀεκόντων ἐπιβῆναι.
Νῦν δ᾽ ἐπικεκλόμενα στρ. α'.
Δῖον πόρτιν, ὑπέρ-
πόντιον τιμάορ᾽, ἶνίν
Τ᾽ ἀνθονόμου τᾶς προγόνου
Βοὸς ἐξ ἐπιπνοίας
Ζηνός. Ἔφαψιν ἐπωνυμίᾳ

33. ξὺν ὄχῳ ταχυήρει] ξυνοχώτατα χυήρει Ald. mendose ξὺν ὄχῳ τῷ ταχυήρει Pauw. 39. σφετεριξάμενον] Spanhemius ad Julian. post Scaligerum emendari volebat σφετεριξαμένων. πατραδελφεῖαν] Vulg. πατραδελφίαν. Sed illud requirit versus. *Pauw.* 41. ἐπικεκλόμενα] Sic Turn. cett. ἐπικεκλόμεναι. 44. ἀνθονόμου τᾶς] ἀνθόνομους ταῖς Ald. ἀνθονόμους τὰς Rob. 46. Ζηνός.] Abest punctum Ald. Rob.

lim. H. in Pall. v. 46. et ita Schol. suadetque non modo locus Strabonis, quem citat Spanh. verum etiam mox v. 51. cf. V. D. ad Hesych. apud quem nec Salmas. aliter emendasse videtur, quam ἰλυώδης, quodque ei tribuitur excerptoris errori deberi manum viri summi minus asseculi. Add. Hesych. v. ἄσις, et ἀσίῳ, unde ἀσώδης productum." *Abresch.*

33. ὄχῳ ταχυήρει *celeri vehiculo*, i. e. nave.

34. πόντονδ᾽ *in altum*; ut plerumque apud Homerum πόντος pro *alto mari* ponitur.

34. sqq. ἔνθα δὲ—ὄλοιντο. *Ibique turbini procelloso, tonitribus, fulguribus, ventisque impetuosi maris imbrem cientibus occurrentes pereant.*

39. σφετεριξάμενον πατραδελφείαν. "Σφετεριξάμενον ad ἐσμὸν refertur. Orant autem virgines, ne a viris abripiantur, et in eorum potestatem veniant ac tamquam propriæ ab ipsis usurpentur. Id enim est σφετερίζεσθαι. Hesychius: Σφετεριζόμενος, ὑφαιρούμενος, ἰδιαποιούμενος. Proles πατραδέλφου hic πατραδελφεία dicitur. Hesych. Πατράδελφος, θεῖος πρὸς πατρός." *Stanl.*

42. Δῖον πόρτιν. *Vitulum Epaphum* vocat, ex Jove et Io quæ *vacca* fuerat prognatum. Sic infra v. 326.

ὑπερπόντιον τιμάορα. *Vindicem nostrum transmarinum*, quia scil. in Ægypto fuerat.

44. ἀνθονόμου τᾶς. Porsonus recepit ἀνθονομούσας.

46. ἔφαψιν. I. q. antea ἐπαφὴν v.

Δ' ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν
Εὐλόγως
Ἔπαφόν τ' ἐγέννησε.
Τόνδ' ἐπιλεξαμένα ἀντις. α'.
Νῦν ἐν πιονόμοις
Ματρὸς ἀρχαίας τόποις, τῶν
Πρόσθε πόνων μνασαμένα,
Τά τε νῦν ἐπιδείξω
Πιστὰ τεκμήρια, τά τ' ἀνόμοια
Οἶδ', ἄελπτά περ ὄντα φανεῖται.
Γνώσεται
Δὲ λόγους τις ἐν μάκει.

49. τ' ἐγέννησε τόνδ'] τε γεννέας οὖτ' Ald. δὲ γέννας ἐόντ' Rob. γεννᾶς ὄντ' Turn. Heathius, propterea quod nuspiam reperitur exemplum strophæ in medio vocabulo desinentis, ita ut ejus posterior pars ad antistrophen trahatur, bene correxit ἐγέννησε; antistrophen autem a pronomine relativo ὃν incipiendam esse statuit. Nobis autem aptius videtur τόν. 51. πιονόμοις] ποιονόμοις Ald. Turn. 56. οἶδ'] οἶ δ' Ald. ἦδ' Rob.—Versiculos 55—57. ita emendare tentavit Heathius:

τά τε νῦν ἐπιδείξω
πιστὰ τεκμήριά γ'· οὐκ ἀδόμοι-
α δ' ἄελπτά περ ὄντα φανεῖται.

18. appellaverat. *Contrectationem enim Jovis nomine filii confirmavit ejusque omen implevit fatale tempus* (scil. graviditatis Iûs usque ad partum) *Epaphumque peperit* ab ἐπαφῇ illa nominatum. Sic supra Prometh. v. 854. sqq.

ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.

49. ἐγέννησε. Præstat forma dorica ἐγέννασε, quam Porsonus invexit.

50. τόνδ' ἐπιλεξαμένα. Hic resumunt Danaides orationis filum, parenthesi Ἔφαψιν—ἐγέννησε abruptum Ἐπιλεξαμένα autem i. q. ἐπικεκλόμενα v. 41. malim vertere, *appellans, nomen ejus citans* s. *memorans,* quam ut vulgo vertitur, *invocans.* Nempe significant Epaphi nomen memorando se declaraturas, cujates sint, et quanam a stirpe originem ducant. cf. infra v. 290. 292. 325. sqq.

51. ἐν πιονόμοις ματρὸς ἀρχαίας τόποις. Argivam terram designant, ut supra v. 16. sqq. Infra v. 553. eadem appellatur παλαιὸν ἴχνος ματέρος.

53. τῶν πρόσθε πόνων μνασαμένα. *Labores* scil. Iûs *olim exantlatos enarratura.* cf. v. 306. sqq.

54. sqq. τά τε—φανεῖται. *Partim ea documenta Argivis ostendam, quæ idonea sint ad fidem orationi meæ faciendam* (cf. v. 291. 322. 336.) *partim occurrent quædam quæ ex insperato quippe ipsis obvenientia parum verisimilia videantur.*

Εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων στρ. β'.
Ἔγγαιος, οἶκτον οἰκτρὸν ἀΐων,
Δοξάσει τις ἀκούων
Ὄπα τᾶς Τηρείας
Μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου
Κιρκηλάτου δ' ἀηδόνος.
Ἅτ' ἀπὸ χώρων ποταμῶν τ' εἰργομένα ἀντ. β'.
Πενθεῖ νέον οἶκτον ἠθέων·
Ξυντίθησι δὲ παιδὸς
Μόρον, ὡς αὐτοφόνως
Ὤλετο πρὸς χειρὸς ἕο, ἐν
Δυσμάτορος κότου τυχών.
Τὼς καὶ ἐγὼ φιλοδύρ- στρ. γ'.

61. δοξάσει τις ἀκούων] Heathius conj. δοξάσει πως ἀκούειν. 63. μήτιδος] μήνιδος conj. Heath. hoc sensu: vocem indignationis flebilis Tereæ conjugis. 65. ἅτ' ἀπὸ] ἅ τόπων Turn. εἰργομένα] ἱεργομένα Turn. 66. Sic emendandum censet Heathius:

πενθεῖ νέον τιν' οἶκτον, ἠθάδων,

in quo vocabulum ἠθάδων cum χώρων ποταμῶν τ' (durissima sane ratione) jungendum putat, et sic explicandum: *Quæ a locis et fluviis consuetis prohibita plangit planctum novum.* 69. ἕο, ἐν] Heathius ἑοῦ. Scaliger ἓ ἕ. 71. φιλοδύρτοις] φιλοδίρτοις Rob.

(cf. v. 249. sqq. 337.) *Attamen sermonis mei veritatem homines agnoscent, ubi longius expositum audiverint.*

59. οἰωνοπόλων. Nimirum quia augures avium linguas callere putabantur, facilius quam alii Danaidum querelas cum lugubri Philomelæ cantu comparare poterant.

62. Τηρείας μήτιδος. Recte Scholiastes periphrasin interpretatur pro Τηρέως.

63. οἰκτρᾶς ἀλόχου. Secundum Tragici nostri mentem uxor Terei Philomela erat, non ut alii perhibuerunt Progne; ideoque κιρκηλάτου δ' ἀηδόνος explicationis causa s. per appositionis figuram additur.

66. ἠθέων. Hesych. ἤθεα, τοὺς συνήθεις τόπους καὶ διατριβὰς, quem ad locum conferenda est Alberti nota, qui comparavit Apollon. Rhod. Argon. ii. 1242. χῶρόν τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα, et Ælian. hist. animal. ix. 9. qui eleganti paronomasia dixit τῶν μητρῴων καὶ ἠθῶν ϰ ἰθῶν ἐρᾷν, pro *maternas sedes et mores amare.*

69. Pro corrupto ἕο ἐν Porsonus in textum invexit ἕθεν, quo sane nihil melius reperio. *Recolit autem filii sui* Ityos *mortem, quo pacto ille propria matris manu cæsus interierit, fausta scilicet matris iræ, ex patris ejus Terei facinore conceptæ, obnoxius.*

τοις Ἰαονίοισι νόμοισι
Δάπτω τὰν ἁπαλὰν
Νειλοθερῆ παρειὰν
Ἀπειρόδακρύν τε καρδίαν.
Γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι
Δειμαίνουσα φίλους, τᾶσ-
δε φυγᾶς ἀερίας ἀπὸ γᾶς
Εἴ τις ἐστὶ κηδεμών.
Ἀλλὰ θεοὶ οἱ γενέται ἀντιστ. γ'.

72. Ἰαονίοισι] ἰανοίοισι Ald. Spanh. ad Aristoph. Ran. v. 695. in aliquot codd. se reperisse testatur αἠδονίοισι. 73. ἁπαλὰν] παρειὰν Rob. Versus 71—73. ita dimetiendos emendandosque censet Heathius:

Τὼς καὶ ἐγὼ φιλοδύρτος Ἰαονιοῖσι νομοῖσι
Δάπτω τὰν ἁπαλὰν, Νειλοθερῆ παρειάν.

72. *Ἰαονίοισι νόμοισι.* Non est vertendum *Ionicis modis*, quasi linguam græcam significet, sed *flebilibus* Iûs (quam paulo ante *ματρὸς ἀρχαίας* nomine designaverat) *modis*.

74. *Νειλοθερῆ.* Quid sit *νειλοθερὴς παρειὰ*, nemo quod sciam explicavit. Etenim Scholiastæ interpretatio, *τὴν ἐν τῷ Νείλῳ θερισθεῖσαν ὅ ἐστι βλαστήσασαν ἐν Αἰγύπτῳ*, vereor ut cuiquam se probet. Inde tamen Stanleii versio: *Nilo enutritam genam*, hausit. Scripsisse potius videtur Æschylus:

εἱληθερῆ παρείαν,

genam sole calefactam. Hesych. *Εἱληθερῶν, ἡλιαζόμενος. Εἱληθερήσαντες, ἐν ἡλίῳ θαλφθέντες. Εἵλη, ἡ τοῦ ἡλίου αὐγὴ ἡ θερμασία. Εἱληθερεῖν, ἐν ἡλίῳ θερμαίνεσθαι.*

75. *ἀπειροδακρύν τε καρδίαν.* *Cor adhuc lacrymas haud expertum, doloribus et curis vacuum.*

76. *γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι.* *Et querelas carpo*, i. e. instituo, cieo. Comparat Stanl. Choëph. v. 148. *Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος.*

77. *δειμαίνουσα φίλους.* *Metuens amicos*, h. e. cognatos, patrueles, Ægypti filios.

78. *τᾶσδε φυγᾶς.* Hæc non cum *φίλους* copulanda, sed ad *ἀνθεμίζομαι* referenda sunt. *Querelas fundimus—Si quis fugæ hujusce nostræ ab Ægypto curam gerat.*

ἀερίας ἀπὸ γᾶς. Ægyptum sic olim dictam fuisse auctor est Hesychius: *Ἀερία ὁμίχλη παρὰ Αἰτώλοις· Θάσον τε τὴν νῆσον, καὶ Α ἴ γ υ π τ ο ν, καὶ Λιβύην, καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν.* De Ægypto confirmat Apollon. Rhod. lib. i. et Gellius N. A. xiv. 6.

80. *ἀλλὰ θεοὶ οἱ γενέται—ἰδόντες.* Legendum, quod Heathius vidit, uno versiculo continuo eoque hexametro:

Ἀλλὰ θεοὶ γενέται κλύετ', εὖ τὸ δίκαιον ἰδόντες.

Nisi forte *κλύετ' εὖ* pro *εὖ κλύετε*, *bonam vobis famam parate*, dictum putes; *εὖ τὸ δίκαιον ἰδεῖν* est *justitiam recte administrare*, s. *respicere*.

θεοὶ γενέται. "*Γενέτης, γεννήτωρ* et *γενέθλιος* idem significant, auctorem scil. generis sive familiæ. Eurip. Ione v. 583.

θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν.

Noster infra v. 221.

Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι.

Κλύετ' εὖ τὸ δίκαιον ἰδόντες.
Ἦ καὶ μὴ τέλεον
Δόντες ἔχειν παρ' αἶσαν,
Ὕβριν δ' ἑτοίμως στυγοῦντες,
Πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις.
Ἔστι δὲ κἀκ πτολέμου τει-
ρομένοις βωμὸς Ἄρης φυγάσι
Ῥῦμα, δαιμόνων σέβας.
Εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς. στρ. β'.

84. Arnaldus pro ἑτοίμως leg. ἐτύμως. Abreschius malebat ὕβριν δέ τοι 'μως pro ὅμως.—στυγοῦντες] στυγόντες Ald. Rob. In fine hujus versiculi particulam quandam, ut εὖ vel οὖν, excidisse Heathius existimat. 86. κἀκ πτολέμου] κακοπτολέμου Ald. Turn. 87. Ἄρης] ἀρῆς Turn. ἄτης olim hic lectum fuisse intelligitur a priore Scholiastæ explicatione, qui interpretatur βλάβης. Heathius ab Æschylo scriptum esse opinatur Ἀρηφυγάσι, hac nimirum sententia: *est autem et bello oppressis pugnamque detrectantibus altare præsidium, niminum scil. reverentia.* 89. εἰ θείη Διὸς] Pauwius reponere jubet εἴθ' εἴην Διὸς, *utinam Jovis essem vere.* Heathius εἴθ' εἴη 'κ Διὸς — *utinam hæc Jovis ope nobis bene vertant.* Abresch. εἴθ' εἴη Διὸς, *utinam solius Jovis negotium esset, bene se totum haberet.*

Pindarus Pyth. Od. 4.
Ὅρκος ἄμμιν μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.—*Stanl.*

82. ἦ. Scribendum est ἦ *sane. Sane autem partim,* id quod volunt Ægypti filii, *iis haud præter jus fasque perficientes, partim eorum proterviam verissimo odio prosequentes, circa istas nuptias,* quas nobis minantur, *justos vos esse demonstrabitis.* Sed fortasse ἢ καὶ totum est a librarii depravatione. Certe sensus postulare videtur,

Λέκτρων μὴ τέλεον,

vel simile aliquid. Pro ἑτοίμως Porsonus ex Arnaldi conjectura recepit ἐτύμως, *vere, sincere.*

86. sqq. ἔστι δὲ—Ἄρης φυγάσι ῥῦμα δαιμόνων σέβας. Ἄρης h. l. parum aptum est. Optime autem convenit ἄτης, quod Scholiastes legisse videtur. *Est vero etiam iis qui bello s. prælio male affecti fugiunt altare propugnaculum calamitatis ex majestate deorum,* quam scil. hostes quoque venerantur, ne ei, qui ad aram supplex confugit, nocere velint.

89. εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς. Misere circa h. l. trepidarunt interpretes, quorum commenta in notis ad varietatem lectionis exposui. Stanleius hac interpunctione usus:

ῥῦμα, δαιμόνων σέβας,
εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς,

vertit: *deorum veneratio, si quis cordate Jovem colat.* Quod quomodo ex verborum structura elici possit, nemo dixerit. Omnino haud placet novam strophen ab antecedentis antistrophes clausula incipere. Itaque medelam circumspiciens nihil melius reperio, quam ut legatur:

εἰ θείη θεὸς εὖ παναληθῶς.

Utinam deus rebus nostris vere bonum exitum largiatur. Hoc enim est εὖ θεῖ-

Διὸς ἵμερος οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη,
Πάντα τοι φλεγέθει
Κἀν σκότῳ.
Μέλαιναι ξυντυχίαι
Μερόπεσσι λαοῖς.
Πίπτει δ' ἀσφαλῶς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ ἀντιστ. δ'.
Κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον.
Δαυλοὶ γὰρ πραπίδων
Δάσκιοί
Τε τείνουσι πόροι

93. μέλαιναι] μέλαινα Rob. ξυντυχίαι] ξὺν τύχαι Ald. ξυντύχα Rob. τύχαι conj. Pauwius. 95. ἀσφαλῶς] ἀσφαλὲς Ald. Rob. 99. Metrum sic explendum esse opinatur Heathius: τε συντείνουσι πόροι.

ναι, *res bene* constituere. Similiter Choëph. v. 337. ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρῄζων θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους.

90. sqq. Διὸς ἵμερος—λαοῖς. Hosce versiculos ita constituendos esse, et metri ratio et sententia docet:

Διὸς ἵμερος οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη,
Πάντα τοι φλεγέθει,
Κἀν σκότῳ,
Μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ
Μερόπεσσι λαοῖς.

Jovis consilium haud in promtu est conjectura indagare; nihilo secius id, etiam tenebris involutum, ubique refulget cum atra fortunæ tempestate mortalium gentibus. μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ receptum est a Porsono in textum, ejusque lectionis vestigia jam in Robortelliana editione apparent. Ceterum comparatio ducta est a spectaculo fulminum atras nubes interlucentium, adeoque μελαίνα τύχα non est h. l. ut Abreschio placebat *eventus obscurus*, sed potius, ut in effectu horridæ tempestatis, calamitatem agris importantis, *dira fortuna ac tristis.*

95. πίπτει—τέλειον. *Firmiter autem haud supinum cadit*, h. e. certum exitum habet, haud lubricum eventum, *si quid consilio Jovis perficitur.* ἀσφαλὲς metrum poscit pro ἀσφαλῶς, et sic est in edd. pr.

97. δαυλοί. *Perplexæ enim et obscuræ mentis divinæ viæ sunt ac perspectu difficiles*, ut adeo nemo ejus consilia impedire valeat. Δαυλὸν Hesych. intp. δασὺ, et Δάσκιον idem exponit μεγάλως σκιάζον διὰ τὸ σύνδενδρον καὶ δασύ. Metaphora igitur ducta est a via per sylvam arboribus confertam ideoque perplexam et caliginosam. Ceterum totum illud carmen v. 90. sqq. Grotius hisce versibus latinis expressit:

Quid enim cupiat Jupiter, haud est
Novisse datum, licet in mediis
Illi lucent cuncta tenebris.
At res hominum nigri volvunt
Undique casus. Bene prona cadit
Res quæcunque est fabricata Jovis
Vertice summi; nam per cæcos
Meat anfractus, tectasque Jovis,
Et cura Jovis cernique negat.

99. τείνουσι. Metrum poscit τείνουσιν, et sic edidit Porsonus.

Κατιδεῖν ἄφραστοι.
Ἰάπτει δ' ἀπιδὼν στρ. ε'.
Ἀφ' ὑψιπύργων πανώλεις
Βροτοὺς, βίαν
Δ' οὔτις ἐξοπλίζει
Τὰν ἄποινον δαιμονίων·
Ἥμενον ἄνω φρόνημά πως
Αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας
Ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν.
Ἰδέσθω δ' ἐς ὕβριν ἀντιστ. ε'.
Βρότειον, οἵᾳ νεάζει

101. δ' ἀπιδὼν] Recte apostrophum in particula δὲ præferendum censuit Pauw. Vulg. δὲ ἀπιδών. 104. οὔτις] οὔτιν' Ald. Rob. Turn. Metri causa, ut fiat penthemim. trochaica, Heathius corrigit δ' οὔτις ἐξοπλίσει. 110. οἵᾳ] In edd. est οἷα. Pauwius malebat metri causa οἷον. Idem efficitur scribendo οἵᾳ, quod sensui melius convenit.

100. ἄφραστοι. Hesych. Ἄφραστον, ἀπρονόητον, ὥστε μηδένα νοῆσαι.

101. sqq. Ἰάπτει—ἁγνῶν. *Ex alta autem arce despiciens punit mortales perditos ac profligatos, nemoque vim injustam exercet, a divino numine impunem*, illamque injuriam divina *mens in cœlo habitans sancta in sede constituta persequitur.*

πανώλεις. Hesych. Πανώλης, πανόλεθρος, ἐξώλης, ἀπολλύμενος. ἐκπράττειν h. l. non est *perficere*, s. ut Schol. ἐκπράττειν τὸν σκοπὸν, sed significat, *ulcisci, exsequi* injuriam.

109. ἰδέσθω—μεταγνούς. In hac antistrophe unius vocabuli θάλπος in vulg. θάλος depravatio in tot tricas interpretes conjecit, ut quo se verterent, non reperirent. Stanleiana enim versione quid potest esse obscurius: *Respiciat autem injuriam mortalem, qualiter juvenescit radix propter meas nuptias, germen animo infeliciter consulente mentem furentem retinens, stimulum non vitandum gravi damno succumbens.* Scilicet hoc est ænigmata loqui! Reposito autem v. 112. θάλπος pro vulg. θάλος (s. θάλλος ut Porsonus edidit) sensus exoritur planissimus: *Respiciat autem* divinum numen *vim illam contumeliosam et petulantem, qua juveniliter se in nos effert stirps mortalis Ægypti filiorum, ob nuptias meas*, quas appetit, *æstum amoris malesuada mente, furibundumque animi affectum, ceu stimulum inevitabilem sentiens, sero tandem noxam* sibi fuga nostra factam *fraude nostra* cognita, *intelligens.*

110. βρότειον, οἵᾳ νεάζει. Præstat legere

— — ὕβριν,
βρότειος οἵᾳ νεάζει
Πυθμήν.

112. θάλπος. Sæpe hoc de amoris æstu ponitur. Sic Prometh. 654.

—Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
Πρὸς σοῦ τέθαλπται.

117. τοιαῦτα—τιμῶ. Multo elegantius hæc strophes particula decurreret ita constituta :

Πυθμὴν, δι' ἁ-
μὸν γάμον τὸ θάλπος
Δυσπαραβούλοισι φρεσὶ,
Καὶ διάνοιαν μαινόλιν
Κέντρον ἔχων ἄφυκτον, ἄταν
Δ' ἀπάτᾳ μεταγνούς.
Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω στρ. ϛ'.
Λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ,
Ἰὴ, ἰὴ,
Ἰηλέμοισιν ἀμπρεπῆ
Θρεομένη μέλη,
Ζῶσα γόοις με τιμῶ.
Ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,

112. θάλπος] Ita rescribendum duxi. Vulg. θάλος, nullo sensu idoneo. 114. ἢ διάνοιαν μαινόλιν] Heathius auctor est ut rescribatur καὶ δι' ἄνοιάν γε μαινόλιν. 115. ἄτᾳ] ἄταν Ald. Rob. Turn. ἄτα ἐπ' ἄτᾳ conj. Stanl. 117. θρεομένα λέγω] θρεβομέα λεγῶν mendose scribitur Ald. 120. ἀμπρεπῆ] ἱμπρεπῆ Ald. Turn. Vict. 121. θρεομένη] θρευομένη Turn. 122. με τιμῶ] Sic Ald. με τιμῶν Rob. μεθ' ἡμῶν Turn. με τιμᾷ edd. cett. μέτειμι conj. Canter.

Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω
Λιγέα, βαρέα, δακρυοπετῆ,
Ἰὴ, Ἰὴ,
Ἰηλεμοῖσιν ἀμπρεπῆ.
Ζῶσα γόοις με τιμῶ.

Tales igitur ærumnas miseras questa narro, acutas, graves, lacrymosas, hei hei, carminibus funebribus aptas. Viva me ipsam næniis honoro.

θρεομένη μέλη, (quod Porsonus quoque uncinis inclusit,) scholiastæ videtur deberi, quod si placeat, nihil opus est in antistrophe post v. 132. lacunæ notam ponere, quasi sequens versiculus interciderit.

Ceterum inutiles sunt Scaligeri conjecturæ, quas ex ejus schedis notavit Abreschius, Ζῶσα γόοισιν ἄ τ ι μ α, vel ἔ τ ο ι μ α.

118. δακρυοπετῆ. Sensu activo *cadere faciens, eliciens lacrymas.*

122. ζῶσα γόοις με τιμῶ. significat se quasi, tanquam præficam, sibi ipsi næniam canere. *Ich singe mir noch lebend mein eignes Todtenlied.*

123. ἱλέομαι — εὐακοεῖς. "Cum prius dixisset βοῦνιν, verborum quibus utitur observantissimus, statim addit καρβᾶνα δ' αὐδὰν etc. Βοῦνις enim γῆ, κατὰ βαρβάρους, inquit Scholiastes. Et Phrynichus notat βουνὸν esse ὀθνείαν φωνὴν τῆς Ἀττικῆς. Unde alicubi in Comœdia, cum quidam hunc versum protulisset:

Βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά.

regerit alter:

Τίς ἐσθ' ὁ βουνὸς, ἵνα σαφῶς σε μανθάνω;"—*Stanl.*

Βοῦνις γῆ vero dicitur *terra collibus fre-*

Καρβᾶνα δ' αὐδὰν
Εὐακοεῖς.
Πολλάκι δ' ἐμπιτνῶ ξὺν λακίδι
Λίνοισιν, ἢ
Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.
Θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα, πελομένων καλῶς, ἀντιστ. ϛʹ.
Ἐπιδρομῶσ' ὅθι θάνατος ἀπῇ.
Ἰὼ, ἰώ.
Ἰὼ δυσάγκριτοι πόνοι.
* * * * * *
Ποῖ τόδε κῦμ' ἀπάξει;

125. εὐακοεῖς] εὐακουνεῖς Ald. Heathius v. 124, 125. in unum contrahendos et sic legendos existimat: Κάρβαναν δ' αὐδὰν εὐακοοῖς: *barbaram vero vocem bene intelligas.* 128. καλύπτρᾳ] καλύστρα Ald. 129. πελομένων] πελομιῶν corrupte Ald. πολεμίων Turn. 130. ἐπιδρομῶσ' ὅθι] ἐπιδρόμω ποθὶ Ald. Turn. Utrumque versiculum 129, 130. sic emendandum judicat Heathius:

Θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα πελομένων καλῶς
Ἐπὶ δρόμῳ γ' ὅτι θάνατος ἀπῇ.

ἀπῇ] ὅπη Ald. Turn. 134. κῦμ' ἀπάξει] κῦμα πατάξει. Rob.

quens; sic infra γᾶ βοῦνις componitur v. 789; falluntur ergo qui Ἀπίαν βοῦνιν dictum esse putant pro Ἀπίαν γῆν, cum significet *Apiam* (terram) *collibus frequentem.* cf. Interpr. ad Hesych. v. βουνὶς γῆ.

ἱλίομαι. *Supplex imploro Apiam terram*, i. e. metongonice Argivam, *simul ut barbaram orationem æqui bonique consulas rogo.* καρβᾶνα δ' αὐδὰν scribere potuit Æschylus etsi alibi formam κάρβανος amat. Etymol. M. testatur καρβᾶνες dici pro βάρβαροι. Pro εὐακοεῖς cum Heathio optativum εὐακοοῖς rescribendum opinor; quod autem ille interpretatur: *bene intelligas*, malim: *cum benevolentia audias, æqui bonique consulas.*

126. πολλάκι—καλύπτρᾳ. *Identidem autem præ tristitia lacero vestimenta linea et Sidonium capitis tegumentum.* Male Stanleius: *Sæpius autem rogo, cum laciniis, lineis textis, aut Sidonio capitis tegmine.* ἐμπιτνεῖν σὺν λακίδι nihil aliud est quam *discerpere, dilacerare, impetum in vestes facere lacerando.* Sic Pers. v. 122. sq.

Βυσσίνοις δ' ἐν πέ-
πλοις πέσῃ λακίς.

129. θεοῖς—ἀπῇ. Vulgatam hanc lectionem latinus interpres ita vertit, ut ægre sensum elicias: *Diis pia perfecta rebus bene cedentibus, incurrant, ubi mors absit.* Heathius versiculos hoc modo correctos:

θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα πελομένων καλῶς
ἐπὶ δρόμῳ γ' ὅτι θάνατος ἀπῇ;

sic interpretatur: *Diis vero solvi debent vota consummata rebus nostris felicem eventum sortitis, quod iter huc facientes mortem evaserimus.* Nempe ἐναγὴς dici putat omne id quod religione aliqua sive voti, sive sacramenti, sive piaculi, sive alia quacunque obstri-

Ἱλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,
Καρβάνα δ' αὐδὰν
Εὐακοεῖς.
Πολλάκι δ' ἐμπιτνῶ ξὺν λακίδι
Λίνοισιν, ἢ
Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.
Πλάτα μὲν οὖν λινοῤῥαφής τε   στρ. ζ'.
Δόμος ἅλα στέγων, δορὸς
Ἀχείματόν μ' ἔπεμψε σὺν πνοαῖς.
Οὐδὲ μέμφομαι τε-
λευτᾶς· ἐν χρόνῳ
Πατὴρ ὁ παντόπτας
Πρευμενὴς κτίσειε
Σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρὸς,
Εὐνὰς ἀνδρῶν, ἒ, ἒ,
Ἄγαμον ἀδάμαντον ἐκφυγεῖν.

135. ἱλέομαι] ἱλέωμαι Rob. 137. εὐακοεῖς] ἐνγαγρόνοις corrupte Ald. 141. λινοῤῥαφὴς] λινοῤῥαφὶς Turn. 143. ἀχείματον—πνοαῖς] ἀχίματόν μ' ἔπεμπε ἂν πνοιαῖς Ald. ἀχίματόν μ' ἔπεμπε συμπνοαῖς Rob. ἀχείματόν μ' ἔπεμπε ἂν πνοαῖς Turn. Stanleius ita distinguendum arbitratur: ἅλω στέγων δορὸς ἀχείματον—. 145. ἐν χρόνῳ] ἐν δὲ χρόνῳ Ald. δ' ἐν χρόνῳ Vict. Heathii auctoritate sic ordinandi v. 144. seqq.

ctum teneatur. Nobis autem, vulgata lectione servata, sensus verborum, quem Scholiastes quoque commendat, præferendus esse videtur: *Diis autem justa et perfecta sacra, rebus bene gestis largiter præbeantur, si mors abfuerit.*

141. sqq. πλάτα—πνοαῖς. Stanl. ita reddidit: *Remus quidem et lino consuta domus* (i. e. navis) *mare arcens a ligno, tempestate nulla jactatam me misit cum flatibus.* Putabat nimirum ἅλα στέγων cum δορὸς conjungendum esse. At multo elegantius Æschyloque dignius ἀχείματον δορὸς significat, eum qui *belli tempestatem haud expertus est.* Adeoque Danaides felices se prædicant, quod navis qua vectæ sint, ipsas belli tempestate, quæ sibi ab Ægypti filiis imminebat, evitata ventis secundis Argos detulerit.

144. οὐδὲ μέμφομαι τελευτᾶς. *Nec est quod me hujus exitus pœniteat.* Porsonus puncto post μέμφομαι posito, τελευτᾶς ad sequentia traxit.

145. ἐν χρόνῳ. Versiculos hosce recte ad metrum constituit Heathius; ut in V. L. exposuimus. Ἐν δὲ χρόνῳ etc. *modo posthac* etiam, sive *tempore idoneo, pater omnia cernens* (Jupiter) *benevole efficiat, ut soboles* ejus ex *vene-*

Θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν ἁγνά. ἀντιστ. ζ'.
Μ' ἐπιδέτω Διὸς κόρα,
Ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀσφαλές·
Παντὶ δὲ σθένουσι, δι-
ωγμοῖσι δ' ἀσφαλίας
Ἀδμήτας ἀδμήτα
Ῥύσιος γενέσθω.
Σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρὸς,
Εὐνὰς ἀνδρῶν, ἓ, ἓ,
Ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.
Εἰ δὲ μὴ, μελανθὲς στρ. η'.
Ἦ διόκτυπον γένος
Τοὔγγαιον
Τὸν πολυξενώτατον

οὐδὲ μέμφομαι τελευτᾶς·
ἐν δὲ χρόνῳ πατὴρ ὁ παντόπτας
πρευμενὴς κτίσειε.

151. θέλουσα — ἁγνὰ] θέλουσαν δ' οὖν θέλουσαν ἀγμὰ Ald. θέλουσαν δ' οὖν, θέλουσαν ἁγνὰν Turn. 153. ἔχουσα σέμν' ἐνώπι'] ἔχουσα μ' ἐπ' ὠπὶ Turn. ἀσφαλὲς] Heathius mavult ἀσφαλῶς. 154. σθένουσι] σθένουσα Turn. πάντι δὲ σθένει conj. Canter. πάντα δὲ σθένουσι διωγμοῖσι δι' ἀσφαλείας em. Stanl. Omnino v. 154. seqq. ita constituit Heathius:

Πάντι δὲ σθένει διωγμοῖς trochaic. dim. acatal.
Ἀσφαλίσασ' ἀδμήτας ἀδμήτα choriamb. dim. acatal.
Ῥύσιος γενέσθω.

155. διωγμοῖσι δ'] διωγμοῖσιν Rob. 162. Legendum ᾗ pro ἢ *Heath.* 163. τοὔγγαιον] τόνταιον Ald. τὸν τάγον Rob. τουγγάϊον scribendum per diæresin *Pauw. Heath.*

randa matre (Io) *conjugium virorum* (Ægypti filiorum) *innupta et indomita effugiat.*

151. sqq. θέλουσα—γενέσθω. *Lubens vero lubentem me casta Jovis filia* (Minerva) *respiciat, vultusque graves in me* (præsidii causa) *immotos dirigat, omni autem vi nos a persecutione* (patruelium) *tutas præstans, innuptarum virginum innupta virgo liberatrix esto.* Amplectimur nempe lectionem junctis Canteri, Pauwii Heathiique conjecturis ita constitutam:

παντὶ δὲ σθένει διωγμοῖς
ἀσφαλίσασ' ἄδμητος ἀδμήτα
ῥύσιος γενέσθω.

161. εἰ δὲ μὴ—ὀλυμπίων. Recte Heathius legendum esse vidit ᾗ pro vulg. ἢ. *Si minus, in Tartarum, ubi Titanum genus terrestre fulmine Jovis percussum*

Ζῆνα τῶν κεκμηκότων
Ἱξόμεσθα σὺν κλάδοις,
Ἀρτάναις θάνουσαι,
Μὴ τύχουσαι
Θεῶν ὀλυμπίων.
Ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ
Μῆνις μάστειρ᾽ ἐκ θεῶν,
Κοννῶ δ᾽ ἄταν
Γαμετᾶς οὐρανόνικον.
Χαλεποῦ γὰρ ἐκ
Πνεύματος εἶσι χειμών.
Καὶ τότ᾽ οὐ δικαίοις ἀντιστ. η΄.
Ζεὺς ἐντεύξεται λόγοις,
Τὸν τᾶς βοὸς
Παῖδ᾽ ἀτιμάσας, τὸν αὐ-

170. *ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ*] *ἀζηνιούσίω* ingente corruptela Ald. *ὦ Ζεῦ ἰοῦσα* Turn. 173. *οὐρανόνικον*] *οὐρανονείκου* Turn. 177. *ἐντεύξεται*] *ἀνέξεται* Turn.

adeoque nigratum (ambustum) *nunc habitat, ad Jovem mortuorum,* (i. e. Ἅδην Plutonem) *multos ad se hospites recipientem, ibimus, vita scilicet suspendio finita, a cœlestibus diis spretæ et rejectæ.*

171. ἐκ θεῶν. Si lectio sana est, verba hoc ordine jungenda; *ἰὼ μῆνις ἐκ θεῶν Ἰοῦς μάστειρα, eheu iram numinum inveteratam Iûs vestigia prementem.* Fortasse autem ita ediderat Æschylus:

ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς, ἰὼ,
μῆνις μάστειρ᾽ ἐκθέει,

ô Jupiter, *ira* (Junonis) *adversus Ionem olim suscepta investigatrix excurrit,* me quoque *persecutura.* Certe sic legisse videtur Scholiastes, hoc modo interpretatus: *καὶ ἐφ᾽ ἡμᾶς οὖν ἔφθασεν ἡ μῆνις τῆς Ἥρας.*

172. Κοννῶ δ᾽ ἄταν. *Agnosco autem noxam,* h. e. itam perniciosam, Jovis *conjugis, omnium cœlestium numinibus potentiorem.* Hesych. Κοννεῖν, *συνιέναι, ἐπίστασθαι,* et Κοννοῦσι, *γινώσκουσι.*

174. Χαλεποῦ—χειμών. *A vehementi enim procella excitata procedit hæc tempestas,* h. e. pericula, quæ nos urgent, adeo gravia sunt, ut haud sine irati alicujus numinis ejusque potentissimi vi et consilio concitata videantur.

177. ἐντεύξεται. Porsonus edidit ἐνέξεται.

οὐ δικαίοις—λόγοις. Profecto Jupiter male audiret, in rumores ejus numine parum dignos incurreret.

178. τᾶς βοός. Iûs *in vaccam mutatæ.* Sic sæpe breviter designatur.

179. *παῖδ᾽ ἀτιμάσας.* Βοὸς παῖς Epaphum significat, quem Jupiter parum erat honoraturus, si posteritatem ejus, Danaides, neglexisset.

τὸς ποτ' ἔκτισεν γόνῳ,
Νῦν ἔχων παλίντροπον
Ὄψιν ἐν λιταῖσιν·
Ὑψόθεν δ' εὖ
Κλύοι καλούμενος.
Ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ
Μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν,
Κοννῶ δ' ἄταν
Γαμετᾶς οὐρανόνικον.
Χαλεποῦ γὰρ ἐκ
Πνεύματος εἶσι χειμών.

ΧΟΡΟΣ. ΔΑΝΑΟΣ.

Δα. ΠΑΙΔΕΣ, φρονεῖν χρή· ξὺν φρονοῦντι δ' ἵκετε
Πιστῷ γέροντι τῷδε ναυκλήρῳ πατρί.
Καὶ τἀπὶ χέρσου νῦν προμήθειαν λαβεῖν
Αἰνῶ, φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτουμένας.

181. νῦν ἔχων] Heathius mavult νῦν τ' ἔχων. 184. κλύοι] κλύει Turn. 194. τἄμ' ἔπη] Heath. conj. θ' ἁμ' ἔπη. δελτουμένας] δελτούμενα conj. Stanl.

181. νῦν—λιταῖσιν. *Si nunc quidem vultum a precibus nostris averteret, preces nostras negligeret.*

183. ὑψόθεν—καλούμενος. Stanleius: *ex alto vero benevole audiat invocatus.* Rectius: *cœlitus autem precibus nostris vocatus bene potius audiat, bonam sibi famam paret.* Contrarium scilicet hic ponitur εὖ κλύειν sententiæ verborum οὐ δικαίοις ἐντεύξεσθαι λόγοις. v. 174.

185. ὦ Ζεῦ. Ad explendam, quæ vulgo in edd. est, lacunam sex versiculorum, nihil aptius est repetitione clausulæ strophes quintæ; quam a Cantero jam commendatam videmus. Ejusmodi enim repetitiones sæpius occurrunt, ut v. 135. sqq.

IN SCENAM II.

v. 191. sqq.

192. ναυκλήρῳ πατρί. *Classis vestræ præfecto, itineris maritimi duce.* Sic supra v. 12. Danaus βούλαρχος καὶ στασίαρχος appellabatur.

193. καὶ—δελτουμένας. *Quemadmodum igitur consiliis meis obsecutæ iter maritimum bene vobis evenisse videtis, ita nunc quoque, postquam ad terram appulistis, res vestras ut prudenter agatis, auctor sum; ideoque hortor, ut quæ vobis dicturus sum memoriæ mandetis, diligenterque observetis.* Heathii emendationem

Ὁρῶ κόνιν, ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ·
Σύριγγες οὐ σιγῶσιν ἀξονήλατοι,
Ὄχλον δ' ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον
Λεύσσω, ξὺν ἵπποις, καμπύλοις τ' ὀχήμασι.
Τάχ' ἂν πρὸς ἡμᾶς τῆσδε γῆς ἀρχηγέται
Ὀπτῆρες εἶεν ἀγγέλων πεπυσμένοι.
Ἀλλ' εἴτ' ἀπήμων, εἴτε καὶ τεθυμένος,
Ὠμῇ ξὺν ὀργῇ, τόνδ' ἐπόρνυται στόλον,
Ἄμεινόν ἐστι παντὸς εἵνεκ', ὦ κόραι,
Πάγον προσίζειν τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
Κρεῖσσον δὲ πύργου βωμὸς, ἄῤῥηκτον σάκος.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ λευκοστεφεῖς
Ἱκτηρίας, ἀγάλματ' αἰδοίου Διὸς,

201. *τεθυμένος*] *τεθειμένος* Ald. Rob. 202. *τόνδ'*] *τόνδε* Rob. 203. *εἵνεκ'*] scribendum *οὕνεκ'* Attice. *Heath.* 204. *πάγον*] *πάγου* Rob. *τῶνδ'*] *τόνδ'* Turn.

φυλάξαι θ' ἅμ' ἔπη
concinnitatis causa probo: contra nihil opus est Stanleii correctione *δελτούμενα.*

195. *κόνιν ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ.* Abreschius articulum *τὸν* ante *ἄναυδον* inserendum putabat.

197. *ὄχλον—λεύσσω.* Has militum copias ex poëtæ mente rex Argivorum non ideo videtur contraxisse, quod ab adventu Danaidum periculi quid metueret; sed erant milites præsidiarii, quos rex jaculando, aurigando, ceterisque artibus bellicis exercebat.

ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον. " Græcam agnoscis armaturam. Cum Atossa Persarum regina quæsivisset, qualia essent arma Græcorum, respondit Chorus Agam. v. 240.

ἔγχη σταδαῖα καὶ φεράσπιδες σαγαί."
Stanl.

199. sq. *τάχ' ἂν—πεπυσμένοι.* Stanl. vertit: *Fortasse ad nos hujusce terræ principes speculatores sint nuntios audituri.* Imo verius: *Fortasse ad nos hujus terræ principes speculatum venient, nuntiis de adventu nostro auditis.* *γῆς ἀρχηγέται* pluralis pro singulari, ut sæpe.

202. *ἐπόρνυται.* Facile esset *ἐπόρνυνται* rescribere, ut rectius cum præcedenti *ἀρχηγέται* conveniret; sed frequens est apud Æschylum enallage numeri.

203. *ἄμεινόν ἐστι παντὸς εἵνεκ'* vel *οὕνεκα, in omnem eventum melius et consultius est.*

204. *ἀγωνίων θεῶν.* " Hesychius: *Ἀγώνιοι θεοὶ, οἱ τῶν ἀγώνων προεστῶτες.* Qui sint, tradit infra v. 217. et seq. scil. Jupiter, Apollo, Neptunus, Mercurius. De Apolline et Mercurio egimus ad Agamemn. v. 523. et 524. Jovis *ἀγωνίου* meminit Sophocles Trachiniis, v. 25.

τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς.
De Neptuno, utpote qui Isthmiorum præses, res clara est, quem Æschylus designat per tridentem. v. 226.

Σεμνῶς ἔχουσαι διὰ χερῶν εὐωνύμων,
Αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ τὰ χρεῖ' ἔπη
Ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει,
Τορῶς λέγουσαι τάσδ' ἀναιμάκτους φυγάς.
Φθογγῇ δ' ἑπέσθω, πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασὺ,
Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων σωφρόνων
Ἴτω πρόσωπον ὄμματος παρ' ἡσύχου.
Καὶ μὴ πρόλεσχος, μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
Γένῃ· τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος.
Μέμνησο δ' εἴκειν· χρεῖος εἶ ξένη φυγάς.
Θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας.
Χο. Πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονούσας ἐννέπεις.
Φυλάξομεν δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν

208. εὐωνύμων] συνωνύμων Ald. Rob. Turn. 209. χρεῖ'] χρεῖ' Rob. 212. τὸ μὴ θρασὺ] τὸ μὴ 'θρόα Turn. Heath. conj. φθογγῆς ἑπέσθω πρῶτα μὲν τὸ μὴ 'θρόον. 214. πρόσωπον] προσώπων Rob. 215. ἐφολκὸς] ἀφελκὸς Rob. 217. εἴκειν· χρεῖος] εἴκειν χρεῖος. Rob. puncti signo post χρεῖος posito. 220. φυλάξομεν] φυλάξομαι Rob.

Ὁρῶ τρίαιναν τήνδε σημεῖον θεοῦ.

Et v. 763.

Οὐ μὴ τριαίνας τάσδε καὶ θεῶν σέβη
Δείσαντες—" *Stanl.*

206. sq. λευκοστεφεῖς ἱκτηρίας. *Olivæ ramos, alba lana coronatos, supplicum insignia.*

ἀγάλματ' αἰδοίου Διός. *Ornamenta Jovis supplicum præsidis*, et hoc nomine maxime venerandi.

208. εὐωνύμων. Hæc lectio satis antiqua est; Scholiastes enim in textu suo eam invenit. Nec ad sententiam vulgatæ ξυνωνύμων postponenda. Etsi enim hoc ita interpretantur, ut respiciatur σεμνῶς, adeoque χερῶν συνωνύμων significet, i. q. æque σεμνῶν, pleonasmum tamen hoc sapit inutilem. Etenim si gestus manuum verecundus jam designatus erat verbis σεμνῶς ἔχουσαι, ecquod erat aliud in manibus ipsis verecundiæ signum?

211. τάσδ' ἀναιμάκτους φυγάς. cf. v. 7, 8.

212. φθογγή. Vera sine dubio est lectio, quam Porsonus expressit, φθογγῇ. "Ac primum quidem vocem vestram sequatur modestia ab omni audacia s. procacitate remota, deinde vultus haud levis, haud lascivus, a fronte modesta ex oculis tranquillis hospitibus occurrat."

215. καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκός. *Et neque procaces, sermonem occupando, nec diffusæ et prolixæ estote. (Seyd weder vorlaut, noch schleppend langweilig im Reden.)*

216. τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος. Stanl. vertit: *in hac regione valde proni sunt ad invidiam.* Rectius: *quod* (loquendi scil.) *genus valde hic est odiosum,* prorsus ut infra Rex Pelasgus:

Μακράν γε μὴν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

Κεδνὰς ἐφετμάς· Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι.
Δα. Μὴ νῦν σχόλαζε, μηχανῆς δ' ἔστω κράτος.
Χο. Θέλοιμ' ἂν ἤδη σοὶ πέλας θρόνους ἔχειν.
Δα. Ὦ Ζεῦ, κόπων οἴκτειρε μὴ 'πολωλότας.
Χο. Ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.
Κείνου θελόντος εὖ τελευτήσει τάδε.
Δα. Καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.
Χο. Καλοῦμεν αὐγὰς ἡλίου σωτηρίους,
Ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν.
Ἰδὼν ἂν αἶσαν τήνδε, συγγνῴη βροτοῖς.
Δα. Συγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων.

222. κράτος] Heathius hoc modo corrigendum esse autumat :

μὴ νῦν σχόλαζε,
μὴ κάμῃς δ' ἐς τὸ κράτος.

222. μηχανῆς δ' ἔστω κράτος. Nodum in scirpo quæsivit Heathius, offensus *machinæ* vocabulo, cui nimirum hic locus non sit, ideoque ad inutilem sane corrigendi rationem delapsus. Recte Abreschius exposuit : *Ne igitur cuncteris ; sed celeriter exequere, quæ paras.*

223. θέλοιμ'—ἔχειν. Sententia est : *Tantum abest ut segniter agam, ut vellem jam prope assidere tibi,* illo nempe in πάγῳ ἀγωνίων θεῶν. v. 204. πέλας cum tertio quoque casu, Eurip. Phœn. v. 852. *Abresch.*

224. ὦ Ζεῦ. Notandum est, antequam hæc et sequentia pronuntiarentur, puellas cum patre ad aram illam ἀγωνίων θεῶν concessisse, ibique sedem cepisse. Abreschius legendum suspicatur μήπω 'λολώτας, *nondum perditos, qui nondum periimus, nondum actum de nobis cum sit,* sed scil. servari et salvi esse queamus, *miserere laborum et ærumnarum.* Vulgata tamen lectio bonum præbet sensum : *O Jupiter, ne te nostri tum demum misereat, cum laboribus et ærumnis prorsus oppressæ fuerimus.* Ita Scholiastes quoque accepit.

227. Ζηνὸς ὄρνιν. Sequenti versiculo significatur hac periphrasi *Solem* intelligi, cum gallo gallinaceo comparatum. " Ideo autem Solem ἀλέκτορα appellat, quod uterque dormientes excitet, ut observat Scholiastes. Eadem ratione Ion Chius tibiam ἀλέκτορα vocavit, apud Athenæum lib. iv.

ἐπῇδ' αὐλὸς ἀλέκτωρ
λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν." *Stanl.*

229. φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν. " Ideo Apollinem invocant ad præstandum ipsis auxilium, quod et ipse aliquando e cœlis relegatus a Jove fuisset ad Admeti armenti." *Stanl.*

230. ἰδὼν ἄν. Lectionem ε ἰ δ ὼ ς ἄν, quam Stephanus e codice laudat, ut sensui aptiorem, prætulerim. *Haud ignarus hujus fortunæ,* exsilii, mortalibus etiam exulibus, *propitius sit.* Prorsus ut apud Virgilium loco nobilissimo

Haud ignara mali miseris succurrere disco.

231. συγγνοῖτο. Hoc unice verum est, nec ullo modo placere potest Scholiastæ commentum, σύγγνοιτο, quasi pro συγγίνοιτο legentis. Et sic jam

Χο. Τίν' οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;
Δα. Ὁρῶ τρίαιναν τήνδε, σημεῖον θεοῦ.
Χο. Ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν, εὖ τε δεξάσθω χθονί.
Δα. Ἑρμῆς ὅδ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις.
Χο. Ἐλευθέροις νῦν ἐσθλὰ κηρυκευέτω.
Δα. Πάντων δ' ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν
Σέβεσθ'· ἐν ἁγνῷ δ', ἐσμὸς ὡς πελειάδων,
Ἵζεσθε, κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ,
Ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος.
Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;
Πῶς δ' ἂν γαμῶν ἄκουσαν ἄκοντος πάρα,
Ἁγνὸς γένοιτ' ἄν; οὐδὲ μὴ 'ν ᾅδου θανὼν
Φύγῃ μάταιον αἰτίας, πράξας τάδε.
Κἀκεῖ δικάζει τἀμπλακήμαθ', ὡς λόγος,

238. ἐν ἁγνῷ δ' ἐσμὸς ὡς] Edd. ἐν ἁγνῷ δεσμὸς ὡς. Stanlei. em. κἀγνὸς ἐσμὸς ὡς. 241. ἂν ἁγνεύοι] ἀναινεύοι Ald. ἀνανεύοι Rob. 243. μὴ 'ν] μὴν Ald. Rob. 244. φύγῃ] φύγη Ald. Rob. 245. τἀμπλακήμαθ' ὡς] τἀπλὰ ἐγμάβας mira corruptione Ald. ταπλα ἐν μαβῶς Rob. ταπλάκημα βὰς Turn.

Stephanus judicavit "Omnino, inquit, crediderim legendum συγγνοῖτο. Quod idem valebit, quod præcedente versu συγγνώῃ. Est enim γνοῖμι, ut δοῖμι, γνοίμην ut δοίμην, tertia persona γνοῖτο, et in compositione συγγνοῖτο. At σύγγνοιτο erit a συγγίνομαι pro συγγίνοιτο per syncopen, quod etiam voluit Scholiastes. Sed συγγνοῖτο ut legendum putem, facit sensus; et ut existimem illud συγγνώῃ repetitum fuisse hoc verbo, facit etiam particula δῆτα, quæ sæpe sic usurpatur, cum videlicet respondentes ita assentimur, ut etiam verbum id repetamus, quo ille, cui respondemus, usus fuerat." Hactenus ille.

238. ἐν ἁγνῷ δ', ἐσμὸς ὡς πελειάδων. Ita sine dubio legendum, quod et Pauwius vidit. *In hoc loco sancto tanquam grex columbarum considete, circorum cognatorum metu.* ὁμοπτέρων h. l. non est *similium*, ut Stanl. vertit, sed cognationem cum patruelibus, Ægypti filiis, indicat.

240. ἐχθρῶν — γένος. *Qui quamvis consanguinei, tamen hostes vestri sunt, et incestis nuptiis genus vestrum commaculare audent.*

241. ὄρνιθος—φαγών; "Proverbialis locutio, cui respondet adagium, *canis caninam non est*; ap. Varronem de L. L. lib. vi. Juvenalis Sat.

parcit
Cognatis maculis similis fera." *Stanl.* Observandum tamen, hanc phrasin h. l. ad illicitas inter consanguineos nuptias pertinere.

242. ἄκοντος πάρα. Nempe invito patre.

243. sq. οὐδὲ—πράξας τάδε. Stanl. vertit: *neque apud inferos mortuus effugiat petulantiam criminis, hoc perpetrans*

Ζεὺς ἄλλος ἐν καμοῦσιν ὑστάτας δίκας.
Σκοπεῖτε, κἀμείβεσθε τόνδε τὸν τρόπον,
Ὅπως ἂν ὑμῖν πρᾶγος εὖ νικᾷ τόδε.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ. ΔΑΝΑΟΣ. ΧΟΡΟΣ.

Βα. ΠΟΔΑΠΟΝ ὅμιλον τόνδ' ἀνέλληνα στόλον,
Πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι
Χλίοντα προσφωνοῦμεν; οὐ γὰρ Ἀργολὶς

247. τρόπον] ex emend. Stanl. Vulgo τόπον. 251. προσφωνοῦμεν οὐ] προσφωνουμένου Ald.

Ego vero, cum Abreschio *μ ά τ α ι ο ς* ab Æschylo scriptum arbitror; hoc sensu: *ac ne apud inferos quidem culpam fugiat improbus, qui talia perpetraverit.*

246. Ζεὺς ἄλλος—δίκας. " Καμόντες *mortui* ut v. 164.

Τὸν πολυξενώτατον
Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.

Plutonem intelligit; hausit vero ex Homero, qui Ditem *Jovem subterraneum* vocat.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

Observat etiam Pausanias in Corinthiacis, Neptunum ab Æschylo *Jovem* vocatum. Αἰσχύλος δὲ ὁ Εὐφορίωνος καλεῖ Δία καὶ τὸν ἐν θαλάσσῃ, atque hinc rationem ducit simulacri Jovis, tres oculos habentis, quod idem Deus tribus mundi partibus imperet, quas alias tres Deos inter se sortitos fuisse traditur." *Stanl.*

247. κἀμείβεσθε τόνδε τὸν τρόπον. *Et hunc in modum respondete,* nempe quem v. 210. sqq. iis præiverat, ubi ἀμείβεσθαι eodem sensu ponebatur. Et in ipsis, quæ postremum elocutus erat, verbis v. 240—244. pars quædam continetur eorum, quæ Danaides respondere possent, ad causam suam Argivorum regi commendandam. Vulg. lectio τόνδε τὸν τόπον significat, *et hunc locum cum alio permutate, ab hoc loco discedite;* quod Danai consilio v. 204. 238. plane esset contrarium.

248. ὅπως—τόδε. *Ut totum hoc negotium vobis bene eveniat; ut in causa hac superiores discedatis.*

IN SCENAM III.

v. 249. sqq.

249. sqq. ποδαπὸν—τόπων. Scripseratne forsan ποδαπὸν σ' ὅμιλον, i. e. σὲ τὸν ὅμιλον τόνδε στόλον ἀνέλληνα. Sequitur enim v. 255. ἔτλητε. (At quid hoc efficiat ad firmandam Abreschii conjecturam haud intelligo. Suavius contra decurrit oratio absque illo σέ. *Quodnam hic solalitium, haud Græcum, peregrinisque vestimentis et velamentis ornatum alloquimur?*) Vox πύκνωμα de vestitu, usitate. Vid. *Spanh.* ad *Arist.* Nub. v. 53. προσφωνεῖν cum accusativo quoque Choëph. v. 1015. *Soph.* El. 1610. *Eurip.* Troad. 942. at cum tertio casu in Novi Testamenti libris; eadem scil. syntaxeos ratione, qua προσφθέγγεσθαι, προσειπεῖν atque alia, de quibus *lect. Aristæn.* p. 85. sqq. et *Auctarii Aristæn.* p. 17. χλίειν, quod *Hesych.* exponit per θρύπτειν, occurrit quoque *Choëph.* v. 135. Tum Ἀργολὶς ἐσθής, pro Ἀργολική." *Abresch.*

Ἐσθὴς γυναικῶν, οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων.
Ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο
Ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν
Ἔτλητ' ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει.
Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων,
Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις·
Μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ,
Καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
Εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.
Χο. Εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.
Ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω,
Ἢ τηρὸν ἱεροῦ ῥάβδον, ἢ πόλεως ἀγόν;

259. πόλλ'] πολὺ Ald. 263. ἱεροῦ] κίρου Ald. Rob. Pauwius corrigere audet ἢ ῥητὸν ἕρκους ῥάβδον. Heath. vero conj. ἢ 'ταιρον ἱεροῦ ῥάβδον.

253. sqq. ὅπως—πέλει. *Quomodo vero sine timore hanc terram accedere ausæ fueritis, haud præmisso præcone*, qui adventum vestrum ejusque consilium nuntiaret, *nec electo patrono*, qui vos ut peregrinas tutaretur, et causam vestram apud cives ageret, nec denique *ducibus adsumtis*, qui viam saltim vobis monstrarent, *admiramur*.

256. sq. κλάδοι γε μὲν δὴ—παρ' ὑμῖν. "Ita Editt. omnes, sola excepta *Robert.* in qua παρ' ἡμῖν. Receptæ scripturæ favet verborum ordo: at hyperbaton si admittatur, altera lectio hoc minus fuerit spernenda, quoniam Schol. eam videtur secutus, dum ἀφικτόρων expl. per Ἑλληνικῶν ἱκετῶν, quod per se ἀφικτόρων non notat. Constructio erit, κλ. γε μὲν δὴ κατὰ ν. (τῶν) παρ' ἡμῖν ἀφ. κεῖνται πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. Interpres vertit ceu esset παρ' ὑμῶν, et ita ad *Petit.* Legg. Attic. p. 106. citant viri docti, quos hoc de more adi." *Abresch.*

Lectio παρ' ὑμῖν sine dubio vera est; Danaides enim olivarum ramos partim juxta se ad aram θεῶν ἀγωνίων tantisper deposuerant, partim sinistris manibus tenebant.

258. μόνον τόδ'. Nempe supplices vos esse.

259. δίκαιον ἦν. Non *par esset*, ut latinus interpres, sed *causa esset idonea* multa alia conjectandi.

263. ἢ τηρὸν ἱεροῦ ῥάβδον. Difficilem hanc phrasin alii sic explicant, ut sit i. q. ῥαβδοῦχον τὸ ἱερὸν τηροῦντα, *templi custodem* h. e. sacerdotem *sceptro insignem* alii ut Abreschius τηρὸν transitive cum ῥάβδον construendum putant, ut τηρὸν ῥάβδον significet τηροῦντα ῥάβδον s. ῥαβδότηρον, i. q. ῥαβδοῦχον. Quæ quidem ratio nimis dura nobis et contorta videtur. Donec melius quid afferatur, liceat mihi conjecturæ indulgere, qua ducor ad suspicandum, Æschylum sic edidisse:

ἢ ῥήτορ' ἱερόραβδον,

vel oratorem i. e. legatum *sacro baculo insignem*. Cum enim Danaides regem nondum sibi cognitum ad se venientem conspicerent, nihil erat pronius, quam ut ex eo quærerent, utrum privatus esset, an legatus populi ad se missus, an ipse civitatis rex? Ut de sacerdote

Βα. Πρὸς ταῦτ' ἀμείβου, καὶ λέγ' εὐθαρσῶς ἐμοί.
Τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἶνις Πελασγὸς, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.
Ἐμοῦ δ' ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον
Γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα,
Καὶ πᾶσαν αἶαν, ἧς δι' Ἄλγος ἔρχεται,
Στρυμών τε, πρὸς δύνοντος ἡλίου κρατῶ.

266. Πελασγὸς] ex emendatione Canteri. Vulg. Πελάσγου. 269. αἶαν] αἴδνης Ald. Rob.. Ἄλγος] Ἄξιος vel Ἄψος legendum *Stanl.*

cogitarent, nulla erat causa. Præcones autem aut alios populi legatos baculos, insignia muneris, manibus gestasse, satis constat.

264. πρὸς ταῦτ'—ἐμοί. Valckenarius ad Eurip. Phœniss. p. 447. rectius hunc versum ante virginum responsum post v. 261. legi putabat. In quo falsus fuit vir egregius. Nam versu illo retracto, quod Heathius quoque monuit, prorsus otiosa esset particula γὰρ v. 265. nec haberet quo referretur. Manebit igitur suus huic versiculo locus, optimeque sic latine vertetur: *Quod ad ista attinet, responde mihi, et loquere fidenter. Sum enim hujus terræ princeps.*

265. τοῦ γηγενοῦς γὰρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος. "Salmasius de lingua Hellenistica, *Æschylus Pelasgum recentiorem facit quam ab aliis fit. Non imperasse tum Argis dixit, cum Danaides eo advenerunt. Nam Danaides sex γενεαῖς ab Inacho dissitæ fuere, cum Pelasgus tribus tantum γενεαῖς ab eodem in descensu distaret juxta γενεαλογίαν Apollodoro delineatam. Præterea nondum Argos erat, cum Danaus aut Danaides in Peloponnesum commigrarent, nam a Danao conditum fertur. Non igitur Argis imperabat Pelasgus, cum Danaus Peloponnesi incolis nomen occupata ea regione mutavit, et Danaos pro Pelasgis curavit appellandos. Sed Æschylus ex persona sua locutus est, non regionem eo nomine appellavit, quo vocabatur tempore Danai: quod sollenne Poëtis, et præcipue Tragicis. Sic Euripides Danaos εἰς Ἄργος venisse dicit, et condidisse ibi urbem Inachi, id est Ἄργος, nam regio ab urbe nomen sortita est.*

ἐλθὼν (*Danaus*) ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν.

Ita Virgilius,

—portusque require Velinos,

ex persona sua, cum nondum Velini essent—" *Stanl.*

266. Πελασγός. Recte hoc Canterus pro olim vulgato Πελασγοῦ.

267. εὐλόγως ἐπώνυμον. Significat Pelasgorum gentem hoc nomen a suo ipsius regis nomine derivasse. Eo respicit εὐλόγως.

269. Ἄλγος. "Imo Ἄξιος vel Ἄψος legendum; prius tamen mallem, cum iste fluvius fere dividat Thessaliam, et cujus mentio apud Æschylum in Persis v. 493. de Algo vero fluvio ne γρῦ quidem scriptores antiqui." *Stanl.*

Scaliger, teste Abreschio, Ἄγος reponere maluit.

270. Στρυμών τε. "Perspicue hoc et tribus versibus sequentibus totam Macedoniam et Thessaliam describit, cujus imperii finis ab una parte est fluvius Strymon, ab altera Pindus mons, etc. a reliquis duabus mare. Deinde addit,

τῶνδε τἀπὶ τάδε κρατῶ,

Ὁρίζομαι δὲ τήν τε Περῥαίβων χθόνα,
Πίνδου τε τἀπέκεινα, Παιόνων πέλας,
Ὄρη τε Δωδωναῖα· συντέμνει δ᾽ ὅρος
Ὑγρᾶς θαλάσσης· τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ.
Αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
Πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.
Χώρας γὰρ ἐλθὼν Ἄπις ἐκ Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
Τήνδ᾽ ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων·
Τὰ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
Χρανθεῖσ᾽ ἀνῆκε γαῖα μήνη καὶ δάκη,

271. τήν τε] Sic recte emendandum esse vidit Pauwius. In edd. τήνδε. 274. τῶνδε κἀπὶ τάδε] τῶν δ᾽ ἔτ᾽ ἐπὶ τάδε Turn. Vulg. τῶνδε τἀπὶ τάδε. Sed κἀπὶ τάδε, verum esse jam Stanl. vidit. 277. χώρας—Ἄπις ἐκ] Restituimus veram ed. Turnebianæ lectionem. Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ χώρας Ald. In reliquis est Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας. 279. δ᾽ ἐκκαθαίρει] δὲ καθαίρει Ald. τηνδὲ καθαίρει Turn. 281. μήνη καὶ δάκη] μηνεῖτα, ἄκη Rob. Pauw. conj. μήνει τ᾽ αἰανεῖ. Heathius quæ verba in mendo cubant. Legendum:

τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ.

Id est, præter jam memorata, hujus etiam regionis imperium obtineo. Amplissimum certe fuisse Pelasgorum regnum ex Strabone lib. 7. manifestum est: τοὺς δὲ Πελασγοὺς ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπεπόλασε, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς κατὰ Θεσσαλίαν, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν τι. Et Herodot. lib. i. τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχεν ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ." *Stanl.*

273. sq. συντέμνει δ᾽ ὅρος ὑγρᾶς θαλάσσης· τῶνδε κἀπὶ τάδε κρατῶ. "*Scaliger* emendat, τῶνδ᾽ ἐπὶ τάδε. Utcunque scripserit poëta, ἐπὶ τάδε posuit, pro ἐπὶ τούτοις, qua de structura Anim. ad Pers. v. 752., ubi simul de usu τοῦ πρὸς ταῦτα et πρὸς τάδε, quem minus attendit interpres *Arist.* Eccles. v. 846. et Pac. v. 304. At quidem Eccles. v. 1132. Pac. 415. et 765., ubi Schol. Add. *Valcken.* ad *Eurip.* Phœn. v. 524. Quod vero hoc in loco συντέμνει ὅρος θαλάσσης, id v. 264. ὁρίζομαι χθόνα. *Virg.* i. Æn. v. 287. *terminare imperium oceano. Plat.* Menex. 405. C. τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο μέχρι Σκυθῶν. *Aristid.* tom. i. p. 314. Λιβύης κολωνοῖς ταῦτα ὁρίζεται, i. e. περατοῦται καὶ τέλος ἔχει. Schol. inedito interprete. ἀφορίζειν inter alios *Plat.* Crit. 560. C."—*Abresch.*

275. sq. χώρας Ἀπίας—χάριν. "Peloponnesum *Apiam* ab Api dictam tradit (quæ prius Ægialea), quem sequitur Pausanias. Οὗτος, inquit, ὁ Ἄπις ἐς τοσοῦτον ηὐξήθη δυνάμεως πρινὴ Πέλοπα εἰς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ᾽ ἐκείνου καλεῖσθαι. Rhianus Poëta:

— τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκ γένετ᾽ Ἄπις
Ὅς ῥ᾽ Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας—" *Stanl.*

281. μήνη καὶ δάκη. "Reperio apud Phavorinum: Μῆνις χόλος, θυμὸς, κό-

Δράκονθ' ὅμιλον, δυσμενῆ ξυνοικίαν.
Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
Πράξας ἀμέμπτως Ἄπις Ἀργείᾳ χθονὶ,
Μνήμην ποτ' ἀντίμισθον εὗρετ' ἐν λιταῖς.
Ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια,
Γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω·
Μακράν γε μὴν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.
Χο. Βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος, Ἀργεῖαι γένος
Ἐξευχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βοός·
Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ.

γηγενῆ δάκη. 284. ἀμέμπτως Ἄπις] μεμπτῶς ἔπεισ' Ald. 285. ποτ' ἀντίμισθον] ποντατινεῖσθον Rob. 286. ἔχουσ' ἂν] ἔχουσαν Turn. 287. λέγοις πρόσω] λέγοι πρόσως Ald. Totus versiculus ita scriptus in Turn. Γένοιτ' ἂν ἐξεύχθοιο καὶ λέγοι πρόσως. 289. βραχὺς τορός θ'] βραχύστορος θ' Ald. Rob. 291. προσφύσω] προσφήσω Rob. Heathius conj. προσθήσω.

τος. Deinde post pauca Μῆνος, κότος καὶ ἔμμονος ὀργή." *Stanl.*

E Stanleii igitur sententia μήνη καὶ δάκη per figuram ἓν διὰ δυοῖν notaret *iratas beluas*. Abreschius σμήνη καὶ δάκη legendum putabat, *tota examina.*

282. δράκονθ' ὅμιλον. Figura usitatissima pro δρακόντων ὅμιλον, ut Prometh. v. 1. σκύθην ἐς οἶμον pro σκυθικόν.

283. sq. τούτων—χθονί. "Idem τούτων ἄκη τομαῖα πρᾶξαι quod τούτων φάρμακον τέμνειν in *Plat.* xi. Legg. 677. f. et Epist. viii. p. 724. C. Idem viii. Legg. 645. G. τί τεμὼν φάρμακον τούτοις ἑκάστοις τοῦ τοιούτου κινδύνου διαφυγὴν εὑρήσει. Conf. *Stanl.* in Agam. v. 17. Locutionem πρᾶξαι τὶ τινὶ declarant Anim. ad Prom. v. 49.—" *Abresch.*

285. μνήμην—λιταῖς. *Pro meritis hanc mercedem tulit, ut ejus memoria benevole colatur, ipseque tanquam tutelare numen precibus invocetur.*

287. sq. γένος—οὐ στέργει πόλις. "Ut Homerum atque *Pindarum* ἐξεύχεσθαι sensu *declarandi* adhibuisse notæ docent ad *Hesychium*, qui et εὔχεσθαι inter alia expl. per λέγειν, sic quoque *Noster.* Verba καὶ λέγοις πρόσω respiciunt v. 264. πρὸς ταῦτ' ἀμείβου. Ubi cum Regis sermonem plura interrogaturi interpellarint Virgines, is nunc hic continuatur. Addit Rex, μακράν γε μὴν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις. Ut nempe Lacones, sic Argivi breviloquentiam colebant. *Pind.* Isthm. vi. v. 87. τῶν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεταί που κ' ἐν βραχίστοις, ubi Schol. De v. ῥῆσις vid. quæ *Hemsterh.* ad *Luc. Nigr.* c. 11. Respicitur in his ad ea, quæ v. 57. seq. Chorus dixerat. γνώσεται δὲ λόγους τις ἐν μάκει, illos nempe, quos inde a v. 41. narravit." *Abresch.*

291. καὶ ταῦτ' ἀληθῆ—λόγῳ. "Respondent hæc, quæ Chorus v. 53. sqq. τάτε νῦν ἐπιδείξω πιστὰ—ἀελπτά περ ὄντα φανεῖται. Et τὰ τ' ἀνόμοια peculiariter referri videtur velle ad disparilem et diversum a Græcarum mulierum habitum. v. 244. sq. et 285—297. Sensus verborum prioris versus,

Βα. Ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξέναι, κλύειν ἐμοὶ,
Ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστιν Ἀργεῖον γένος.
Λιβυστικαῖς γὰρ μᾶλλον ἐμφερέστεραι
Γυναιξίν ἐστε, κ' οὐδαμῶς ἐγχωρίαις.
Καὶ Νεῖλος ἂν θρέψειε τοιοῦτον φυτὸν,
Κύπριος χαρακτήρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις
Εἰκὼς πέπληκται τεκτόνων πρὸς ἀρσένων·
Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν
Εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσας, χθόνα

295. γυναιξίν ἐστε] γυναιξὶ δ' ἐστὶ Ald. Rob. 297. Κύπριος] Pauwius mavult Κυταῖος. 298. εἰκὼς] εἰκὸς Ald. Turn. 300. ἀστραβιζούσας] Ita emendandum censuit Stanl. Recte. In edd. est ἀστραβιζούσαις.

quem habemus præ manibus, est, tanquam scriptum legeremus, ποιήσω ταῦτα, ἃ λέγω ἀληθῆ προσφῦναι τῷ λόγῳ. *Efficiam, cuncta hæc quæ dixero, vera esse adpareat. Arist.* Nub. v. 371. Νὴ τὸν Ἀπόλλω τοῦτό (sic pro τούτῳ leg. cum *Rich. Dawes.* Misc. Crit. p. 226.) γε τοι τῷ νυνὶ λόγῳ εὖ προσέφυσας."—*Abresch.*

292. sq. ἄπιστα—γένος. *Incredibilia sunt, hospites, quæ vos narrare audio, istud vestrum genus Argivum esse.* τόδε pronunciatur δεικτικῶς, q. d. *vos tales quales video, Argivas esse.*

297. Κύπριος χαρακτήρ. "Quum notissima hujus nominis insula huc non conveniat, intelligam de Cypro Libyæ, cujus apud *Steph. Byzant.* mentio. πέπληκται valet, εἴωθε πλήττεσθαι. Subsequitur Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσαις, χθόνα παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας. Adscripsit his *Scaliger*: ἱπποβάμονας. Si retines ἱπποβάμοσι lege ἀστραβιζούσας, si retines ἀστραβιζούσαις lege ἱπποβάμονας. Quid si, sublato commate, quod separat χθόνα ab ἀστραβιζούσαις, legamus ἀστυγειτονουμένους, constructio ut sit, ἀκούω τε (τοὺς) Ἰνδοὺς νομάδας ἀστυγειτονουμένους εἶναι (τοῖς) ἱπποβάμοσιν (ἐπὶ) καμήλοις ἀστραβιζούσαις χθόνα παρ' Αἰθίοψιν, et sensus sub his verborum involucris, *est et commercium, ut audio, Indis Nomadibus et Æthiopibus, ut adeo ex utriusque gentis conjugio vos prognatas quispiam suspicari posset.*" *Abresch.*

299. ἱπποβάμοσιν. "Scholiastes ἵπποις ἐοικυίαις κατὰ τὸ τάχος, *equis celeritute pares*, est itaque ἱπποβάμων, quod olim a Scaligero observatum adversus Titium lib. 4. c. 21. *non qui equo insidet, sed qui equinam βάσιν habet et quadrupedanter incedit ut Centaurus.* Recte addidit vir doctissimus, *ut Centaurus*, quippe de iis usurpatur Sophocli in Trachiniis:

Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
Θηρῶν—

Verba sunt de pugna Herculis cum Centauris, quam fusius describit Apollodorus lib. 2. Quod vero inficiatur vir incomparabilis τὸ ἱπποβάμων de eo accipi, qui equo insidet, vereor ut hoc nimis late dictum sit, cum sensu illo de Arimaspis usurpet Æschylus in Prometheo,

—τόντε μούνωπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱπποβάμονα—
—*et unoculum exercitum
Arimasporum equestrem*—

quos Æschylus ἱπποβάμονας Arimasporum autor ἀφνειοὺς ἵπποις dixit." *Stanl.*

300. ἀστραβιζούσας—ἀστυγειτονουμένας.

Παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας.
Καὶ τὰς ἀνάνδρους κρεοβότους δ' Ἀμαζόνας,
Εἰ τοξοτευχεῖς ἦτε, κάρτ' ἂν ᾔκασα
Ὑμᾶς. Διδαχθεὶς ἂν τόδ' εἰδείην πλέον
Ὅπως γένεθλον σπέρμα τ' Ἀργεῖον τὸ σόν.
Χο. Κληδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἰὼ γενέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ,

302. κρεοβότους] Vulgo κρεοβρότους. Sed Stanleii lectionem conjectura indagatam, quam et Heathius probat, prætulimus. 303. εἰ τοξοτευχεῖς] εἶπ' ὀξυτευχεῖς Ald. 307. τῇδ' ἐν] τῇ ἰδεῖν Ald. Stanl. legendum censet: Ἰὼ μιγέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ

"Ἀστραβὴν ephippium sive *sellam equestrem* significare plenissime constat, tum ex *Suidæ* et *Hesychii* auctoritate, tum ex exemplis e Demosthene, Luciano, et Machone comico apud *Athenæum* ab H. *Stephano* in Thesauro suo congestis. Hac autem interpretatione admissa astruitur plane ac stabilitur Stanleii emendatio reponentis ἀστραβιζούσας, cum ipsas mulieres, non earum tantum reculas, quod Pauwio aliorum inventis semper iniquiori visum est, camelis vectas satis clare indicetur. Nec minus erravit idem vir doctus, quando infinitivum εἶναι arctius cum νομάδας copulari debere putavit; certissime enim a verbo ἀκούω pendet, et constructio ita instituenda est: Ἀκούω τε εἶναι Ἰνδοὺς νομάδας. Infelicissime vero ei cessit nimia in voce ἀστυγειτονουμένας exponenda subtilitas. Revera enim ἀστυγείτων, prout in Thesauro suo monet H. *Stephanus*, generalius ponitur et voci Latinæ *finitimus, conterminus*, respondet, nec vicinarum urbium aut regionum unam alterâ magis respicit, prout ex loco ab illo allato ex Plutarchi Romulo p. 32. E. edit. *Paris.* ἀστυγείτονα τῆς Ῥώμης πόλιν manifeste patet. Ibi enim ἄστυ, si ad alterutrum, ad Romam potius quam ad πόλιν referri debere satis declarat ipsa orationis indoles. Hinc etiam nova emendationi *Stanleianæ* accedit confirmatio. Accusativus enim χθόνα ut ab ἀστραβιζούσας pendeat necesse est, cum verbum ἀστυγειτονεῖσθαι, si nomen quod immediate regat subjicitur, dativo, nunquam vero accusativo jungatur. Ita igitur totum locum verte: *Indasque esse audio nomadas, quæ camelis equinum gressum habentibus vectæ per terram equitant, Æthiopibus conterminas.* Comma proinde post ἀστραβιζούσας tollendum est, et post χθόνα transponendum; ἀστραβίζειν vero transitive juxta eandem qua ἱππάζεσθαι analogiam accipitur." *Heath.*

Cum ἀστραβὴ partim *clitellas* significet, partim etiam *mulum sarcinis onustum*, cui clitellæ imponuntur, ἀστραβίζειν proprie est, *jumento sarcinis onusto vehi*, et καμήλοις ἀστραβιζούσαι vel simpliciter notat *onustis camelis vectæ*, s. *inequitantes*, vel *camelis sic inequitantes, ut aliæ gentes mulis.* Sed ἀστραβιζούσας transitive cum χθόνα construere nolim; quamvis etiam Scholiastes ita acceperit: καμήλοις νωτοφορουμέναις κατὰ τὴν χθόνα. Præstat χθόνα cum ἀστυγειτονουμένας jungere; si accusativus non placeat, χθονὶ in promtu est emendare.

302. κρεοβότους. Sic pro vulg. κρεοβρότους jam Scaligerum emendasse testatur Abreschius, ipse κρεοβόρους legendum opinatus.

304. διδαχθεὶς ἄν. Non male Abreschius διδαχθεὶς δ' ἄν.

Ἣν, ὡς μάλιστα καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.

* * * * * * * * * * *

Βα. Μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ;

Χο. Καὶ κρυβδά γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων.

Βα. Πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νείκη τάδε;

Χο. Βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν Ἀργεία θεός.

Βα. Οὔκουν πελάζει Ζεὺς ἐπ' εὐκραίρῳ βοΐ;

χθονὶ, Ζῆν' ὡς μάλιϛα etc. Sed ne hoc admittamus, sequentia prohibent. Itaque verisimilius est, post versum 308. excidisse versiculum hac fere sententia, *quam —Jupiter ardenti amore complexus est.* 310. καὶ κρύβδα γ' Ἥρας] καὶ κρύπτ' ἄγκρας Ald. Pro καὶ Stanl. putabat reponendum κοὐ. Callide. Idem recte divinavit pro vulg. κρυπτὰ rescribendum κρύβδα. τῶν παλλαγμάτων] παλλακισμάτων Rob. παλαισμάτων conj. Stanl. 312. Βοῦν τὴν] Sic optime Canterus in notis. Vulg. Βούτην.

308. ἣν — κρατεῖ. Nisi post hæc verba integrum saltem versiculum excidisse statuamus, corruptela in illis insideat necesse est. Quam quo minus cum Stanleio hoc modo corrigamus, ut legatur

Ἰὼ μιγέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ,
Ζῆν', ὡς — —

impedimur sequenti regis interrogatione

Μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ;

quæ profecto prorsus otiosa et insipida fuisset, si jam v. 307. Chorus Jovem cum Ione concubuisse memorasset. Concinnius igitur et aptius esset emendare:

Ἧς Ζῆν' ἐρασθῆναι φάτις πολλὴ κρατεῖ.

Sed æqua veri specie versiculum 308. integrum, et post illum librariorum culpa excidisse unum aut alterum statuere licet.

310. καὶ — παλλαγμάτων. Si, ut vulgo legitur, affirmative hoc enuntiatur, non cohæret id quod sequenti versiculo a rege Pelasgo regeritur. Quomodo enim si Junonem latuisset istud Iûs cum Jove connubium, iræ inter Jovem et Junonem, hujusque in pellicem odium oriri potuisset? Itaque cum Stanleio necesse est reponamus:

Κοὐ κρυβδὰ γ' Ἥρας ταῦτα τῶν παλλαγμάτων.

(*Utique.*) *Neque vero latuit Junonem iste pellicatus.*—Sic optime convenit id quod rex quærere pergit:

Πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νείκη τάδε;

Quem igitur exitum habuit ista regum (Jovis et Junonis) *concertatio* ex amoribus inter Jovem et Ionem a Junone deprehensis subnata?

παλλαγμάτων. Quod Stanleio placebat, π α λ α ι σ μ ά τ ω ν, ita ut hoc pro κλινοπάλη s. *Veneris colluctationibus* usurparetur, id h. l. parum decorum esset. Etsi enim pro simplicitate istorum temporum, ne virgines quidem erubescunt vocabula in hac re propria, ut μιχθῆναι, usurpare, parum tamen verecundum fuisset, vocabulis comicis aut lascivis adversus virgines haud abstinere.

312. Βοῦν τήν. Vulgatam lectionem Βούτην nullo modo tolerari posse, vel hoc evinceret, quod postea demum v. 316. de Argo agitur, nisi etiam sequens versiculus 313. Βοῦν τὴν unice verum esse argueret.

313. πελάζει Ζεὺς ἐπ' εὐκραίρῳ βοΐ. "Vel est antiptosis, pro ἐπ' εὔκραιρον

Χο. Φασὶ πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας.
Βα. Τί δῆτα πρὸς ταῦτ' ἄλοχος ἰσχυρὰ Διός;
Χο. Τὸν πάνθ' ὁρῶντα φύλακ' ἐπέστησεν βοΐ.
Βα. Ποῖον πανόπτην οἰκοβουκόλον λέγεις;
Χο. Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανε.
Βα. Τί οὖν ἔτευξεν ἄλλο δυσπότμῳ βοΐ;
Χο. Βοηλάτην μύωπα, κινητήριον,
Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.
Βα. Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.
Χο. Καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.
Βα. Καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο;
Χο. Καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φυτεύει γόνον.
Βα. Τίς οὖν ὁ δῖος πόρτις εὔχεται βοός;
Χο. Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

314. φασὶ πρέποντα] φασὶν πρέποντας Ald. φασὶ πρέποντα Turn. φασὶ τρέποντα cett. edd. 315. ἰσχυρὰ] Vulg. ὄχυρα. Stanl. conj. ὀχληρά. Sed ἰσχυρὰ jam Robortellus in codd. reperit; idque est aptissimum. 321. πέλας] παῖδες Rob. 323. πάντα συγκόλλως] πάνυ συγκόλως Rob. 326. τίς οὖν] Sic recte Stanl. emendandum censuit. Vulg. τί οὖν.

βοῦν, ut v. 95. πίπτειν ἐπὶ νώτῳ. Aristoph. Lys. v. 50. ἐπ' ἀλλήλοισιν αἴρεσθαι δόρυ etc. vel est tmesis pro ἐπιπελάζει." *Abresch.*

Prior constructionis ratio, unice vera. De tmesi h. l. non est quod cogitemus.

314. πρέποντα. "Lectio recentiorum editionum τρέποντα ταύρῳ δέμας, pro εἰς ταῦρον βούθορον. Sed πρέποντα quod est in Turn. haud est spernendum pro ὅμοιον et εἰκασθέντα *assumta tauri speciosi forma.*" *Abresch.*

320. sqq. Βοηλάτην———. Aptius puto et planius, quæ sequuntur, decurrerent, hoc modo inter personas distributa:

Χορός.
Βοηλάτην μύωπα, κινητήριον,
Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.
Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.

Βασιλεύς.
Ναί· ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.

Χορός.
Καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο,
Καὶ Ζεὺς ἐφάπτωρ χειρὶ φιτεύει γόνον.

325. φυτεύει. Scaliger et Canter corr. φιτεύει.

326. τίς οὖν—εὔχεται βόος; "Fefellit tam hic, quam v. 19. quo hæc spectant, interpretem vera notio τοῦ εὔχεσθαι, quæ hujus est loci. Reddi debebat, *quomodo igitur vocatur Jovialis vitulus?* aut *quodnam Joviali vitulo nomen est?* In τί suppleri poterit ὄνομα. Vid. ad *Thuc.* l. vi. c. 36. Personarum indicem ad *Arnaudtii* mentem mutandum puto." *Abresch.*

Βα. * * * * * * * * * * *
Χο. Λιβύη μέγιστον τῆσδε γῆς καρπουμένη.
Βα. Τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆσδε βλάστημον λέγεις.
Χο. Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρός.
Βα. Τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.
Χο. Δαναός· ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις

328. Λιβύη—καρπουμένη] Λιβύη μέγιστον γῆς καρπουμένη Ald. οὗ Λιβύη μέγιστον γῆς καρπουμένη Rob. οὗ τε Λιβύη μέγιστα γῆς καρπουμένη conj. Pauw. οὗ καὶ Λιβύη μέγιστα γῆς καρπουμένη Heath. Vulgaris tamen lectio defendi potest, si cum Stanleio post verum 327. excidisse statuamus versiculum, in quo rex quæsiverat, quæ fuerit Epaphi proles. 330. πατέρα] πατρὸς Ald. 331. τοῦτο] Stanl. conj. τούτου. 332. Δαναός· ἀδελφὸς δ'] Veram Stanleii emendationem expressimus. Vulgo edebatur Δαναὸς δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' etc.

328. Λιβύη μέγιστον τῆσδε γῆς καρπουμένη. Optime Porsonus rescripsit:

Λιβύη μεγίστης ὄνομα γῆς καρπουμένη.

331. τὸ πάνσοφον. Stanleius hic ad significationem nominis Δαναὸς respici existimat, quasi a δαῆναι, scire. Nec melius quid reperio. Etsi enim Pauwius hanc ob causam repugnat, quod Pelasgus adhuc nomen patris Danaidum prorsus ignoraverit, fieri tamen posset, ut Æschylus hoc ipsum non animadverteret; posset etiam fieri, ut Pelasgus, qui cetera, quæ ex Danaidibus quæsiverat, non percontandi gratia, sed veritatis eorum quæ dicturæ essent, examinandæ causa, sciscitatus esset, ne Danai quidem nomen ignoraret. Nam Pauwiana certe ratio durior est, quam ut placere possit. Refert enim πάνσοφον ad sapientiam senis ex facie ejus intellectam, ac verba τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον idem ac τὸν πάνσοφον τοῦτον νῦν ὀνόμασον significare opinatur. Ceterum si cui frigidum videatur hoc modo in significatu nominis proprii ludere, utatur sane suo judicio; modo nobis dederit, nec alibi Æschylum hujusmodi allusionibus abstinere; ipsum quoque Ciceronem eas haud respuere. Sic in orat. pro Roscio Amerino: *Venio nunc ad aureum illud nomen Chrysogoni.*

332. sqq. Δαναὸς—γένος. Vulgatam lectionem

Δαναὸς δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος.— —

etsi Stanleius videri poterat sic satis bene emendasse:

Δαναός· ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις;
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος,

multo tamen præstabilior est illa, quam Porsoni textus exhibet, sive eam ex codice aliquo hauserit, sive sua aut alius Critici, nescio cujus, conjectura indagatam receperit:

Χορός.
Δαναὸς ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις.
Βασιλεύς.
Καὶ τοῦδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ.
Χορός.
Αἴγυπτος — —

Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ, τοὔνομ᾽ εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος. Εἰδὼς δ᾽ ἁμὸν ἀρχαῖον γένος
Πράσσοις ἂν ὡς ᾽Αργεῖον ἀνστήσῃς στόλον.
Βα. Δοκεῖτε δή μοι τῆσδε κοινωνεῖν χθονὸς
Τἀρχαῖον· ἀλλὰ πῶς πατρῷα δώματα
Λιπεῖν ἔτλητε; τίς κατέσκηψεν τύχη;
Χο. Ἄναξ Πελασγῶν, αἰόλ᾽ ἀνθρώπων κακά.
Πόνου δ᾽ ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταυτὸν πτερόν.
᾽Επεὶ τίς ηὔχει τήνδ᾽ ἀνέλπιστον φυγὴν,
Κέλσειν ἐς Ἄργος κῆδος ἐγγενὴς τὸ πρὶν,
Ἔχθει μεταπτοιοῦσαν εὐναίων γάμων;
Βα. Τί φῂς ἱκνεῖσθαι τῶνδ᾽ ἀγωνίων θεῶν
Λευκοστεφεῖς ἔχουσα νεοδρέπτους κλάδους;
Χο. Ὡς μὴ γένωμαι δμωῒς Αἰγύπτου γένει.
Βα. Πότερα κατ᾽ ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις;
Χο. Τίς δ᾽ ἂν φίλους ὤνοιτο τοὺς κεκτημένους;

340. πτερὸν] πότερον Ald. 347. κατ᾽ ἔχθραν] κατ᾽ ἔχουσαν Ald.

336. Δοκεῖτε δή μοι τῆσδε. Porsonus edidit:

Δ ο κ ε ῖ τ᾽ ἔ μ ο ι γ ε τ ῆ σ δ ε.

339. αἰόλ᾽ ἀνθρώπων κακά. "Eadem sententia apud Euripidem in Ione:

Πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν
Μορφαὶ δὲ διαφέρουσι." *Stanl.*

341. sqq. ἐπεὶ τίς—γάμων. *Quis enim unquam putasset fieri posse, ut hæc insperata fuga nobis accideret, ut nos,* antiqua *generis origine vobis conjunctæ Argos appelleremus, odio nuptiarum* cum Ægypti filiis *in timorem conjectæ?*

344. τί φῂς ἱκνεῖσθαι. Abreschius vel

τί φῂς μ᾽ ἱκνεῖσθαι τ. ἀ. θ.

quid me obsecras per hosce deos?
vel

τί φῂς σ᾽ ἱκνεῖσθαι

quid te dicis obsecrare?

Sed utraque conjectura inutilis. Sensus est: *Quid ais te petere a diis hisce certaminum præsidibus, ramos recens decerptos laneis vittis ornatos manibus tenens?*

346. ὡς μὴ—γένει. *Ne in potestatem veniam Ægypti filiorum,* ipsis scil. nubendo.

348. τίς δ᾽ ἂν φίλους ὤνοιτο τοὺς κεκτημένους; *Quis vero,* quæso, *propinquos* dote sua *dominos emat?* Abreschius φίλους quasi pro κατὰ φιλίαν positum esse arbitratur, quo quidem interpretationis anfractu nihil opus est. Danaidum potius responsum duplicem habet vim. Significant enim, *partim* se odio (ἔχθρα) patruelium duci, ut ab eorum nuptiis abhorreant, propterea quod matrimonium vi, non amore petant, quemadmodum pater supra v. 242. dixerat:

Πῶς δ᾽ ἂν γάμων ἄκουσαν ἄκοντος πάρα

Βα. Σθένος μὲν οὕτω μεῖζον αὔξεται βροτοῖς.
Χο. Καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή.
Βα. Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω;
Χο. Αἰτοῦσι μὴ 'κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν.
Βα. Βαρέα σύ γ' εἶπας, πόλεμον ἄρασθαι νέον.
Χο. Ἀλλ' ἡ δίκη γε ξυμμάχων ὑπερστατεῖ.
Βα. Εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων κοινωνὸς ἦν.

352. μὴ 'κδῷς] μή· 'κδὼς Ald.

Ἁγνὸς γένοιτ' ἄν.

partim autem has nuptias ut incestas adeoque illicitas (τὸ μὴ θέμις) aversari, quoniam φίλοι sint, *propinqui*, (patrueles scil.) quibus ob consanguinitatem *nubere* nefas sit. Utrumque igitur brevius eloqui non poterant, quam hoc modo:

Τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους;

349. σθένος — βροτοῖς. At equidem patruelibus vestris facile ignosco, quod nuptias vestras consectentur, *ita enim robur et opes augentur mortalibus.* Nostri dicerent: *So bleibt das Familien-Vermögen hübsch bey einander.* Cf. v. 399.

350. καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή. Stanl. interpretatur: *Etiam infelicibus facile toleranda mors est.* At enim hæc sententia prorsus nihil habet, quod ad antecedens Pelasgi dictum pertineat. Imo potius hoc dicunt puellæ: *Et ab infelicibus quidem facilis est discessus*; h. e. ipso, quod nobis modo dedisti, responso satis ostendisti, nihil facilius esse, quam homines infelices, opem et auxilium petentes, excusatione aliqua sic dimittere, ut te suppetias iis ferendi officio exsolvas. Nempe cum Danaides iniquum esse se patrueles suos dominos emere pronuntiassent, rex nihil aliud respondebat, quam Ægypti filiis hoc ad augendas opes conducibile esse. Id igitur sic sccipiunt Danaides, quasi rex Ægypti filiorum postulatis calculum adjiciat, causasque anquirat, Danaidibus auxilium denegandi; id igitur moleste ferentes acerbe respondent:

καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή.

Ey ja doch; und unglückliche Leute kann man leicht los werden, kann man leicht mit jeder Antwort abfertigen. Neque vero rex non assecutus est, quid his verbis innuerent puellæ. Statim enim regerit:

πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω;

quasi diceret: *Satis intellexi me a vobis carpi, quod causam vestram deserere, et justum vobis auxilium recusare velle videar. Itaque dicite, quid faciendo vobis pietatem et justitiam præstare possim?*

352. Αἰτοῦσι μὴ 'κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν. Constructionem haud satis apte ex antecedentibus nexam in promtu est vincire sic legendo:

Αἰτοῦσι μὴ 'κ δ ο ὺ ς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν,

nempe nos Ægypti filiis nos repetentibus haud tradendo.

354. ἀλλ' ἡ δίκη γε ξυμμάχων ὑπερστατεῖ. Stanleius: *verum justitia auxiliatores tuetur.* ξύμμαχοι autem h. l. non sunt Argivi, quatenus Danaidibus opitulantur, sed refertur ad Deam Justitiam; hæc dicitur *defendere commilitiones suos*, h. e. eos, quorum justa est causa, amplecti, et ut superiores discedant, efficere. Eodem fere modo v. 407. ξύμμαχον δ' ἑλόμενος δίκαν dicitur.

355. εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων

Χο. Αἰδοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ᾽ ἐστεμμένην.
Βα. Πέφρικα λεύσσων τάσδ᾽ ἕδρας κατασκίους.
Χο. Βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς ἱκεσίου κότος.
Παλαίχθονος τέκος, κλῦθί μου   στρ. α'.
Πρόφρονι καρδίᾳ, Πελασγῶν ἄναξ.

κοινωνὸς ἦν. Stanleius ἦν pro prima persona accepit, vertitque: *si quidem ab initio rerum particeps fuissem.* Quod quidem quo spectet, aut quam vim habeat, difficile est intellectu. Imo rectius ἦν tertia persona ad Δίκην deam refertur, Pelasgusque hoc significat: *Recte istud quidem, si nimirum Justitia statim ab initio causæ alicui patrocinata fuerit.* Enimvero hoc ipsum regi dubium erat, annon Ægypti filii jure suo Danaidum nuptias ambiissent, cf. v. 399. sqq. ideoque eas jure quoque, si liberet, repetere possent.

356. πρύμναν πόλεος. "Πρυμνήτης Æschylo rex dicitur, utpote qui gubernaculum reip. moderatur. Eumenid. v. 16.

Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ,

ita et πρύμνη πόλεως pro summo Magistratu Sept. Theb. v. 2.

Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
Οἴακα νωμῶν.—

Quem locum respiciens Plato in Euthydemo, καὶ ἀτεχνῶς ait κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τὸν πόλεως, πάντα κυβερνῶσα καὶ πάντων ἄρχουσα, καὶ πάντα χρήσιμα ποιεῖν. Hic vero metonymice de Rege filiabus stipato accipitur." *Stanl.*

Ego vero minime Stanleio concedo πρύμναν h. l. *regem ipsum* dici. Aliud est, cum rex seu princeps dicitur πρυμνήτης, *gubernator*, aut cum dicitur ἐν πρύμνῃ πόλεως οἴακα νωμᾷν, quemadmodum latine recte dicitur, *in puppi civitatis sedere et clavum tenere.* Sed ridiculum esset regem *puppim* πρύμναν dicere. Neque vero Robortelli lectionem probaverim, quamvis Abreschio placuerit:

Αἰδοῦ σὺ, πρυμνὰ πόλεος, ὧν ἐστεμμένην.

Quin potius πρύμνα πόλεος h. l. appellatur ipse ἀγωνίων θεῶν πάγος, ad quem Danaides consederant. Et quia hic in extrema parte urbis, versus mare, situs erat, bene poterat dici πρύμνα πόλεος. Sensus igitur est: *Revere, quæso, puppim civitatis hoc modo coronatam;* h. e. *aras hasce, in extrema urbis parte sitas, sic ut vides, ramis et vittis, supplicum insignibus ornatas.* Hanc interpretationem aperte confirmat sequens regis responsum: πέφρικα λεύσσων τάσδ᾽ ἕδρας κατασκίους: in quo τάσδ᾽ ἕδρας idem est quod puella πρύμναν πόλεος appellaverat, et κατασκίους nihil aliud, quam quod illa per ἐστεμμένην significaverat, cf. v. 366. Sensus igitur est: *Utique sacro quodam horrore,* pia veneratione, *me perculsum sentio* has deorum ἀγωνίων sedes *sic obumbratas,* h. e. *ramis vittisque contectas adspiciens.*

358. βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς ἱκεσίου κότος. Hunc versiculum aptius a Rege, quam a Choro pronuntiari arbitror. Etenim Chorus quidem regem ut Jovem ἱκέσιον revereretur monere, non autem hic jam disertis verbis ejus iram et vindictam ei minari, nisi a modestia verborum recedendo, poterat. Regem vero ipsum optime decebat hanc iram Ζηνὸς ἱκεσίου verbis attingere. Simillimus locus v. 425—428.

359. Παλαίχθονος τέκος. "Ut supra, v. 265.

— Παλαίχθονος
Ἶνις Πελασγός."—*Stanl.*

Ἴδε με τὰν ἱκέτιν φυγάδα περίδρομον,
Λευκόστικτον ὡς δάμαλιν ἀμπέτραις
Ἠλιβάτοισιν. Ἀλκᾷ
Πίσυνος μέμυκε φράζου-
σα βοτῆρι μόχθους.

Βα. Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
Νέον θ' ὅμιλον τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
Εἴη δ' ἄνατον πρᾶγμα τοῦτ' ἀστοξένων.
Μηδ' ἐξ ἀέλπτων κἀπρομυθήτων πόλει
Νεῖκος γένηται· τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις.

361. *ἴδε με τὰν ἱκέτιν*] Vulgo *ἴδε μέγαν ἱκέτην*. Sed in Rob. est *ἱκέτιν*, unde recte Steph. emendandum censuit *ἴδε με τὰν ἱκέτιν*. Stanl. malebat *ἴδε μὲ σὰν ἱκέτιν*. 362. *λευκόστικτον*] *λευκόδικτον* Ald. Turn. *λευκόμικτον* conj. Pauw.; omisso *ὡς*. 363. *ἀλκᾷ*] absurde Pauwius conj. *ἀλκ' ἃ*; pro *ἀλκὶ ἃ*. Valckenaer ad Eurip. Phœniss. v. 215. legendum conjicit *ἠλιβάτοις ἵν' ἀλκᾷ*. Abreschius: *ἠλιβάτοισιν ἃ 'λκᾷ*, *quæ auxilio freta*. 369. *κἀπρομυθήτων*] *κἀπρομηθήτων* Ald. Rob. 371. *ἴδοιτο*] *ἴδοι* Turn. *δῆτ' ἄνατον*] Sic Pauwius metri causa scribi jussit, probante Heathio. Vulgo *δῆτα τὰν ἄνατον*.

361. *ἴδε με τὰν ἱκέτιν*. Placet Stanleii emendatio, *σ ὰ ν ἱκέτιν*; utpote quæ fiduciam Danaidum in rege positam luculentius designat.

362. sqq. *λευκόστικτον — μόχθους*. *Respice me tibi supplicem, exsulem, errabundam, tanquam juvencam albis maculis distinctam* (s. *albo sparsam*, ut Virgil. Ecl. ii. 41.) *in excelsis rupibus*, quorsum aberravit, *ubi auxilio freta, mugit labores suos pastori significans*. Dulcissima sane imago, mire animum movens! Probamus vero Valckenarii emendationem

ἠλιβάτοις, ἵν' ἀλκᾷ—

Quippe quæ perpetuitatem descriptioni ac tenorem addit. *λευκόστικτον* exornandæ tantum imaginis causa, sine respectu ad albas virginum vittas. *Μόχθοι* de *ærumnis*, de *ancipiti fortunæ conditione*.

367. *νέον θ' ὅμιλον*. Ut supra v. 249. *novum hoc sodalitium, quod ad deos certaminum præsides confluxit.*

368. *ἀστοξένων*. "Hesychius: *ἀστόξενοι οἱ γένει μὲν προσήκοντες ἐπὶ δὲ τῆς* (vel *γῆς*) *ἀλλοδαπῆς γεγονότες· οἱ δὲ τοὺς ξένους μὲν ὄντας, ἐπὶ τιμῇ δὲ ἀστοὺς γενομένους*. Prior significatio huic loco convenit." *Stanl.*

Equidem in *ἀστοξένων* nihil aliud quam notionem *hospitum civitatis* quærendam puto. *Utinam*, inquit Pelasgus, *negotium hospitum illarum, quæ ad urbem nostram accessarunt, sine civitatis damno peragatur!*

369. *κἀπρομυθήτων*. *Ἀπρομύθητα* essent, *de quibus non licuit colloquendo cum aliis, antea quam evenirent, consulere*. Donec de hujus vocabuli auctoritate certius constet, præstat cum Ald. et Rob. legere *κἀπρομηθήτων* i. q. *καὶ ἀπρονοήτων*. Heathius *ἀπρομυθήτων* ex vers. 355. illustrandum putat.

371. *ἄνατον φυγάν*. *Innoxiam fugam*, quod nullius piaculi causa fugissent, s. ut supra v. 7, 8. dixerant,

οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίᾳ

Χο. Ἴδοιτο δῆτ' ἄνατον φυγὰν ἀντ. α'.
Ἱκεσία Θέμις Διὸς κλαρίου.
Σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων ὢν
Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος, οὗπερ
Ἱεροδόκα θεῶν λήμ-
ματ' ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.
* * * *

372. κλαρίου] ἱλαρίου Ald. 373. γέρων ὢν] γεραφρόνων Ald. Rob. Pauwius metri causa rescribendum putat: σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνοιο μάθε γέρων ὤν. Heathius vero sic: Σὺ δὲ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων περ ὤν, syllabamque περ sequenti versiculo per incuriam librarii accesisse. 374. ποτιτρόπαιον] ποτὶ τρόπαιον Ald. αἰδόμενος] αἰδούμενος Ald. Turn. οὗπερ] οὖν περ Ald. Rob. Stanl. conj. εἴπερ. 375. λήμματ'] λήματ' Rob. Jam Canterus conjecerat versiculum sextum Antistrophæ intercidisse. Lacunam ita designat Pauwius:

Ἱεροδόκα θεῶν λήμ-
ματ' * * * * * * *
* * ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.

373. παρ' ὀψιγόνου λάθε γέρων ὤν. "Ita Choëph. v. 169.

Πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω." *Stanl.*

Syllabæ defectum non male supplevit Heathius, particulam περ inter γέρων et ὢν inferciendo. Sed fortasse in scriptura ed. Ald. γεραφρόνων verior lectio latet quasi γέραια φρονῶν.

374. sqq. ποτιτρόπαιον—ἁγνοῦ. Quamquam absque codicum præsidio lacuna expleri non potest, propius tamen ad sententiam, quam superioribus contigit interpretibus, accessisse conjectando nobis videmur. Post versiculum scilicet 373.

σὺ δέ παρ' ὀψιγόνου μάθε γέρων περ ὤν,

colo distinguendum est; ita ut ποτιτρόπαιον αἰδόμενος non cum antecedentibus, ut ab imperativo μάθε suspensum, copuletur, multo minus cum Stanleio vertatur: *Tu vero a serius genita senex existens disce supplicem revereri;* quod per constructionem fieri non potest: quamquam Abreschius quoque μάθε αἰδόμενος pro μάθε αἰδεῖσθαι dictum putat; sed potius in verbis ἱεροδόκα etc. inest locus communis, seu præceptum ethicum, quod Chorus regem, quamvis seniorem, ab ipsis adolescentibus discere jubet. Et quantum ex mutilatæ scripturæ reliquiis divinare licet, præceptum erat hoc: *Quicunque supplicem reveretur, nunquam ad inopiam* vel *ancipitem rerum suarum conditionem redigetur; ab ejusmodi potius homine puro (ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ) sacrificia diis propitiis grata et accepta pacem deorum et benevolentiam ipsi exposcent.* Sane ubi nunc legitur:

Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος οὗπερ,

ibi Scholiastes legisse videtur:

Ποτιτρόπαιον αἰδόμενος οὐκ ἀπορεῖς,

vel simile aliquid. Quod enim nunc inter scholia legitur: Αἰδόμενος. Οὐ πτωχεύσεις certum est, hanc explicationem οὐ πτωχεύσεις non ad αἰδόμενος pertinere, sed ad verbum rectum, quod vel in οὗπερ latet, vel alio loco in litura cubat.

Βα. Οὔτοι κάθησθε δωμάτων ἐφέστιοι
Ἐμῶν· τὸ κοινὸν δ' εἰ μιαίνεται πόλις
Ξυνῇ μελέσθω λαὸς ἐκπονεῖν ἄκη.
Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος,
Ἀστῶν δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι.
Χο. Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον, στρ. β'.
Πρύτανις ἄκριτος ὢν,
Κρατύνεις βωμὸν, ἑστίαν χθονός·
Μονοψήφοισι νεύμασι σέθεν

Heathius vero sic:

ποτιτρόπαιον αἰδόμενος οὐ *
* * * * * *
* * * ἱεροδόκα θεῶν λήμ-
ματ' ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.

379. μελέσθω] μελέσθων Ald. ἐκπονεῖν] ἐκπνοεῖν Ald. Rob. 380. πάρος] παρ' ἄκρος Ald. 381. Vulgo ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε. Jam Scaliger viderat τῶνδε legendum esse, Pauwius vero sic emendat: Ἀςῶν δὲ πᾶσι, vel ἀςῶν γε πᾶσι τῶνδε κοινῶσαι πέρι. Probat Heathius ultimum. 385. νεύμασι] νεύμασιν rescribunt Pauw. et Heath.

377. sq. οὔτοι —ἐμῶν. *Profecto si ad meam domum supplices accessissetis, scirem quid a me officium et humanitas postularet; nunc cum non ad meos Lares, sed ad publicum urbis locum confugeritis, non meum solius negotium, sed universæ civitatis est, curare, ni quid forte resp. detrimenti capiat, si spretis supplicum precibus piaculum contrahatur.* οὔτοι κάθησθε—ἐμῶν falso Stanl. reddidit: *ne sedeatis incolæ ædium mearum;* vertere debebat: *atqui haud sedetis ad mearum ædium focum lararium.*

380. ἐγὼ—πάρος. *Ego vero nec promittere sine populo aliquid possum; nec si promisissem, perficere ante auderem, quam hoc negotium cum omnibus civibus, cum toto populi concilio communicassem.* Hanc sententiam brevius, quam latinus sermo imitari potest, enuntiavit poëta.

382. sqq. σύ τοι—φυλάσσου. *Tu igitur civitas, tu populus es,* (h. e. tu igitur civitatis, tu populi personam geris) *et princeps nullius judicio obnoxius, regis altare, civitatis focum lararium.* Suspicor tamen antiquitus ita lectum fuisse:

Σύ τοι πόλιν, σὺ δέ τε δήμιον,
Πρύτανις ἄκριτος ὢν,
Κρατύνεις βωμὸν, ἑστίαν χθονός·

Tu igitur civitatem, tu vero etiam nullius judicio obnoxius publicam aram regis, communem civitatis focum lararium. Quod autem Chorus βωμὸν appellat ἑστίαν χθονὸς, respicit id quod rex dixerat οὔτοι καθῆσθε δωμάτων ἐφέστιοι ἐμῶν. Nempe scrupulum hunc regi cupiunt evellere, ita ut quoniam ad communem aram civitatis confugerint, cujus rex ipse præses sit, se in ejus clientela esse significent.

383. πρύτανις ἄκριτος ὤν. "Ἄκριτος, id est, *qui non obnoxius est reddendæ rationi rerum a se gestarum, non subditus populi judicio.*" *Stanl.*

385. sqq. μονοψήφοισι — ἐπικραίνεις. *Tu tuo ipsius nutu, in solio regio constitu-*

Μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοισι χρέος
Πᾶν ἐπικραίνεις· ἄγος φυλάσσου.
Βα. Ἄγος μὲν εἴη τοῖς ἐμοῖς παλιγκότοις·
Ὑμῖν δ' ἀρήγειν οὐκ ἔχω βλάβης ἄτερ·
Οὐδ' αὖ τόδ' εὖφρον τάσδ' ἀτιμάσαι λιτάς.
Ἀμηχανῶ δὲ, καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας
Δρᾶσαι τε, μὴ δρᾶσαι τε, καὶ τύχην ἑλεῖν.
Τὸν ὑψόθεν σκοπὸν ἐπισκόπει ἀντιστ. β'.
Φύλακα πολυπόνων
Βροτῶν, οἳ τοῖς πέλας προσήμενοι
Δίκας οὐ τυγχάνουσιν ἐννόμου.
Μένει τοι Ζηνὸς Ἱκταίου κότος
Ἐν δυσπαρθέλκτοις παθόντος οἴκτοις.
Βα. Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν

386. θρόνοισι] χρόνοισι Ald. Turn. Metri causa Pauwius scribere jubet θρόνοις probante Heathio. 387. Metri causa Heathius em. πᾶν σύ γ' ἐπικραίνεις. 392. τύχην] τυχεῖν Turn. 393. ἐπισκόπει] ἐπισκοπεῖ Ald. 397. μένει] μένοι Rob. 398. ἐν] τοῖς Rob. Totum hunc versiculum, ut antithetici metro respondeat, sic refingit Pauw: Δυσπαραθέλκτοις ἐν παθόντος οἴκτοις. 399. εἴ τοι] εἴποι Ald. Turn.

tus sceptrumque solus gerens, omnia negotia administras.

388. ἄγος—παλιγκότοις. *Piaculum quidem hostibus meis contrahatur velim.*

389. βλάβης ἄτερ. I. e. absque damno vel saltem periculo ab hostili Ægypti filiorum incursione metuendo. Cf. v. 352. 369. sq.

391. sq. καὶ φόβος—ἑλεῖν. *Timor autem animum meum occupat, ut faciamne an non faciam dubitem, verearque me ancipiti fortunæ committere.*

393. sqq. τὸν ὑψόθεν—ἐννόμου. *Respice quæso* (Jovem) *ærumnosorum mortalium custodem et patronum e cœlo causam eorum respicientem, qui, cum supplices ad propinquos confugerint, jus suum legibus constitutum impetrare haud valent.* οἱ πέλας non sunt *vicini loco,* sed potius *propinqui cognatione.*

397. sq. μένει τοι—οἴκτοις. Stanl. vertit: *permanet quidem Jovis supplicum præsidis ira in difficulter demulcendis patientis ærumnis.* Enimvero metrum pariter de sententia postulat, ut legamus:

Μένει τοι Ζηνὸς Ἱκταίου κότος
Δυσπαράθελκτος παθόντος οἴκτοις.

Nimirum Jovis supplicum præsidis ira querelis hominum miserorum, oppressorum et cum injuria conflictantium, constans adest, ægre (his qui eos contemserint) *placabilis.* Hanc rationem confirmat Scholiastes sic exponens: τοῖς θρήνοις τῶν πασχόντων συμμαχεῖ ὁ τοῦ Διὸς χόλος. Et qui h[illegible] δυσπαρά-

Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους
Εἶναι, τίς ἂν τοῖσδ᾽ ἀντιωθῆναι θέλει;
Δεῖ τοι σὲ φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
Ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.
Χο. Μήτε ποτ᾽ οὖν γενοίμαν ὑποχείριος στρ. γ΄.
Κράτεσιν ἀρσένων· ὕπαστρον δέ τοι
Μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρονος
Φυγᾷ. Ξύμμαχον δ᾽ ἑλόμενος δίκαν
Κρίνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.

401. *τοῖσδ᾽*] *τίσδ᾽* Ald. *τὶς* Turn. *θέλει*] *θέλοι* Turn. Cant. 402. *φεύγειν*] Cantero placuit *φαίνειν*. 404. *μήτε*] *μήτι* Vict. Cant. *μήτε ποτ᾽ οὖν*] *μήτ᾽ οὖν ποτ᾽ οὖν* Ald. *μήτ᾽ οὖν, μήποτ᾽ οὖν* Turn. 405. *ὕπαστρον*] Stanl. emend. *ὑπάστρῳ* ut conveniat cum *φυγᾷ*. 407. *φυγᾷ*] *φυγαὶ* Ald.

θελκτος, idem v. 358. *βαρὺς κότος* vocabatur.

400. sq. *νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους εἶναι.* "Respicit legem hanc Atticam *προσῆκον εἶναι αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων τῷ ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν*, apud Isæum in Orat. ad Xenænetum. Solonis fuisse tradit Diodorus Biblioth. lib. xii. *ἐκέλευε γὰρ* (Solon) *τῇ Ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους.*" *Stanl.*

402. *φεύγειν.* "Canterus *φαίνειν*. Verum hic *φεύγειν* accipi videtur sensu forensi, *quod si actores in te hanc litem intentent, oportet instar reæ, hac defensione uti, quod nullum in te jus habeant.*" *Stanl.*

κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν, i. q. antea *νόμῳ πόλεως*. *Si patrueles hac in causa ad leges urbis suæ provocent, tuum erit, ut demonstres, secundum easdem illas leges domesticas, nullum in te jus ipsis competere.*

405. *ὕπαστρον δέ τοι.* "Lego *ὑ π ά σ τ ρ ῳ δέ τ ο ι*, ut conveniat cum *φυγῇ*. Metaphora a nautis ducta. Hesychius, *Ἄστροις σημειοῦσθαι· μακρὰν ὁδὸν καὶ ἐρήμην βαδίζειν, ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν πλεόντων.*" *Stanl.*

Si vera est lectio *ὁρίζομαι*, sic exponenda sententia,

ὑπάστρῳ δέ τοι
Μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρονος
Φυγᾷ.

in fuga vero maritima quæro et constituo infelicium nuptiarum remedium.

ὕπαστρος φυγὰ scil. dicitur iter maritimum, in quo stellis usæ fuerant ducibus. Sed aptius et consilio Danaidum convenientius fuerit h. l. sic emendatum legere:

ὑπάστρῳ δέ τοι
Μῆχαρ ὅ ρ ι ζ έ μ ο ι γάμου δύσφρονος
Φυγᾷ· ξύμμαχον δ᾽ ἑλόμενος Δίκαν
Κρίνε σέβας τὸ πρὸς Θεῶν.

ut tota hæc oratio ad regem convertatur. *Tu vero sic decerne, ut in fuga maritima vere inveniam infelicium nuptiarum remedium; commilitonemque sumens Justitiam hanc causam dijudica——.*

Petunt igitur Danaides a rege, ut quantum in ipso sit, fugæ fructum supplicibus præstet, neve committat, eas Ægypti filiis dedendo, ut totum hoc iter maritimum frustra susceptum sit. Cf. v. 751., ubi Chorus, adesse jam navem a patruelibus missam certior factus, jam sibi omnem ex fuga fructum periisse queritur:

Πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος οὔ τι μοι.

Βα. Οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα· μή μ' αἱροῦ κριτήν.
Εἶπον δὲ καὶ πρὶν, οὐκ ἄνευ δήμου τάδε
Πράξαιμ' ἂν, οὐδέπερ κρατῶν, καὶ μήποτε
Εἴπῃ λεὼς, εἴ που τὶ μὴ τοῖον τύχῃ,
Ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν.

Χο. Ἀμφοτέρους ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ — ἀντ. γ'.
Ζεὺς ἑτερορρεπὴς, νέμων εἰκότως
Ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.
Τί, τῶνδ' ἐξ ἴσου ῥεπομένων, μεταλ-

409. *εὔκριτον*] *ἔκκριτον* Rob. 410. *οὐκ ἄνευ δήμου*] *οὐκ ἂν εὐδήμου* Ald. 412. *εἴ που τι μὴ*] *εἴ που τι καὶ μὴ* Rob. *τύχῃ*] *τυχθῇ* Ald. Rob. 417. *τῶνδ' ἐξ ἴσου ῥεπομένων*] *τῶνδε ἑξῆς οὐ ῥεπομένων* Rob. *τῶν δέξις οὐ ῥεπομένων* Turn.

408. *κρίνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.* Vel cum Stanleio reddendum: *judica prout exigit deorum reverentia*; nisi breviloquentia te offendat paululum duriuscula; vel *τὸ πρὸς θεῶν σέβας*, per oppositionem cum *Δίκαν* jungendum, *majestatem a diis constitutam.* Sic de eadem Justitia Choëph. v. 640. *τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως.*

410. *εἶπον δὲ καὶ πρίν.* V. 380. sq.

411. *καὶ μήποτε.* Porsonus edidit: *μ ὴ κ α ί π ο τ ε.* Nec vulgata tamen spernenda: *καὶ μήποτε εἴκῃ λεὼς*, ut populares nostri: *und das Volk soll nie sagen, dass*——

412. *εἴ που τὶ μὴ τοῖον τύχῃ.* "Pro *μὴ ἀγαθόν*· sensu scil. ita suadente accipi. Hesychius *τοῖον, οὕτως ἀγαθόν.* Eundem præstat usum *ἄλλο* in loquendi formula *εἴ τι ἄλλο συμβαίῃ.*" *Abresch.*

414. *Ἀμφοτέρους ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ.* In hac lectione *τάδε* non habet unde pendeat, nec satis aptum est *ἐπισκοπεῖν ἀμφοτέρους.* *Ἐπισκοπεῖν* enim cum accusativo constructum, nihil aliud significat, quam *visitat, inspectat*, quod est ab imagine trutinæ paullo remotius. Itaque legendum arbitror:

Ἀ μ φ ο τ έ ρ ο ι ς ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ
Ζεὺς — —

Utrique patruelium parti, nempe tam nobis Danaidibus, quam Ægypti filiis Jupiter hæc *assignat, distribuit.* *ἐπισκοπεῖν* scil. h. l. idem est quod *ἐπισκήπτειν.*

415. *Ζεὺς ἑτερορρεπὴς* verti quidem potest *in alteram partem inclinans*, non tamen hoc sensu, ac si Jupiter uni parti magis faveat quam alteri, quod esset ab ejus justitia alienissimum; sed *ἑτερορρεπὴς* de justitia quæ dicitur distributiva Jovis usurpatum, notat tantum, eum qui trutinam versat, et utrique patri, id quod cuique debetur, appendit.

415. sq. *νέμων εἰκότως ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.* *Tribuens ut æquum est malis injustitiæ, justis autem sanctitatis præmia.* Nostri dicerent: *Er macht, dass die Bösen Unrecht, die Rechtschaffnen aber Recht behalten.* Nimirum *ἄδικα νέμειν* non est, *injuste cum aliquo agere*, sed, *facere ut causa cedat adeoque in foro injustus appareat.* Sic *τὸ ἧσσον ἀδικίᾳ νέμειν ἀεὶ* dicitur Minerva Eurip. Suppl. v. 379.

417. sq. *τί—μεταλγεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι.* *Quod* (Jovis) *judicium cum æquato libramine constet, cur te quæso piget justitiam exercere?*

γεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι;
Βα. Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου,
Δίκην κολυμβητῆρος, ἐς βυθὸν μολεῖν
Δεδορκὸς ὄμμα, μηδ' ἄγαν δινώμενον·
Ὅπως ἄνατα ταῦτα, πρῶτα μὲν πόλει,
Αὐτοῖσί θ' ἡμῖν ἐκτελευτήσει καλῶς,

421. *δινώμενον*] *ὠνομένων* Ald. *ὀνομένων* Rob. cett. *οἰνωμένον*. Pauwius *γανώμενον*. Sed potius opinor Æschylum scripsisse *δινώμενον*, vel *δινούμενον* i *vertigine haud correptum*.

419. sqq. *δεῖ τοι—δεδορκὸς ὄμμα*. Vulgo præeunte scholiaste constructionem verborum sic instituunt: *δεῖ τοι δεδορκὸς ὄμμα ἐς βυθὸν μολεῖν φροντίδος σωτηρίου δίκην κολυμβητῆρος*. Et sane, ut nunc legitur, hac via et ratione meliorem haud reperias. Multum certe præstat Stanleii interpretatione: *Opus quidem est profunda cura sospitatoria*; instar urinatoris *in imum pervenire* (oportet) *perspicacem oculum*. At si diligentius universæ imaginis conformationem exploraveris, vereor ne non satis recte dicatur *ὄμμα μολεῖν ἐς βυθὸν βαθείας φροντίδος*. Cum enim hic *oculus* metaphorice pro *mente* ponatur, recte quidem oculus dicitur in profunditatem periculi introspicere; minime vero *ἐς βυθὸν βαθείας φροντίδος μολεῖν*. Nam hæc *βαθεία φροντὶς* ad ipsam oculorum aut mentis aciem pertinet, acremque attendendi et investigandi vim significat. Itaque ut allegoriæ perpetuitas et veritas constet, nisi me omnia fallunt, legendum est:

Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτήριον
Δίκην κολυμβητῆρος ἐς βυθὸν μολεῖν
Δεδορκὸς ὄμμα.

Necesse est igitur, ut oculus acriter intentus, profundamque curam et attentionem servans urinatoris instar in profundum (periculi) *descendat*, s. *introspiciat*. Jam alibi observavimus, Æschylum adjectiva in *ηριος* desinentia cum genitivo constructa frequentare. Sic v. 463. verba *θυμοῦ κινητήρια* dicuntur *iram irritantia*, et v. 464. *μῦθος μύθου θελκτήριος oratio ad expiandum* s. *molliendum alterius sermonem idonea*. Et quamquam *βαθεῖα φροντὶς σωτήριος* recte dicitur *profunda cura et cogitatio salutaris*, haud minus commode tamen *ὄμμα βαθείας φροντίδος σωτήριον* dici potest *oculus acerrimam attentionem servans*.

421. *μηδ' ἄγαν δινώμενον*. Hac imagine pulcherrime absolvitur cœpta similitudinis tela. *δινώμενον* s. *δινούμενον* pro *σκοτοδινούμενον* s. *ἰλιγγιῶν*. Vertigine corripiuntur oculi in altam profunditatem despicientes. Opus igitur esse monet mentis acie, quæ ad magnitudinem periculi haud caliget. Germanice sic reddiderim:

So muss das Auge dann, mit scharfem Blick
Und hohe Späherkraft bewahrend,
Dem Taucher gleich, von Schwindel frey,
Hinab in diese Tiefe dringen.

Vulgata lectio *οἰνωμένον*, s. ut Porsonus edidit *ᾠνωμένον*, quamquam quodammodo de *oculis ex ebrietate caligantibus* accipi potest, imaginem tamen præbet h. l. minus accommodatam.

422. *ὅπως ἄνατα ταῦτα*. Jam satis dilucide, cur ista acerrima attentione opus sit, declarat, ut necesse non esset *τὴν βαθείαν φροντίδα* jam antea *salutarem* s. *σωτήριον* appellare.

Καὶ μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται,
Μήτ' ἐν θεῶν ἕδραισιν ὧδ' ἱδρυμένας
Ἐκδόντες ὑμᾶς, τὸν πανώλεθρον θεὸν
Βαρὺν ξύνοικον θησόμεσθ' ἀλάστορα,
Ὃς οὐδ' ἐν ᾅδου τὸν θανόντ' ἐλευθεροῖ.
Μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;

Χο. Φρόντισον καὶ γενοῦ στρ. δ'.
Πανδίκως εὐσεβὴς
Πρόξενος,
Τὰν φυγάδα μὴ προδῷς,
Τὰν ἕκαθεν ἐκβολαῖς

427. ξύνοικον θησόμεσθ'] ξύνοισιν θήσομεν Turn. 428. ὃς] ὡς Ald. Rob. Jam Steph. vidit legendum esse ὅς. 429. δοκεῖ δεῖν] δοκεῖν δεῖ Ald.

424. *καὶ μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται.* Stanl. vertit: *et neque pugna supplices attinget.* Jam *ῥύσια* quidem h. l. ad supplices s. Danaides refertur, pressius tamen erat ac finitius interpretandum. *Ῥύσια* dicuntur supplices, quasi *pignora*, quatenus Ægypti filii jus eas sibi vindicandi, et ubi invenissent, abducendi affectabant. Hoc itaque vult regis dictum: *et ut neque bellum* ab Ægypti filiis vos *tanquam* suis *vindiciis obnoxias persequatur.* Eodem sensu v. 437. *ῥυσιάζεσθαι* ponitur; iterumque v. 742. occurrit *ῥυσίων ἐφάπτορες*. Cf. v. 931.

425. *ἐν θεῶν ἕδραισιν.* Cf. v. 203. 256. sq.

426. sqq. *τὸν πανώλεθρον—ἐλευθεροῖ.* *Neve si vos, quæ ad hasce deorum aras supplicum ritu confugistis, hostibus dedamus, nos deum qui omnia perdere valet, gravem ultorem civitati nostræ accersamus,* cujus vindicta *hominem etiam ad inferos usque persequitur,* s. *qui sontem ne mortuum quidem in orco liberat.*

βαρὺς ξύνοικος. Sic Eumenidum Chorus v. 717.

βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν.

429. *μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;* *Nonne igitur vobis videtur opus esse magna cura et providentia, ut salvi ex hoc negotio discedamus?* Hic profecto epitheton *σωτηρίου* *salutaris* optime convenit, et fortasse librarius quidam v. 419. *φροντίδος σωτήριον*, ut illum locum huic similem redderet, in *φροντίδος σωτηρίου* mutavit. Haud scio tamen an Æschylus h. l. potius scripserit:

Μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίαν;

430. sqq. *φρόντισον — ἴχων χθονός.* *Utique curam intende, nobisque justus esto et pius patronus, ne fugitivas nos prodas, impia* patruelium *vi in exsilium actas, et e terra procul hinc dissita huc appulsas; neque me sinas ex hac sede compluribus diis communi in servitutem vindicari, ô rex, penes quem summum est hujus terræ imperium.*

432. *πρόξενος* non est *hospes*, ut Stanl. intp. sed hospitum patronus, alias *προστάτης*. Eodem sensu v. 932. recurrit.

434. *ἐκβολαῖς δυσθέοις.* *Expulsas* se dicunt, quod violenta procorum ambitione esse fugere coactæ.

Δυσθέοις ὁρμωμέναν·
Μηδ' ἴδῃς μ' ἐξ ἑδρᾶν — ἀντισ. δ'.
Πολυθέων ῥυσια-
σθεῖσαν, ὦ
Πᾶν κράτος ἔχων χθονός.
Γνῶθι δ' ὕβριν ἀνέρων,
Καὶ φυλάξαι κότον.
Μήτι τλαίης τὰν ἱκέτιν εἰσιδεῖν — στρ. ε'.
Ἀπὸ βρετέων βίᾳ
Δίκας ἀγομέναν
Ἱππηδὸν, ἀμπύκων
Πολυμίτων πέπλων
Τ' ἐπιλαβὰς ἐμῶν.
Ἴσθι γὰρ, παισὶ τάδε καὶ δόμοις — ἀντισ. ε'.

435. ὁρμωμέναν] ὁρωμέναν Ald. Rob. Turn. ὀρνυμέναν conj. Pauw. 436. ἐξ ἑδρᾶν] ἐξέδραν Rob. ἐξεδρᾶν Turn. 442. μήτι—εἰσιδεῖν] μήτι τ' ἀαῖσταν ἱκέτην εἰς ἰδεῖν Ald. μήτι τὶ τλῇς τὰν ἱκέτιν εἰσιδεῖν Turn. 445. ἱππηδὸν] ἱππηδῶν Ald. Hos duo versiculos ita constituit Pauw.

Δίκας ἀγομέναν ἱπ-
πηδὸν, ἀμπύκων.

446. πολυμίτων] πολυμήτων Ald. πολυκμήτων Rob. Pauwius aut h. l. scribendum putat:

Πολυμίτων πέπλων τ' ἐ-
πιλαβὰς ἐμῶν,

aut antistroph. sic refingenda:

τάδε φράσαι δίκαι-
α διόθεν κράτη.

448. δόμοις] δόμων Ald. δόμῳ Turn.

435. ὁρμωμέναν. Metrum poscit ὁ ρ μ έ ν α ν, quod recepit Porsonus.

440. sq. γνῶθι—κότον. *Cogita vero impudentem horum juvenum lasciviam, eorumque ab ira tibi cave*; h. e. vide quomodo iratorum vim propulses. Κότον enim h. l. non de Jovis ira cum Schol. et Stanl. sed de patruelium ira accipiendum. Cf. v. 758. 776.

442. μήτι τλαίης. Recte Porsonus ut metrum antistrophico respondeat, rescripsit μήτι τ λ ῇ ς. Sensus: *Neque vero adspicias nos supplices ab hisce deorum statuis invita justitia equorum instar abstractas, nec conniveas videns vittarum nostrarum et peplorum artificiose textorum prehensionem.* Præco enim infra se puellas, ni sponte se sequantur, vestibus v. 915. et capillis v. 922. abstracturum minatur.

Ὁπότερ' ἂν κτίσῃς,
Μένει ἀντιτείνειν
Ὅμοιαν θέμιν·
Τάδε φράσαι δίκαια
Διόθεν κράτη.

Βα. Καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δ' ἐξοκέλλεται,
Ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν
Πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται σκάφος,

449. ὁπότερ' ἂν κτίσῃς] ὁποτέραν κτήσῃς Ald. 450. ἀντιτείνειν] δρεικτίνειν sic Ald. δρεικτείνειν Rob. ἀντιτίνειν Turn. Vict. 454. ἐξοκέλλεται] ἔξω κέλεται Ald. 456, 457. σκάφος—ὡς] Vulgo σκάφος—ναυτικαῖσι, ὡς πρ. Meliorem scripturam docuit Stanleius.

449. ὁπότερ' ἂν κτίσῃς. Ἴσθι γὰρ, ὁπότερ' ἂν τάδε παισὶ καὶ δόμοις κτίσῃς, μένει (αὐτοῖς) ἀντιτίνειν ὅμοιαν θέμιν. *Scito enim, qualiacunque hæc* (litem nostram dirimendo) *liberis et ædibus* (h. e. civitati) *paraveris, certum est his impendere, ut eadem jura ipsis retribuantur*, adeoque injuriam nobis factam simili injuria accepta luant. Apte hic ad partes vocavit Abreschius Horatium lib. i. od. xxxviii. v. 30. sqq.

Negligis immeritis nocituram
Post modo te natis fraudem committere, forsan
Debita jura vicesque superbæ
Te maneant ipsum.

450. μένει ἀντιτείειν. Metrum et sententia poscit ἀντιτίνειν, quod est in Turn. et Vict.

451. ὁμοίαν θέμιν. Metri causa emend. Heath.

Ὁμοίαν μὲν θέμιν.

aptius tamen foret:

Ὁμοίαν δὴ θέμιν.

452. sq. τάδε—κράτη. Hæc igitur *justa Jovis imperia*, seu *divina Jovis jura cum summa judicis, ea tuentis potentia conjuncta, diligenter considera et perpende.*

454. καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δ' ἐξοκέλλεται. Quoque te vertas, quorsum pertineat ἐξοκέλλεται, non sic explicabis, ut tibi ipse satisfacias. Scholiastes quidem intp. οὕτως ἀποβαίνει, et Stanl. *huc vero res pervenit.* Sed hoc optare potius est, quam interpretari. Exquisitius aliquid latere nobis videtur. Quid? si Æschylus scripserit:

δεῦρο δ' ἐξώκειλα δή·

huc scilicet (nempe *in hanc necessitatem*) *appuli.* Sic de eadem re v. 486.

Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον τόδ' ἐσβέβηκε.

Paullo aliter de Helena apud Euripidem Troad. v. 137. Hecuba:

Πρίαμον, ἐμέ τε μελέαν Ἑκάβην
Ἐς τάνδ' ἐξώκειλ' ἄταν.

455. sq. ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς—ἀνάγκη. *Aut cum his* (diis) *aut illis* (Ægyptii filiis) *magnum mihi bellum gerundi summa necessitas imponitur.*

456. sq. καὶ γεγόμφωται σκάφος στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον. Hanc similitudinem parum dilucide adhuc ab interpretibus enarratam sic intelligo, ut eam a nave jam clavis omnibus et cuneis compacta, sic ut mox navalibus exire (*vom Stapel gelassem werden*) possit, ductam esse existimem. Ut igitur ejusmodi navi proxime impendet cursus maritimi periculum, sic h. l. notatur, illam vel deos vel Ægypti filios hostes habendi necessitatem proxime instare, nec am-

Στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον.
Ἄνευ δὲ λύπης οὐδαμοῦ καταστροφή.
Καὶ χρήμασιν μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων,
Ἄτης γε μείζων, καὶ μέγ' ἐμπλήσας γόμος
Γένοιτ' ἂν ἄλλᾳ κτησίου Διὸς χάριν.
Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια

459. χρήμασιν] χρημάτων conj. Stanl. 460. ἄτης γε] ἄτην γε Ald. Rob. μείζων] μείζω vulg. legebatur. γεμίζων e codice affert Steph. ἐμπλήσας] Stanl. emendandum opinatur ἐμπλῆσαι; versiculumque hunc sequenti postponendum. Neutrum placet. Nec melior est Pauwii conjectura: Ἄτης γε μείζω, καὶ μέγ' ἐμπλῆσαι δόμον. γόμος] γόμου Ald. Rob. Turn. γόμον reliquæ edd. γάμον legerat Schol. Optimus vero sensus oritur textu ita, ut fecimus, constituto. 461. ἄλλᾳ] ἄλλα Ald. Rob. Turn. etc.

plius posse vitari. Cum vulgo sic distingueretur:

—καὶ γεγόμφωται σκάφος,
Στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν, ὡς προσηγμένον,

Stanleius comma, post ναυτικαῖσιν sublatum, rectius post σκάφος poni vidit, quem imitati sumus. Nec habeo quod in ejus interpretatione,

—clavis compingitur navigium,
Veluti cuneis nauticis adductum,

id est, adeo ab omni parte constringor et coarctor, tanquam navis adacta et ligata cuneis et clavis, ut quo me vertam nesciam: in hac igitur nihil habeo quod reprehendam, nisi quod γεγόμφωται σκάφος rectius vertitur, *jam clavis compactum est navigium.* Hesychius: Στρέβλαι ναυτικαὶ τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα, ubi Stanleius recte emendavit γομφούμεναι, nam ad νῆες referendum est. Dubito tamen an προσηγμένον, pro eo quod clavis et cuneis compingitur, et adigitur, poni consentaneum sit, et haud scio an Æschylus scripserit:

στρεβλαῖσι ναυτικαῖσιν ὡς π ρ ο σ η μ μ έ-νον.

Scaliger teste Abreschio conjecerat προσηρμένον. Ceterum, qua imagine usus est h. l. ad necessitatis vim et robur designandum, quam fere imitatur Horatius, notissimo carmine:

Te semper anteit sæva Necessitas
Clavos trabales et cuneos manu
Gestans ahena, nec severus
Uncus abest liquidumque plumbum.

eadem infra utitur v. 957. ad certitudinem rei et firmitatem declarandam.

458. ἄνευ δὲ—καταστροφή. *Quoquo me vertam, video me afflictioni expositum.*

459. χρήμασιν. Utique cum Stanleio χρημάτων legendum: cetera vero ut in textu constituimus:

Καὶ χρημάτων μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων,
Ἄτης γε μείζων, καὶ μέγ' ἐμπλήσας γόμος
γένοιτ' ἂν ἄλλῃ κτησίου Διὸς χάριν.

Et opibus quidem ex ædibus (v. c. hostium incursione) *direptis, calamitate illa et jactura major, et qui eam magnopere expleat acervus alia ratione s. aliunde accesserit Jovis fortunatoris beneficio.*

462. sqq. καὶ γλῶσσα—θελκτήριος. *Et si lingua forte effuderit verba haud tempestiva, alteri molesta, animum ejus exulcerantia; s. iram concitantia, facile inveniatur sermo blandus, quo istum, qui offenderat, sermonem expiare et mollire possis.* Cf. Prometh. v. 377.

'Αλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια,
Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος.
Ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται
Δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια
Θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ, πημονῆς ἄκη.
Ἦ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι·
Θέλω δ' ἄϊδρις μᾶλλον, ἢ σοφὸς κακῶν
Εἶναι. Γένοιτο δ' εὖ παρὰ γνώμων ἐμήν.

463, 464. inverso ordine leguntur Γένοιτο—'Αλγεινὰ—Ald. Rob. Turn. Vict. etc. Sed transpositionem, quæ jam Stanleio in mentem venerat, sensus necessario postulat. 465. ὅμαιμον] ὁμαιμόνων Ald. ὁμαίμων cod. a Steph. laudatus.

465. sqq. ὅπως—ἄκη. *Ne autem consanguineorum aut civium sanguis effundatur, multum sacrificare oportet, multasque multis diis hostias cædare ad avertendam istam calamitatem.* Sanguinis enim effusi nulla est redemtio. ὅμαιμον αἷμα partim ad cædem Ægypti filiorum sanguinis necessitudine cum Danaidibus conjunctorum, partim ad civium Argivorum cædem, si totam hanc causam ferro drimendam censuerint, metuendam pertinere, patet v. 490. sqq.

ὅπως μὴ γενήσεται δεῖ κάρτα θύειν. Propria oppositionis ratio hæc erat; *Opes amissæ aliis opibus resarciri possunt; verbum temere, quod alterum offenderit, emissum, blandis verbis molliri et expiari potest; at sanguinis cognatorum et civium effusi nulla est reparatio.* Ultimam hanc sententiam rex eleganter supprimit, ejusque loco statim id quod inde efficitur, enuntiat, nempe omni modo curandum esse, ut hujus sanguinis effundendi necessitas avertatur. Ceterum ad sententiam simillimus est locus Eumenid. v. 642. sqq. quem comparasse haud pœnitebit.

468. ἢ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼπαροίχομαι. Perperam Heathius reddit: *Aut valde me circa hanc sententiam sententia fallit.* Nec satis apte Stanleius: *omnino ab hac lite ego recedo.* Sensus est: *In hujus contentionis discrimen equidem me prorsus nolo committere.* Nempe νεῖκος respicit v. 455. bellum aut cum diis, si Danaides neglexerit, aut cum Ægyptii filiis, si illas receperit, suscipiendum esse. Quoniam κάρτα jam v. 466. præcessit, si in codice legeretur:

Πρὸς ταῦτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι,

sane præferrem. Πρὸς ταῦτα enim sæpe in conclusionibus pro *idcirco* ponitur, ut v. 536. et sæpius; præterea id Scholiastes legisse videtur, explicans: καὶ τοῦτο ποιῶν ἐκτὸς ἔσομαι τοῦ νείκους.

469. sq. θέλω—ἐμήν. *Malorum vero expers et ignarus quam peritus esse malo. Ceterum precor ut omnia etiam præter opinionem meam bene eveniant,* s. *ut felicior sit exitus, quam sperare audeo.*

Θέλω δ' ἄϊδρις—κακῶν dupliciter intelligi potest, vel ut experientiam malorum deprecetur, vel ut falsum se potius quam verum et intelligentem malorum vatem esse velit. Prorsus ut nostri homines dicunt: *Ich will gern gelogen haben; ich will gern ein falscher Prophet seyn.* Et hanc in partem Scholiastes quoque accepit.

Χο. Πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.
Βα. Ἤκουσα, καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται.
Χο. Ἔχω στρόβους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων.
Βα. Τύχῃ γυναικῶν ταῦτα συμπρεπῆ πέλει.
Χο. Ἐκ τῶνδε τοίνυν, ἴσθι, μηχανὴ καλή.
Βα. Λέξον τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσῃ.

471. πολλῶν] πολλῶν τ' Ald. πολλῶν δ' Turn. 474. τύχῃ] τύχειν Ald. τύχε Rob. πέλει] πέλοι Ald. Rob. Turn. Vict. etc. Sed indicativum sensus requirit. 475. καλὴ] καλεῖ Ald. Rob. 476. γηρυθεῖσ'] γηρυθεὶς Ald. Versiculus hic ab interpolatore consarcinatus esse videtur, aut certe, ut nunc est, male corruptus.

471. πολλῶν—λόγων. Chorus, qui adhuc, arte mirabiliter ab Æschylo efficta, a levioribus argumentis, regis animo commovendo idoneis, ad graviora sensim escenderat, jam eum nondum plane victum sentiens ad ultimum idque gravissimum convertitur.

472. ἤκουσα, καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται. *Audio, dicas modo quæ vis, non enim me effugient.* Wakefieldus Sylv. crit. vol. iii. p. 48. emendandum censet:

ἤκουσα χ' ἃ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται.

Sed nihil opus. Similis enim est optativi usus pro imperativo v. 287.

γένους τ' ἂν ἐξιύχοιο καὶ λέγοις πρόσω.

473. ἔχω στρόβους ζώνας τε συλλαβὰς πέπλων. "Hæc descripsit atque in lexicon suum, ut jam observarunt viri docti, transtulit Hesychius v. Ζώνας." *Abresch.*

στρόβους ζώνας τε. "Subducebatur nempe supra genua vestis cinguli seu zonæ opera, prout de virginum in tabula apud Sidonios depictarum amictu tradit Achilles Tatius lib. i. p. 7. τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. Ζῶσμα nempe ibi, et quod apud Pollucem quoque legitur p. 348. idem quod ζῶμα; utrumque autem quod ζώνη, ubi συλλαβὰς πέπλων intp. αἷς ζώννυμαι καὶ τοὺς πέπλους παραλαμβάνω." *Abresch.*

"Στρόφοι vero dicuntur in muliebri amictu vincula, quibus superior pars vestis infra papillas erat cincta. Catull. Epithal. Thet. v. 65. *Strophio lactantes vincta papillas.* Utrumque certe illud cinguli muliebris aut virginei genus, quo infra papillas, ac præterea supra uterum colligatæ et subductæ erant tunicæ illæ aut vestes atque inde constrictos earum sinus hic tangit Danaidum Chorus. Male autem hic legitur σ τ ρ ό β ο υ ς, quum ut alia sileam, eum στροφίου frequentem eam in rem usum apud Comicum in Thesmoph. ac Lysistrata et inde loco jam adducto apud Catullum *strophium* legatur, tum eadem voce στρόφου pro tali cingulo aut zona usus sit alibi Æschylus seu Chorus virginum Thebanarum Sept. Theb. v. 876. στροφὸν ἐσθῆτι περιβάλλονται." *Spanhem.* ad Callim. hymn. in Dian. p. 135.

Spanhemii crisis quamquam specie non caret, fieri tamen potuit, ut Æschylus hic forma paulo insolentiore uteretur στρόβος pro στρόφος, quippe ab eodem stemmate.

474. τύχῃ—πέλει. Rex, quid verbis modo pronuntiatis significare velit, haud intelligens respondet: *Quid tum? Hæc vestimenta,* (strophia et zonæ) *mulierum conditioni apta;* h. e. usu receptus est hic mulierum ornatus. Wakefieldus l. l. τ ε ύ χ η *instrumenta* pro τύχῃ corrigendum putat. Non assentior.

476. Λέξον τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ'

Χο. Εἰ μή τι πιστὸν τῷδ' ὑποστήσει στόλῳ.
Βα. Τί σοι περαίνει μηχανὴ συζωμάτων;
Χο. Νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε.
Βα. Αἰνιγματῶδες τοὔπος· ἀλλὰ πῶς φράσον.

480. ἀλλὰ πῶς] Ingeniose Abreschius conj. ἀλλ' ἁπλῶς.

ἔσῃ. Ut nunc quidem distinguuntur hæc verba, sane suspicionem movent, totum versiculum interpolatori deberi. Primum enim vix ferenda est μακρολογία, *d i c, qualem v o c e m hanc e l o c u t u r a sis?* Deinde, quamquam, ut nunc est, post μηχανὴ καλὴ aposiopeseos signo facile sublevatur Chori oratio, multo tamen suavius vinciretur, si omisso v. 476. sic procederet:

Χορός.

Ἐκ τῶνδε τοίνυν, ἴσθι, μηχανὴ καλή,
Εἰ μή τι πιστὸν τῷδ' ὑποστήσει στόλῳ.

Sed absque codicum auctoritate integrum versiculum delere nolim, νοθείας suspectum quidem, haud tamen convictum. Blandissimum igitur remedium fuerit, interpunctione meliori succurrere. Scribendum igitur censeo:

Λέξον!—Τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσῃ;
Loquere!—Qualem tandem vocem prolocutura es?

γηρυθεῖσ' ἔσῃ. "Ut κεκρατηκὼς ἔσται Aristid. tom. ii. p. 170. εἰδότες ἔσονται p. 172. σεσωκότες ἔσονται p. 107." *Abresch.*

477. εἰ μή τι πιστὸν τῷδ' ὑποστήσει στόλῳ. Parum apte Stanleius: *Si quid fidum huic cætui non præstabitur.* Vir doctus ὑποστήσει pro 3. perf. fut. activi accepisse videtur, cum sit secunda persona ab ὑποστήσομαι. Sensus igitur unice verus: *Nisi certi aliquid huic cætui promiseris, quo rebus nostris confidere possimus.*

478. τί σοι—συζωμάτων. Per συζώματα idem intelligit, quod antea Danaides συλλαβὰς πέπλων dixerant, strophia nempe et zonas.

περαίνει. "Ut Thucyd. l. vi. c. 86. οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγενόμενον ὑμῖν, i. e. *nihil proderit, nihil proficiet.*"—*Abresch.*

479. νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε. Spanhem. ad Callimach. p. 528. "Deorum simulacris varia subinde appendebantur donaria, ut Deæ Phrygiæ detonsæ asseclarum ejusdem s. Gallorum comæ, prout id e veteri et inedito adhuc liquet Epigrammate, quod exstat inter alia ἀνέκδοτα MSS. olim Palatina nunc Vaticana:

Ἔνδυτα καὶ πλοκάμους τούτους θέτο Γάλλος ὀρείῃ
Μητρὶ Θεῶν, τοίης εἵνεκα συντυχίης.

Mitto nunc alia aliis numinum signis, pro eorundem nempe cultu, arte, aut merito, appendi itidem aut dicari, idque ex voto aut alia quacunque de causa, olim solita, arma puta, vestes, tabulas, tripodes, instrumenta, quæ nempe illis numinibus grata, aut alioquin propria censebantur."

480. αἰνιγματῶδες τοὔπος· ἀλλὰ πῶς φράσον. Non dubito veram esse, quam Abreschius divinavit scripturam:

ἀλλ' ἁ π λ ῶ ς φράσον.

Et recepit Porsonus. "Noster Prometh. v. 611. λέξω τορῶς σοι οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ' ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ. Alexis ap. Athen. l. x. p. 449. E. παίζειν σὺ χαίρεις μ' αἰνίγμασι· καὶ μὴν ἁπλᾶ γε καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν. Anaxilas ib. l. xiii. p. 558. D. αἱ πόρναι λαλοῦσιν ἁπλῶς μὲν οὐδὲν, ἀλλ' αἰνίγμασιν. Chrysost. tom. iv. Opp. p. 20. C. οὐκ ἔστιν αἴνιγμα ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ λίαν σαφὴς καὶ ἁπλοῦς. Frequens est ἁπλῶς εἰπεῖν. Aristid. tom. i. p. 37. ii. p. 175. iii.

Χο. Ἐκ τῶνδ' ὅπως τάχιστ' ἀπάγξασθαι θεῶν.
Βα. Ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον.
Χο. Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.
Βα. Καὶ πολλαχῆ γε δυσπάλαιστα πράγματα.
Κακῶν δὲ πλῆθος, ποταμὸς ὣς, ἐπέρχεται.
Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον
Τόδ' ἐσβέβηκε, κ' οὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.
Εἰ μὲν γὰρ ὑμῖν μὴ τόδ' ἐκπράξω χρέος,
Μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον.

481. ἀπάγξασθαι] ἀπαλλαξάσθαι Ald. 482. μακιστῆρα] μαστικτῆρα conj. Stanl. γ' αἰκιστῆρα em. Heath. 484. καὶ] καὶ μὴν Rob. 486. οὐ μάλ'] οὐ μ' ἄλλ' Ald. 487. ἐσβέβηκε] ἐσέβηκα vitio typogr. pro ἐσβέβηκα Rob.

p. 69. nec non ὡς ἁπλῷ λόγῳ, et ἁπλοῦς ὁ μῦθος, ut Choëph. v. 552."—*Abresch.*

481. ἀπάγξασθαι. "Virgines, quæ paulo generosiori erant animo, zonis ad suspendium abuti sunt solitæ potius quam veste. Parthenius de Biblide, Erot. ii. τὴν δὲ ἄρα ὑπὸ τοῦ πάθους μὴ ἀνιεμένην πρὸς δὲ δεκοῦσαν αἰτίαν Καύνῳ τῆς ἀπαλλαγῆς ἀναψαμένην ἀπό τινος δρυὸς τὴν μίτραν ἐνθεῖναι τὸν τράχηλον. Sophocles in Antig. v. 1220.

— ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
Τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν
Βρόχῳ μιτρώδει σινδόνος καθημμένην."
—*Stanl.*

482. ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον. Si vera est interpretatio Hesychii: Μακιστὴρ, βέλος; gravis Æschyloque dignus funditur sensus: *Audivi sermonem cor meum teli instar pungentem.* Nostri populares dicerent: *Mit dieser Rede stössest du mir einen Dolch ins Herz.* Similiter Choëph. 377.

Τοῦτο διαμπερὲς ὡς ἵκετο ἅτε περ βέλος.

485. sqq. κακῶν δὲ—λιμὴν κακῶν. *Multitudo malorum torrentis instar irruit; et mare calamitatis immensa profunditate haud exsuperabile me obruit, nec uspiam est portus malorum.*

486. οὐ μάλ' εὔπορον. Nota extenuationis figura, cum ironiæ specie, pro ἀπορώτατον.

487. ἐσβέβηκε. "Supplendum ἐμέ. Soph. Trach. v. 302. οἶκτος δεινός μ' εἰσέβη. Frequentior in talibus usus est τοῦ εἰσελήλυθεν aut εἰσῆλθε." *Abresch.*

λιμὴν κακῶν. "Usitatas huic scriptori locutiones κῦμα, κλύδων θάλασσα et πέλαγος κακῶν jam notavit Potter ad Lycophr. v. 228. His similiter πέλαγος ἀτηρᾶς δύης scripsit Prometh. v. 745. et κακοῦ πέλαγος Plat. Sympos. p. 331. A. Hic loci habemus λιμένα κακῶν, quod primo intuitu videri possit insolens, quia rerum cupitarum potius sint λιμένες. Veluti σωτηρίας et ὑγιείας λιμὴν ap. Aristid. tom. i. p. 31. Sed et κακῶν λιμένα τὸν θάνατον dixit Longinus sect. ix. In quibus λιμὴν est καταφυγὴ, quod proinde ejus loco adhibuit Herodot. vii. 46. ubi θάνατος καταφυγὴ τῷ ἀνθρώπῳ αἱρετωτάτη. Atque ita ὕπνον καμάτων λιμένα dixit Critias in Athen. x. p. 433. A. quem ibid. Alexis παυστῆρα πόνων."—*Abresch.* cf. quæ de h. v. usu observavimus ad Pers. v. 247.

488. sq. εἰ μὲν γὰρ—οὐχ ὑπερτοξεύσιμον. *Etenim si vobis hoc negotium non perfecero, piaculum denuntiasti nulla arte reparandum.*

Εἰ δ' αὖθ' ὁμαίμοις παισὶν Αἰγύπτου σέθεν
Σταθεὶς πρὸ τειχέων διὰ μάχης ἥξω τέλους,
Πῶς οὐχὶ τἀνάλωμα γίγνεται πικρὸν,
Ἄνδρας γυναικῶν οὕνεχ' αἱμάξαι πέδον;
Ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον
Ἱκτῆρος· ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος.
Σὺ μὲν πάτερ γεραιὲ τῶνδε παρθένων
Κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν,
Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων
Θὲς, ὡς ἴδωσι τῆσδ' ἀφίξεως τέκμαρ
Πάντες πολῖται· μήδ' ἀποῤῥιφθῇ λόγος
Ἐμοῦ· κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς.
Καὶ γὰρ τάχ' ἂν τις οἶκτος εἰσιδὼν τάδε,
Ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος στόλου.
Ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος·
Τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει.

491. τέλους] Pauwius mavult τέλος. 497. κλάδους τε] Heathio placet κλάδους γε. 499. τῆσδ'] τοῖσδ' Rob. 502. οἶκτος] εἰκὸς Turn. οἰκτρὸς conj. Stanl. 503. στόλου] στόλον Rob.

491 διὰ μάχης τέλους. Cf. Sept. adv. Theb. 908.

496. Σὺ μὲν πάτερ. Non satis cohæret oratio particulis σὺ μὲν vincta, neque vero τε post κλάδους habet, unde pendeat. Nam quod Heathius pro τε reponit γε, id h. l. non convenit. Corrigendum opinor:

Ἴθ' οὖν, πάτερ γεραιὲ τῶνδε παρθένων.

Vade igitur, senex pater harum virginum, ramosque hos confestim in brachia sumtos, ad alia quoque deorum indigetum altaria deporta.

499. ἀφίξεως τέκμαρ. *Causæ, quæ vos huc appellere coëgerit, indicium.* Ex dispositis enim olivarum ramis intelligent vos supplices huc venisse.

500. sq. μήδ' ἀποῤῥιφθῇ λόγος ἐμοῦ. Stanl. vertit; *neque projiciatur verbum de me.* Verius: *Nec temere effutiatur sermo meus,* sed potius me tecum collocutum dissimules, ne populus me ejus rei auctorem et suasorem suspicetur. *Adversus principem enim populus semper querelarum et criminationum cupidus est.* Abreschius, qui h. l. sic accipiendum putat, *neque neglexeris hunc sermonem meum,* haud animadvertit, hanc versionem efficere, ut, quæ sequuntur, κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς, non cohæreant cum antecedentibus.

502. τάχ' ἂν τις οἶκτος. Poëtice dictum pro οἰκτρὸς, quare hoc illi minime cum Stanl. substituendum. Neque vero quid Pauwium aut Abres-

Δα. Πολλῶν τάδ' ἡμῖν ἐστιν ἠξιωμένα,
Αἰδοῖον εὖ ῥέοντα πρὸς ξένον λαβεῖν.
'Οπάονας δὲ φράστοράς τ' ἐγχωρίων
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν πολισσούχων θεῶν
Βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
Εὕρωμεν, ἀσφάλεια δ' ᾖ, δι' ἄστεος
Στείχουσι· μορφῆς δ' οὐχ ὁμόστολος φύσις.

506. sqq. perperam Choro Danaidum adscribuntur in edd. 507. πρὸς ξένον] πρόσξενον Turn. πρόξενον conj. Canter. probante Stanleio. 510. πολισσούχων] Suspectum est idem vocabulum hic statim repetitum. 511. ἀσφάλεια δ' ᾖ] ἀσφαλείας δὲ Ald. ἀσφάλεια δὲ Rob.

chium impulerit, ut de veritate hujus lectionis dubitarent, ac tantum non præferrent lectionem Turnebianam εἰκὸς, intelligo.

506. sq. πολλῶν—λαβεῖν. Vulgata lectio αἰδοῖον εὖ ῥέοντα πρὸς ξένον λαβεῖν sensu prorsus caret. Veram igitur Porsonus lectionem in textum recepit, partim Canteri conjectura indagatam:

Αἰδοῖον εὐρεθέντα πρόξενον λαβεῖν.

Sane nobis hoc quantivis est pretii, quod venerandum patronum te nacti simus. Multum hæc lectio præstat Abreschii conjectura εὖ ῥέζοντα.

508—511. Vulgata lectio:

'Οπάονας δὲ φράστορας τ' ἐγχωρίων
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν πολισσούχων θεῶν
Βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
Εὕρωμεν.

insidentem sibi corruptelam facile prodit, inficeta vocabuli πολισσούχων repetitione. Huic incommodo facilis adhiberetur medela, sic emendando:

'Οπάονας δὲ φράστορας τῶν ἀστυκῶν
Ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν ἐγχωρίων θεῶν
Βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
Εὕρωμεν.

Comites vero monstratores (viæ) ex civibus aliquos vobiscum mitti, ut deorum indigetum et urbicorum altaria ac templa inveniamus.

Lectionis depravatio solemni librariorum errori debetur, quo sæpe a superiore versiculo inter scribendum ad proxime inferiorem aberrant. Ita pro τῶν ἀστυκῶν e sequenti versiculo anticipabatur ἐγχωρίων et pro ἐγχωρίων ex deinceps posito πολισσούχων. Præterea φράστορας elegantius τῷ ὀπάονας simpliciter apponitur, quam per copulum τε conjungitur. Neque vero articulus τῶν in illa constructione commode abfuerit.

φράστορες i. q. alias φραστῆρες. Hesych. φραστῆρες, μηνύται. Plenius ὁδῶν φραστῆρα dixit Xenophon. Cyrop. lib. v.

511. sq. εὕρωμεν — στείχουσι. Pro εὕρω—στείχοντι. Etsi enim quæri potest, paterne solus, an cum nonnullis filiabus per urbem circumierit, facile tamen comparatis inter se v. 496. sqq. v. 519—520. 966. intelligitur filias ad unam omnes ad aram τῶν ἀγωνίων θεῶν remansisse.

512. sqq. μορφῆς—τρέφει. De corporis forma, maxime de oris et vultus conformatione et colore loquitur, quæ peregrinum ipsum esse et hospitem prodebat. Cf. v. 294. sqq.

μορφῆς—φύσις. " I. e. ὅμοια, uti ipse

Νεῖλος γὰρ οὐχ ὅμοιον Ἰνάχῳ γένος
Τρέφει. Φύλαξαι μὴ θράσος τέκῃ φόβον·
Καὶ δὴ φίλον τις ἔκταν' ἀγνοίας ὕπο.
Βα. Στείχοιτ' ἂν, ἄνδρες· εὖ γὰρ ὁ ξένος λέγει.
Ἡγεῖσθε βωμοὺς ἀστυκοὺς θεῶν ἕδρας.
Καὶ ξυμβόλοισιν οὐ πολυστομεῖν χρεὼν
Ναύτην ἄγοντας τόνδ' ἐφέστιον θεῶν.
Χο. Τούτῳ μὲν εἶπας, καὶ τεταγμένος κίει·

517. *βωμοὺς ἀστυκοὺς*] *βωμὴ ἀστίκτους* Ald. *βωμοὺς ἀθίκτους* Rob. *θεῶν ἕδρας*] Etsi ferri potest appositio, malim tamen *θεῶν θ' ἕδρας* coll. v. 510. 520. *κίει*]

suo mox more declarat per *ὅμοιον γένος*. Hesych. *Ὁμόστολοι, συμπράττοντες* et *ἐν τῇ αὐτῇ ὁδῷ κοινωνοῦντες*, quo sensu inter alios Apoll. Rhod. L. iii. v. 558. Opp. ii. Cyneg. v. 218. et v. Hal. 67. Add. Suid. *μορφῆς φύσις* per periphrasin dictum pro *μορφὴ*, ut *προσώπου φύσις* in Plat. Tim. 545. E. Restituere hac occasione post aliorum conatus tentemus locum Æl. de Anim. l. vi. c. 39. scribarum incuria pessime habitum, editur nempe *καὶ ταῦτα μέν τοι σώμενης· οἱ δὲ ἄνθρωποι πάντων μ' ἐπιθυμοῦντες, μηδενὸς δὲ φειδόμενοι.* Scripserat, ni fallor, *καὶ ταῦτα μὲν τῆς*, aut *μέντοι τῆς, φύσεως φειδομένης· οἱ δὲ—*" *Abresch.*

514. *φύλαξαι—φόβον.* "Schol. *θάρσος* legisse videtur, convenienter usui, quod receptum postulat metrum, et adscripserat suo exemplari Scal. Sed et in Eurip. Med. v. 470. *θράσος* pro *θάρσος*, nec inobservatum prætermisere Grammatici. Etymol. Msc. Biblioth. Traject. *θάρσος* inquit *καὶ θράσος διαφέρει ὡς ἀρετὴ κακίας, τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ἀρετῇ τάσσεται, τὸ δ' ἐπὶ κακίᾳ ὅθεν οἱ παλαιοὶ ὡρίσαντο οὕτω· θάρσος ἐστι ψυχῆς παράστημα μετὰ λογισμοῦ. θράσος δὲ ἡ ἀλογιστία. ὅθεν Εὐριπίδης ἁμαρτάνει λέγων* (sic) *οὐ θράσος τῷδε ἐπεὶ οὐδὲ τόλμη κακῶς φίλους δράσαντας ἐναντίους βλέπειν.* Hæc ille. Add. Eurip. Schol. Ammon. et Thom. Mag. cum interpretum Not. *δεινὰ* ac *θαῤῥαλέα* ponit Plat. Lach. p. 252. J. cujus itidem pag. 253. E. *ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα καὶ οἱ πολλοὶ, ἐγὼ θρασέα· ἀνδρεῖα δὲ τὰ φρόνιμα περὶ ὧν λέγω.* v. seq. *ὑπ' ἀγνοίας* ut apud Plut. t. ii. p. 300. A. et Musonium in Stob. Serm. xix. p. 168. *ἐξ ἀγνοίας* Plat. Polit. 184. B. Chrys. T. iv. Op. in N. T. p. 52. B. 2. *φόβον* ne tentes, cavet Schol. *ne si solus vadam fiducia mihi pariat metum : accidit enim, ut quispiam etiam amicum ignorans occiderit;* quo magis scil. mihi peregrino et viarum per urbem ignaro, providendum erit, ne quis metus objiciatur." *Abresch.*

515. *καὶ δὴ—ὕπο.* *Ac sæpe accidit, ut aliquis amicum adeo, ignarus, quis esset, occideret.* cf. v. 1000.

516. *ὁ ξένος.* Prorsus inepte Arnaldus corrigendum opinabatur *ἡ ξένος.*

517. *θεῶν ἕδρας.* Quod suspicati sumus copulam excidisse, legendumque *θεῶν θ' ἕδρας*, id maxime confirmatur versiculo 510., ubi *βωμοὶ πρόναοι* a deorum *ἕδραις* (templis) diserte distinguuntur. Alibi tamen *βωμοὶ* quoque *θεῶν ἕδραι* nominantur e. c. v. 425.

519. *ναύτην—θεῶν.* *Cum hospitem ducatis, nave huc appulsum et ad deorum aras tutelæ causa confugientem.*

520. *κίει.* Optativo *κίοι* adhuc vulgato, non magis locus est, quam deinde in *νέμεις.*

Ἐγὼ δὲ πῶς δρῶ; ποῦ θράσος νέμεις ἐμοί;
Βα. Κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου.
Χο. Καὶ δή σφε λείπω, χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν.
Βα. Λευρὸν κατ' ἄλσος νῦν ἐπιστρέφου τόδε.
Χο. Καὶ πῶς βέβηλον ἄλσος ἂν ῥύοιτό με;
Βα. Οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς ἐκδώσομεν.
Χο. Ἀλλ' εἰ δρακόντων δυσφόρων ἐχθίοσιν.
Βα. Εὔφημον εἴη τοὖπος εὐφημουμένῃ.
Χο. Οὔτοι τι θαῦμα δυσφορεῖν φόβῳ φρενός.
Βα. Ἀεὶ δ' ἀνάκτων ἐστὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.
Χο. Σὺ καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα.

κίοι Ald. Rob. etc. Sed indicativum sensus postulat. 521. νέμεις] Sic Rob. Ceteræ νέμοις. 524. ἐπιστρέφου] ἐπιστρέφω Ald. 526. ἁρπαγαῖς] ἅρπαγες Ald. Rob. 527. Ἀλλ' εἰ] Ἀλλ' ἢ conj. Stanl. δυσφόρων] δυσφρόνων Rob. Vict. 531. φρένα.] Sic recte Heathius emendandum censuit. Vulg. φρενί.

523. καὶ δή σφε λείπω, χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν. Stanl. intp.: *Et quidem linquo manu et verbis tuis.* Imo rectius: *Et quidem illos hic relinquo, potestati tuæ et verbis s. jussis obsecundans.*

526. οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς ἐκδώσομεν. *Sane nos te haud avium* rapacium *rapinis trademus s. exponemus;* proverbiali locutione, ab expositione infantum ducta, quæ in sylvis aut lucis avium aut ferarum laniationi permittebantur. Sic apud Euripidem Creusa de filio Ione v. 902. sqq.

καὶ νῦν ἔῤῥει
Π τ α ν ο ῖ ς ἁ ρ π α σ θ ε ὶ ς θοίνα
Παῖς μοι καὶ σοὶ τλάμων.

et v. 915. οἰωνοῖς ἔῤῥει συλαθείς. Ceterum Porsonus inserto pronomine personali edidit:

οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς σ' ἐκδώσομεν.

527. ἀλλ' εἰ. Non admittenda erat a Porsono Stanleii correctio ἀλλ' ἤ. In ejusmodi enim responsionibus ἀλλ' εἰ idem est quod Latinorum *quid autem si——?* Hoc igitur dicit Chorus. *Quid autem si nos iis tradas, qui draconibus inimiciores sunt?*

Utrum δυσφόρων an δυσφρόνων scriptum sit ab Æschylo, vix satis certo definire ausim. Si δυσφρόνων placeat, vertendum, *qui nobis infestis draconibus inimiciores sunt.* Sin δυσφόρων præferas, ἐχθίοσιν passive accipiendum: *qui nobis intolerandis et gravibus draconibus odiosiores sunt.*

528. εὔφημον—εὐφημουμένῃ. Quod Latini brevius dicunt: *Bona verba quæso;* aut: *Meliora loquere!* Rex enim Chorum leniter objurgat, quod pejora quam opus sit ominetur, jubetque eum εὐφημεῖσθαι, simulque ut melius ominata verba rata sint optat.

529. οὔτοι—φρενός. Animi anxietate se excusat Chorus: *at enim haud mirum est animi timore perculsum impatientius dolere.*

530. ἀεὶ—ἐξαίσιον. *Imo vero semper nimius et immoderatus regum metus* inferiorum animos occupat.

531. Σὺ καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα. Nexus orationis postulat, ut legamus:

Βα. Ἀλλ' οὔτι δαρὸν χρόνον ἐρημώσει πατήρ.
Ἐγὼ δὲ λαοὺς συγκαλῶν ἐγχωρίους,
Πείσω τὸ κοινὸν, ὡς ἂν εὐμενὲς τιθῶ,
Καὶ σὸν διδάξω πατέρα, τοῖα χρὴ λέγειν.
Πρὸς ταῦτα μίμνε, καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Λιταῖς παραιτοῦ, τῶν σ' ἔρως ἔχει τυχεῖν.
Ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι·
Πειθὼ δ' ἕποιτο καὶ τύχη πρακτήριος.

ΧΟΡΟΣ.

ΑΝΑΞ ἀνάκτων, μακάρων στρ. α'.
Μακάρτατε, καὶ τελέων
Τελειότατον κράτος, ὄλ-
βιε Ζεῦ, πείθου τε καὶ γενέσθω·
Ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας,

534, 535, 536. omissi in Rob. propter ὁμοιοτέλευτον in vocabulo ἐγχωρίους v. 533, 536. 534. πείσω] πιέτω Ald. 535. πατέρα, τοῖα] πατέρα· τοῖα Vict. οἷα conj. Stanl. ποῖα conj. Heath. Fortasse verius πάτερ' ὁποῖα. 537. παραιτοῦ] παραιτῶ Rob. 538. πορσυνῶν] Sic metri causa scribendum esse vidit Heathius. Vulg. πορσύνων. 544. ἄλευσον] Stanl. em. ἄλευσον.

Σύ τοι λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα.

Tu igitur fac, ut non dicendo solum s. promittendo, sed agendo quoque animum nostrum exhilares.

535. τοῖα. Dictum esse potest pro οἷα, ut statim τῶν pro ὧν. Si opus esset correctione, missis aliorum rationibus minus aptis, amplecterer πατέρ' ὁποῖα.

539. Πειθὼ δ' ἕποιτο καὶ τύχη πρακτήριος. *Mihi autem adsit Suada dea, et Fortuna rebus perficiendis idonea.*

IN SCENAM IV.

v. 540—614.

540. ἄναξ ἀνάκτων. *O rex regum, beatorum beatissime, et potentium potentissimum imperium,* i. e. potentissime imperator, *felix Jupiter.*—

543. πείθου τε καὶ γενέσθω. Languere videtur hæc verborum compositio : *obsequere et fiat !* Quid ? si Æschylum scripsisse conjiciamus :

Πειθὼ Τύχα θ' ἑπέσθω.

Certe vim haberet hæc acclamatio, regis vota v. 336. pronuntiata repetens, Jovique inculcans.

544. ἄλευσον. "Schol. legit ἅλευσον et interpretatur καταπόντωσον, quasi ab ἅλς *mare* ; rectius tamen ἄλευσον *averte* ; ita locutus est in Prometheo v. 570.

εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς ἄλευ' ὦ δᾶ,

et Sept. adv. Theb. v. 87.

ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε."—*Stanl.*

Λίμνᾳ δ' ἔμβαλε πορφυροειδεῖ
Τὰν μελανόζυγ' ἄταν.
Τὸ πρὸς γυναικῶν ἐπιδὼν ἀντιστ. α'.
Παλαίφατον ἁμέτερον
Γένος, φιλίας προγόνου
Γυναικὸς, νέωσον εὔφρον' αἶνον,
Γενοῦ πολυμνήστωρ ἐφάπτωρ Ἰοῦς.
Δίας τοι γένος εὐχόμεθ' εἶναι,
Γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι.

546. *μελανόζυγ' ἄταν*] Vulg. *μελανοζυγάταν*, *μελανόζυγα νᾶν*, vel *μελανόζυγ' ἄταν* emend. Stanl. Posterius, ut verissimum, recepimus. 549. Colon post *γυναικὸς* tollendum censet Stanl. 550. *εὔφρον'*] *εὔφρον* Turn. 551. *πολυμνήστωρ*] Heath. conj. *πολυμνήστου γ'*. 552. *Δίας*] Stanl. em. *Δίος*. Heath. *Ἰοῦς*. 553. *ἔνοικοι*] Pauw. conj. *ἄνοικοι*.

545. sq. *λίμνᾳ — μελανόζυγ' ἄταν*. *Purpureoque* i. e. alto *mari merge navem exitiosam nigro remigio motum*. Μελανόζυξ ἄτα locutio Æschylo dignissima, ejusque usui adeo conveniens, ut de veritate lectionis Stanl. conjectura indagatæ dubitari non possit. Recte idem ad *nigros* Ægyptiorum remiges poëtam respicere judicavit comparatis v. 733. sq.

πρέπουσι δ' ἄνδρες νήϊοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

adde v. 759.

547. *τὸ πρὸς γυναικῶν*. Quid hoc est? Nonne omnes homines a mulieribus nascuntur? Nullus igitur dubito poëtam scripsisse;

Τὸ πρὸς γ υ ν α ι κ ό ς γ' ἐπιδὼν
Παλαίφατον ἁμέτερον
Γένος, φιλίας προγόνου
Γυναικὸς, νέωσον εὔφρον' αἶνον.

Respiciens a muliere quidem descendens antiquum genus nostrum, a dilecta tibi progenitrice muliere, recole memoria jucundam fabulam s. narrationem.

Numeri vero versiculorum suavius decurrent in stropha quidem ita constituti:

τελειώτατον κράτος ὄλβιε Ζεῦ
πεῖθου τε καὶ γενέσθω.

in antistrophe vero:

γένος φίλας προγόνου γυναικὸς,
νέωσον εὔφρον' αἶνον.

ut prior sit iamb. dim. hypercatal. posterior iamb. hephthemimeres.

551. *γενοῦ πολυμνήστωρ ἐφάπτωρ Ἰοῦς*. Recte et metro et sententiæ consuluit Porsonus rescribendo:

γένου πολυμνήστωρ ἐ φ ά π τ ο ρ Ἰοῦς.

fac, ô tu, qui olim contrectatione tua Ionem imprægnasti, ut nunc ejus rei diligenter recorderis.

552. *Δίας*. Bene iterum Porsonus:

Δι' ἇς τοι γένος εὐχόμεθ' εἶναι.

Per quam, s. qua interveniente, *nos tuam sobolem esse gloriamur*. Itaque facile caremus Abreschii interpretatione, qui intelligebat, ceu scriptum legeretur: *Εὐχόμεθά τοι εἶναι γένος τῆς δίας τῆσδε γῆς καίπερ ἔνοικοι ἄπο καὶ ἄποθεν αὐτῆς*, *enimvero gloriamur genus nostrum ex Joviali hac terra oriundum, etsi incolæ et inquilini simus regionis procul inde dissitæ.*

553. *γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι*. Aptius ad sententiam foret:

Παλαιὸν δ' εἰς ἴχνος μετέσταν στρ. β'.
Ματέρος ἀνθονόμους ἐπωπὰς,
Λειμῶνα βούχιλον, ἔνθεν Ἰὼ
Οἴστρῳ ἐρεσσομένα
Φεύγει ἁμαρτίνοος,
Πολλὰ βροτῶν διαμειβυμένα
Φῦλα. Διχῆ δ' ἀντίπορον
Γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέ-
μνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει·
Ἰάπτει δ' Ἀσίδος δἰ αἴας ἀντιστ. β'.
Μηλοβότου Φρυγίας διαμπάξ.
Περᾷ δὲ Τευθράντος ἄστυ Μυσῶν
Λύδιά τε γύαλα.
Καὶ δἰ ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε [γένη] διορνυμένα·
Τοὺς ποταμοὺς δ' ἀεννάους,

558. ἁμαρτίνοος] ἁμαρτίνους Ald. Turn. 559. διαμειβομένα] διαμειβόμεθα Ald. 563. δ' Ἀσίδος] βασίδος Vict. 566. Λύδια] λύγια Ald. Rob. 568. γένη metrum prorsus excludit. Heath. 569. τοὺς] τὰν Ald. πὰ Rob. ἀεννάους] metri causa Pauwius præfert ἀενάους.

γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἄποικοι. *Colonæ quasi ex hac terra olim Ægyptum missæ.* Stanleius idem efficere tentat in γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι tmesin supponens pro τᾶσδε γᾶς ἄποικοι.

560. sqq. διχῆ δ' ἀντίπορον — ὁρίζει. *Bis vero fati necessitate adacta fretum maritimum,* nempe Bosporum Thracium, et Bosporum Cimmerium, *nando superans, ad oppositam continentem pervenit.*

563. ἰάπτει. "Ita edit. Turneb. probante Scaligero, nisi quod τῷ ἰάπτει superscripserat διάπτει, et parenthesin claudat post διαμπάξ. Possis quoque transpositione literarum facta legere ἀΐπτει. Obtinente ἰάπτει, quo verbo frequenter utitur pro πέμπειν et ῥίπτειν, ut S. C. Theb. v. 531. 549. Agam. 519. 1558. hujus dramatis v. 101. intelligetur ἑαυτήν. Præcedit γαῖαν ὁρίσαι ut διδύμους πόντου πέτρας ὁρίσαι Eurip. Med. v. 433. ubi Schol. Διορίσαι Hesychius monet, idem interdum, quod ἐξορίσαι, et extat utrumque promiscue adhibitum in Plat. ix. Legg. 660. C. D." *Abresch.*

Ἰάπτει verum est, nec quidquam mutandum; verbo quod *active* sumtum significat *mittere,* neutraliter usus est pro *ire, transire.*

566. γύαλα. "Planam fuisse Lydiam innuit adagium Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖν. Vid. Scaligeri Conjectanea ad Varronem de lingua lat."—*Stanl.*

569. τοὺς ποταμοὺς δ' ἀεννάους. Heathius adscisoendam putat Robortellianæ

Καὶ βαθύπλουτον χθόνα, καὶ
Τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν.
Ἱκνεῖται δ', εἰσικνουμένη βέλει στρ. γ'.
Βουκόλου πτερόεντος,
Δῖον πάμβοτον ἄλσος,
Λειμῶνα χιονόβοσκον, ὅν τ' ἐπέρχεται

572. εἰσικνουμένη] Pauwius emend. εἰσιδνουμένη, *incurvata*. δυσπονουμένη Heath. 573. βουκόλου πτερόεντος] βουκολοπτερόεντος Rob. 575. χιονόβοσκον, ὅν τ' ἐπέρχεται] χιονόβοσκον τ' ἐπέρχεται Rob. χ. ἔνθ' ἐπέρχεται Turn.

editionis lectionem :

πὰρ ποταμοὺς τ' ἀέναους.

Non assentior. Τοὺς ποταμοὺς et quæ sequuntur usque ad πολύπυρον αἶαν, pendent a περᾷ v. 565. *Pertransit vero Teuthrantis urbem in Mysia, superatisque Lydiæ æquoribus ac montibus Ciliciæ et Pamphyliæ*, pertransit *flumina jugiter labentia, et insignem divitiis regionem et Veneris frugiferam terram.*

570. καὶ βαθύπλουτον χθόνα. Utrum hoc epitheto unum ex regnis jam antea nominatis designetur, v. c. Lydia, ob aurifodinas, an nova innuatur regio, ad quam Io pervenerit, definire non ausim. Si nova, vix alia, quam Phœnice intelligi poterit, ob divitias ex mercatura.

571. καὶ τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν. Cui hic non succurrat Cyprus (νᾶσος τᾶς Ἀφροδίτας, Eurip. Bacch. v. 400.) Veneris cultu et summa fertilitate celeberrima ? Quænam enim regio in Asiæ continente sic describi potuerit a poëta, nemo explicavit. Scholiastes quidem intelligit *Phœnicen*, addens ἣν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλον καὶ Λίβανον. Sed hoc est optantis potius quam docentis. Quidni autem Æschylus Ionem ab ora Phœniciæ primum Cyprum, deinde ab hac insula Ægyptum transvectam esse finxerit ?

572. εἰσικνουμένη. " Etsi Schol. haud aliter legerit ut docet διατρυπῶντος, per quod exponit εἰσικνουμένη, tamen mihi quoque hoc in verbo labes insedisse videtur, quæ facta transpositione unius literæ tolli poterit, εἰσκινουμένη si scribatur, quando sensus erit, κινουμένη δὲ τῷ βέλει τοῦ βουκ. πτερ. ἱκνεῖται εἰς ἄλσος etc. et ita, eundem œstrum v. 313. dixit βοηλάτην μύωπα κινητήριον." *Abresch.*

573. sq. βέλει βουκόλου πτερόεντος. I. e. œstri stimulo.

574. sqq. Δῖον πάμβοτον ἄλσος—νόσοις ἄθικτον. Omnibus hisce epithetis unice Ægyptum describi certum est. δῖον πάμβοτον ἄλσος notat planitiem et fertilitatem Ægypti. λειμῶνα χιονόβοσκον respicit exundationem Nili ex nivibus Æthiopiæ resolutis. Τυφῶ μένος pertinet ad ventos calidos nivem solventes. Sic Hesiod. Theog. Ἐκ δὲ Τυφώεος ἔστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Pro ὕδωρ τὸ Νείλου præstat legere ὕδωρ τε Νείλου, *quam planitiem lustrat ventorum vis et Nili aqua morbis haud contigua.* Qui articulum τὸ ante Νείλου servandum putant, τυφῶ μένος sic interpretantur, ut Nilus ipse *vis typhonis* appelletur, h. e. vi ventorum exundans.

575. χιονόβοσκον. " Passive, ideo tonus in antepenultima, qui in aliis e βοσκὸς compositis ultimam tenet." *Abresch.*

λειμῶνα χιονόβοσκον. " Celebris fuit antiquorum opinio, Nilum congeri ab eliquatis nivibus in montibus Æthiopiæ, cujus fit mentio apud Herodotum

Τυφῶ μένος,
Ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον,
Μαινομένα πόνοις ἀτί-
μοις, ὀδύναις τε κεντροδα-
λήτοις θείας Ἥρας.
Βροτοὶ δ' οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι, ἀντις. γ'.
Χλωρῷ δείματι θυμὸν
Πάλλοντ', ὄψιν ἀήθη,
Βοτὸν ἐσορῶντες δυσχερὲς μιξόμβροτον,
Τὰν μὲν βοὸς,
Τὰν δ' αὖ γυναικὸς, τέρας δ' ἐθάμβουν.
Καὶ τότε δὴ τὶς ἦν ὁ θέλ-
ξας πολύπλαγκτον ἀθλίαν

576. Τυφῶ μένος] τυφώμενος Ald. 580. κεντροδαλήτοις] κεντροδαλήτης Turn. κεντροδαλήμεσι conj. Heath. metri causa. 587. καὶ τότε] καὶ τόδε Vict.

lib. ii. Diodorum Siculum lib. i. Aristidem in Ægyptiaca, et plures alios. Anaxagoram hujus sententiæ auctorem laudat Aëtius libro περὶ φιλοσόφων ἱστορίας, cui astipulatur discipulus ejus in Helena:

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ
Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

Lucret. lib. ult.

Forsitan Æthiopum penitus de montibus altis
Crescit, ubi campos altas descendere ningues
Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

Statius lib. iv. Thebaidos;

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, et Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit." *Stanl.*

577. νόσοις ἄθικτον. "Laus Nili a salubritate. De fœcunditate aquæ Niloticæ locum Strabonis excitavimus ad Pers. v. 32. Referunt itidem Theophrastus, Seneca et Plinius, mulieres aqua Niliaca adeo fœcundas reddi, ut uno partu fœtus plures enitantur. Idem de vaccis Ægyptiis narrat Ælianus de animal. lib. iii. c. 33. subdens, λέγεται δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι εὐτεκνότατον παρέχων ὕδωρ. Accedit etiam ad salubritatem ejus demonstrandam, quod eos, qui ex ipsa bibissent, pingues redderet. Plutarchus de Is. et Osir. ἀλλὰ πιαίνειν δοκεῖ καὶ μάλιστα πολυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νειλῶον ὕδωρ. Porro hodie in Ægyptia metropoli Caira ad primum incrementi Niliaci momentum subsidit pestilentia. Nemo tum moritur, licet pridie quingenti." *Stanl.*

580. θείας Ἥρας. Bene Godofr. *Hermannus*, juvenis doctissimus, in libro de metris poëtarum græcorum et romanorum p. 234. et metri et sententiæ causa corrigit:

θυιάδος Ἥρας
furentis Junonis.

Οἰστροδόνητον Ἰώ;
Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου στ. δ'.
* * * * * * *
Βίᾳ δ' ἀπημάντῳ σθένει
Καὶ θείαις ἐπιπνοίαις
Παύεται, δακρύων δ' ἀπο-
στάζει πένθιμον αἰδῶ.
Λαβοῦσα δ' ἕρμα δῖον ἀψευδεῖ λόγῳ
Γείνατο παῖδ' ἀμεμφῆ,
Δι' αἰῶνος μακροῦ πάνολβον· ἀντιστ. δ'.
Ἔνθεν πᾶσα βοᾷ χθών,
Φυσίζωον γένος τοδὶ
Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς.
Τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν Ἥ-
ρας νόσους ἐπιβούλους;

595. ἕρμα δῖον] ἑρμάδιον Ald. 599. τοδὶ] τὸ δὲ Ald. Rob.

589. οἰστροδόνητον Ἰώ; *Hermannus* l. l. ut Pherecrateum efficiat Strophico a se correcto æqualem, emendat:

Ἰὼ οἰστροδόνητον;

591. sq. βίᾳ δ' ἀπημάντῳ σθένει καὶ θείαις ἐπιπνοίαις. Idem Prometh. v. 835. sic extulerat noster:

Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θίγων μόνον.

De versiculo, qui post v. 590. intercidit, etsi, absque meliorum MStorum beneficio certi nihil definiri potest; sententia tamen videtur hæc fuisse: *longorum laborum finem fecit.* Deinde pro βίᾳ scriptum fuisse credo Διός.

594. αἰδῶ. Cur *pudorem* cum *tristitia* et *lacrymis* conjunctum dicat, intelligitur ex ipsius Iûs verbis Prometh. v. 648.

Καί τοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι
Θεόσσυτον χειμῶνα, καὶ διαφθορὰν
Μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.

595. ἕρμα δῖον. Schol. intp. βάρος: nec dubium est, quin poëta pro *onere fœtus* ex Jovis contrectatione suscepto posuerit.

599. φυσίζωον. Recte Porsonus φυσίζοον edidit, qua quidem scriptura metrum carere haud potest. Majoris momenti tamen est emendare:

φυσιζόου γένος τοδὶ
Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς.

Nam frigidum sane esset, ac tantum non sensu cassum φυσίζοον γένος, *vitale genus hoc est Jovis.* Et sicut φυσίζοος αἶα apud Homerum i. e. ac βιόδωρος, profecto idem de Jove creatore recte dicitur. φυσίζοος Ζεὺς paulo post eadem ratione πατὴρ φυτουργὸς appellatur v. 607.

602. Ἥρας νόσους ἐπιβούλους. "*Saturniæ excandescentiam insanumque ulciscendi ardorem.* Ὀργὴ νοσοῦσα est in Prom. v. 377."—*Abresch.*

Διὸς τόδ᾽ ἔργον· καὶ τόδ᾽ ἂν γένος λέγων
'Εξ 'Επάφου κυρήσαις.
Τίν᾽ ἂν θεῶν ἐνδικωτέροισι — στρ. ε΄.
Κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ᾽ ἔργοις;
Πατὴρ φυτουργὸς, αὐτόχειρ ἄναξ * *
Γένους παλαιόφρων μέγας
Τέκτων, τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς.
Ὑπ᾽ ἀρχὰς δ᾽ οὔ τινος θοάζων — ἀντιστ. ε΄.
Τὸ μεῖον κρεισσόνων κρατύνει.
Οὔ τινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.
Πάρεστι δ᾽ ἔργον ὡς ἔπος,
Σπεῦσαί τι τῶν δούλιος φέρει φρήν.

604. κυρήσαις] Pauw mavult κυρήσαι. 607. Vocabulum dissyllabum excidisse detexit Heathius. f. βροτῶν. 611. κρεισσόνων] κρεῖσσον ὢν Ald. Rob. 612. οὔ τινος] οὗ τινος Ald. κάτω] κράτος conj. Pauw. Heath. σέβει] σέβῃ Turn. 614. δούλιος] Stanl. conj. οὔλιος. Pauwius c. Heathio βούλιος.

603. sq. καὶ τόδ᾽ ἂν — κυρήσαις. "Perbene Schol. κυρήσαις illustrat, τῆς ἀληθείας κυρήσῃ καὶ οὐ ψεύσῃ. Sic τυχεῖν in Choëph. v. 948." *Abresch.*

607. πατὴρ φυτουργός. *Pater genitor.* αὐτόχειρ ἄναξ * *. Explendi versus causa rescribendum videtur:

αὐτόχειρ 'Ιοῦς ἄναξ

qui manuum tuarum contrectatione Iûs dominus et sospitator factus est. Sic certe Scholiasten legisse oportet, cujus hæc est verborum πατὴρ φυτουργὸς αὐτόχειρ ἄναξ interpretatio: αὐτὸς ὁ πατὴρ φυτουργὸς τοῦ γένους, ὁ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ θεραπεύσας τὴν 'Ιώ.

609. τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς. Μῆχαρ vel cum οὔριος arcte copulandum, ut sit i. q. τὸ πᾶν μῆχαρ οὐρίζων, *omnis generis consilia et præsidia* rebus agendis idoneis *prospero flatu advehens*; vel commate ab οὔριος separandum, tumque τὸ πᾶν μῆχαρ est εὐμήχανος, et οὔριος *fortunator, secundi eventus largitor.*

610. sqq. ὑπ᾽ ἀρχὰς — κάτω. *Neque vero alicujus potestati subjectus minus potentioribus pollet*; h. e. nullius potestati subjectus est, nec potentiorem habet, quo minus auctoritate et vi polleat, *nec desuper ullius inferioris rationem habere cogitur.* Si Abreschii tautologiam vitamus, cui duæ sententiæ ὑπ᾽ ἀρχὰς — κρατύνει et οὔ τινος — κάτω prorsus idem significare videbantur. Constructio verborum unice vera hæc est: οὐ θοάζων δὲ ὑπ᾽ ἀρχάς τινος τὸ μεῖον κρατύνει κρεισσόνων, οὔ τινος κάτω ἡμένου ἄνωθεν σέβει. In quo si cui displiceat σέβει cum genitivo constructum, ei auctor sim, ut emendet:

οὔτ᾽ ἴν᾽ ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.

nec de loco superiore, in quo constitutus est, inferioris alicujus vim aut robur curat.

613, 614. πάρεστι — φέρει φρήν. *Adest exitus verbis, celeriter effecturus quodcunque prudenti consilio mens Jovis intenderit*, prorsus ut in carmine nobilissimo Psalm. βούλιος pro δούλιος, quod sensû caret, legendum esse post

ΔΑΝΑΟΣ. ΧΟΡΟΣ.

Δα. ΘΑΡΣΕΙΤΕ, παῖδες, εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων
Δήμου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα.
Χο. Ὦ χαῖρε, πρέσβυ φίλτατ' ἀγγέλων ἐμοί,
Ἔνισπε δ' ἡμῖν ποῖ κεκύρωται τέλος,

618. ἔνισπε] ἔνεπε Ald. ἐν εἰπὲ Turn. ποῖ κεκύρωται] ποῦ κεκύρωται Turn.

Pauwium Heathiumque censeo; quamquam haud scio an αἴολος præferendum sit, quemadmodum v. 1050. Juno dicitur αἰολόμητις. Abreschius tamen haud male δαύλιος commendat, ut v. 97. δαυλοὶ γὰρ πραπίδων, modo de auctoritate formæ δαύλιος constaret.

IN SCENAM V.

615—788.

Primum observandum est pro Danao hic in omnibus editionibus poni πρεσβύτου seu senis personam, idque Porsonus quoque perperam imitatus est; quamvis jam Stanleius meliora docuisset. Sic enim ille: Cum argumento hujus tragœdiæ dubium non est, quin personarum nomina una interciderint; et quæ in vulgatis editionibus habentur, temere ac pro libitu affixa sunt, quo fit ut minus inter se consentiant. Etenim in Stephani et Canteri editionibus inter personas dramatis recensentur Κόραι, quæ tamen haud aliæ sunt, quam Chorus Danaidum; in aliis vero editionibus Κῆρυξ Αἰγυπτιαδῶν multo rectius. In omnibus quidem habetur Πρεσβύτης alius a Danao. Cuivis tamen facile constabit eandem esse personam v. 191., qui Πρεσβύτης vulgo dicitur. Danaidas *filias* appellat, se ipsum eorum *patrem*:

Παῖδες φρονεῖν χρή. Ξὺν φρονοῦντι δ' ἥκετε
Πιστῷ γέροντι τῷδε ναυκλήρῳ πατρί.

Eundem patrem agnoscunt virgines v. 219.

Πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονούσας ἐννέπεις.

Hactenus Stanleius. Sed hoc loco quoque, in quo versamur, non alium esse, quam Danaum patrem, qui ad puellas redeat, facile sic demonstrari potest. Is, qui ad Chorum puellarum v. 615. redit, quæ in concilio populi decreta fuerint nuntiaturus, idem est, qui v. 724. sqq. cum puellis colloquitur, postquam hæ cantu chorico v. 640. sqq. grati animi sensus et pia vota pro populo Argivorum fuderant. Jam qui v. 724. sqq. loquitur, diserte pater puellarum dicitur v. 725. 748. Consequitur ergo, ut qui inde a v. 615. Danaidibus quæ a populo decreta sint nuntiat, haud alius sit, atque ipse Danaus. In errorem duxit editores, quod v. 617. Danaides Danaum non *patris* sed *senis* vocabulo salutarent.

615. sq. θαρσεῖτε — ψηφίσματα. Stanl. vertit: *Bono animo este, filiæ, bene indigenæ populi statuta sunt perfecta decreta*; parum latine et satis obscure. Præstat autem sic interpungere:

Θαρσεῖτε, παῖδες! Εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων!
Δήμου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα.

Confidite, puellæ! Apud cives quidem res nostræ bene gestæ! (s. a civibus quidem nihil est quod metuamus.) *Populi scita jam perlata et rata sunt.*

δέδοκται. Hesych. Δέδοκται, ἐφάνη, ἐψηφίσατο, ἔγνωστο.

617. ὦ χαῖρε—ἐμοί. *O salve senex, nuntiorum nobis clarissime!* Quem enim boni eventus cariorem nobis nuntium optemus quam patrem?

618. ἔνισπε—τέλος. Inficete Stanl.

Δήμου κρατοῦσα χεὶρ ὅποι πληθύεται;
Δα. Ἔδοξεν Ἀργείοισιν, οὐ διχορρόπως,
Ἀλλ' ὡς ἂν ἡβήσαιμι γηραιᾷ φρενί·
Πανδημίᾳ γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον·
Ἡμᾶς μετοικεῖν τῆσδε γῆς ἐλευθέρους
Κ' ἀῤῥυσιάστους, ξύν τ' ἀσυλίᾳ βροτῶν·
Καὶ μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινὰ
Ἄγειν· ἐὰν δὲ προστιθῇ τὸ καρτερὸν,
Τὸν μὴ βοηθήσαντα τῶνδε γαμόρων
Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.

619. χεὶρ ὅποι πληθύεται] χειροπληθύεται mendose Rob. χεὶρ ὅπως πλ. Turn. 621. ἡβήσαιμι] ηὐλήσαιμι Rob. 625. κ' ἀῤῥυσιάστους] καὶ ῥυσιάστους Rob. ξύν τ' ἀσυλίᾳ] ξύν τε ἀσυλία Rob. 629. δημηλάτῳ] Apud Steph. Byzantinum legitur δημήλατον, quam lectionem Holstenius quoque ad Steph. Byz. p. 98. defendit.

Dic vero nobis quousque ratus habetur finis; populi imperium obtinens manus qua numero major est. Rectius: *dic autem nobis quam in partem latum sit populi decretum; et quænam sententia majori suffragiorum numero obtinuerit?*

620. *οὐ διχορρόπως. Haud divisis sententiis,* s. *omnibus suffragiis, omnium unanimi consensu.*

621. *ἀλλ' ὡς ἂν—φρενί. Sed potius tanta constantia animorumque firmitate, qualem equidem ipse senili animo optem. (Sie vereinigten sich mit solcher Kraft und Festigkeit im Entschlusse, dergleichen ich meinem Geiste in meinem hohen Alter wünschen möchte.)*

622. *χερσὶ δεξιωνύμοις.* Nempe suffragia manuum dextrarum sublatione ferebantur. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. p. 84. *δεξιωνύμοις* intp. *faustis;* at propius et simplicius est *dextris.*

623. *ἔφριξεν. Inhorruit,* non tam de sonitu, quam de multiplici sublatarum manuum agitatione. Sic Virgil. Æn. ii.

tum late ferreus hastis
Horret ager.

et lib. 12.

— Phalanges
Stant densæ, strictisque seges mucronibus horret.

Similiter Æschylus Sept. adv. Theb. v. 159.

δορυτίνακτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται,

quæ loca excitavit Stanleius.

624. *μετοικεῖν γῆς.* "Syntaxeos *μετοικεῖν γῆς* ratio consistit in eo, quod *μετοικεῖν* in re idem sit, quod *μετοίκους εἶναι*, vel *μετέχειν τῆς οἰκήσεως.* Supra Pers. v. 319. *σκληρᾶς μέτοικος γῆς.* Ex Soph. Œd. Col. v. 988. *μέτοικον τῆς χώρας εἶναι.*" *Abresch.*

625. *ἀῤῥυσιάστους.* Ἀῤῥυσιάστοι dicuntur, *quos non licet in servitutem asserere,* s. *quorum non dantur vindiciæ secundum servitutem.*

627. *ἐὰν—καρτερόν. Ac si vis forte adhibeatur.*

628. *γαμόρων.* Civium Argivorum.

629. *ἄτιμον—δημηλάτῳ*] *Ei nominis infamiam et exsilium a populo indictum iri.*

Τοιάνδ᾽ ἔπειθε ῥῆσιν ἀμφ᾽ ἡμῶν λέγων
Ἄναξ Πελασγῶν, ἱκεσίου Διὸς κότον
Μέγαν, πρόφρων ὢν, μήποτ᾽ εἰσόπιν χρόνου
Πόλιν παχῦναι, ξενικὸν ἀστυκόν θ᾽ ἅμα
Λέγων διπλοῦν μίασμα πρὸ πόλεως φανὲν,
Ἀμήχανον βόσκημα πημονῆς πέλειν.
Τοιαῦτ᾽ ἀκούων χερσὶν Ἀργεῖος λεὼς
Ἔκραν᾽ ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε.
Δημηγόρους δ᾽ ἤκουσεν εὐπειθεῖς στροφὰς
Δῆμος Πελασγῶν. Ζεὺς δ᾽ ἐπέκρανεν τέλος.

632. πρόφρων ὢν] Canterus προφωνῶν, adstipulante Stanleio. 633. παχῦναι] πλατῦναι Schol. 635. ἀμήχανον] Stanl. conj. ἀμηχάνου. 637. ἔκραν᾽ ἄνευ κλητῆρος] ἔκραναν εὐκλήτορος Rob.

ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ] Stephanus Byzant. agens de varia significatione vocis Δῆμος et aliarum ab ipsa deductarum, hæc habet: καὶ σύνθετα δημηλάτης, Αἰσχύλος Ἱκέτισιν (ita scribendum)

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημήλατον

ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς. Ubi pro δημήλατον vel scribendum δημηλάτῳ, vel potius ex mente Stephani δημηλάτην. Videtur enim cum ἄτιμον potius conjungere, quam cum φυγῇ. Potest et δημήλατος in Stephano pro δημηλάτης legi et δημήλατον posteriore loco. *Stanl.*

δημήλατον legi vult Holstenius quoque ad Steph. Byz. p. 98.

632. μέγαν, πρόφρων ὤν. Sine dubio verum est, quod Canterus divinavit, προφωνῶν, *Jovis supplicum præsidis iram magnam denuntians.* Et recepit in textum Porsonus.

633. παχῦναι. Παχύνειν h. l. significat *angere, urgere.* Schol. lectionem in quibusdam codd. inventam affert πλατῦναι, quæ quid h. l. significare possit, haud intelligo. Optativum παχύναι præferendum censet Abreschius. Idem πολὺν παχύναι κότον verius putat, i. q. *ne Jupiter posthac iram multam exaugeat.* Neutrum necessarium; et πολὺν sententiam a poëtica oratione, quæ in πόλιν παχῦναι spirat, ad pedestrem locutionem traduceret.

633. sqq. ξενικὸν — πημονῆς πέλειν. *Affirmans præterea duplex illud piaculum, tum singulis civibus ex contemptu hospitum, tum universæ urbi, si Danaides rerum suarum desperatione adactæ in ipsis deorum statuis se suspendissent, contractum, infinitum calamitatis nutrimentum fore.*

635. ἀμήχανον. Ἀμηχάνου, quod Stanleio in mentem venerat, magis frangere sententiam, quam robur ei addere videtur.

637. ἄνευ κλητῆρος. Recte intpr. Scholiastes, ταῖς χερσὶν ἐπέκρανε, πρὶν εἰπεῖν τὸν κήρυκα· ἀράτω τὰς χεῖρας ὅτῳ ταῦτα δοκεῖ.

638. sq. δημηγόρους—τέλος. *Orationemque regis in concilio ad persuasionem argumentis accommodatam audivit populus; Jupiter autem felicem exitum consilio dedit.* εὐπειθεῖς στροφαὶ de artibus oratoriis, quæ vel argumentorum robore, vel apta sententiarum et verborum conformatione demonstrantur.

ΧΟΡΟΣ.

ΑΓΕ δὴ, λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις
Εὐχὰς ἀγαθὰς, ἀγαθῶν ποινάς.
Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου
Στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ
Τέρμον' ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα.
Νῦν ὅτε καὶ θεοὶ
Διογενεῖς κλύοιτ'
Εὐκταῖα γένει χέουσας·
Μήποτε πυρίφατον
Τὰν Πελασγίαν πόλιν
Τὸν ἄχορον βοὰν
Κτίσαι μάχλον Ἄρη,
Τὸν ἀρότοις

640. λέξωμεν] λέξομεν Ald. Rob. 642. ξένοις] ξενίοις Ald. 643, 644. ἐπ' ἀληθείᾳ τέρμον'] ἐπ' ἀληθεῖ ἀτέρμον' Rob. ἀμέμπτως] ἀμέμπτων Rob. 645. νῦν ὅτε] νῦν ποτε legendum, Pauw. νῦν ἔτι Heath. 647. εὐκταῖα] εὐκτέα Rob. 649. τὰν Πελασγίαν πόλιν] Male hunc versum tentat Pauwius corrigendo τὰν Πελασγῶν πόλιν, parem scilicet sic antithetico effecturus, qui tamen facilius strophico æquandus est. Cf. v. 662. 650. βοὰν] βοᾶν Ald. Hunc versum et sequentem transponendum esse censet Pauwius, ut cum Antistrophicis consentiant. Idem Heathio videtur.

641. ἀγαθῶν ποινάς. Ποινὰ bono sensu; *bona vota, quibus beneficia remuneremur.*

643. στόματος τιμαὶ sunt ipsæ Danaidum preces, pro salute populi Argivorum, quippe quibus eum honorabant, seu dignissimum eum esse, qui deorum beneficiis mactaretur, ostendebant.

643. sq. ἐπ' ἀληθείᾳ τέρμον' ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα. *Jupiter hospitalis vero hospitum oris honores respiciat, ut omni ex parte vota nostra sine exceptione rata sint.*

645. νῦν ὅτε καὶ θεοὶ—. *Nunc tandem vos quoque dii, a Jove orti, audite nos fausta huic generi* h. e. *populo precantes.*

648. sqq. μήποτε—Ἄρη. *Ne unquam urbem hanc Pelasgiam ferox Mars inconditum illætabilemque clamorem edens incendat.*

652. sq. τὸν ἀρότοις θερίζοντα βροτοὺς ἐν ἄλλοις. "Sumta a messoribus metaphora. Valer. Argonaut. lib. iii.

Hic Atyn, hic rigido transcurrens demetit ense
Protinus insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea.

ἐν ἀρότοις ἄλλοις θερίζειν ideo Mars dici videtur, quod quemadmodum in bello agri demetuntur ab iis, qui se-

Θερίζοντα βροτοὺς ἐν ἄλλοις·
Οὕνεκ' ᾤκτισαν ἡμᾶς,
Ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο·
Αἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διὸς,
Ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον·
Οὐδὲ μετ' ἀρσένων ἀντιστ. α΄.
Ψῆφον ἔθεντ', ἀτι-
μώσαντες ἔριν γυναικῶν·
Δῖον ἐπιδόμενοι
Πράκτορά τε σκοπὸν
Δυσπολέκητον, ὃν οὔ-
τις ἂν δόμος ἔχοι
'Επ' ὀρόφων
Μιαίνοντα, βαρὺς δ' ἐφίζει.
Ἅζονται γὰρ ὁμαίμους
Ζηνὸς ἵκτορας ἁγνοῦ,
Τοιγάρτοι καθαροῖσι βω-
μοῖς θεοὺς ἀρέσονται.

653. ἐν ἄλλοις] Inepta est Pauwii conjectura ἐνάλλοις *præposteris*. Heath. ἐνάλλως. 656. αἰδοῦνται] αἰδοῦντος Ald. 659. ἀτιμώσαντες] ἀτιμάσαντες Ald. Turn. 662. Heathius metri causa mavult πράκτορ' αὐτεπισκοπὸν— 664. ἐπ' ὀρόφων] ἐπόροφον Turn. 665. μιαίνοντα] Fortasse μηνίοντα *Pauw.* ἀμύνοντα mavult Heath.

mentem haud fecerunt, sic etiam homines in præliis cæduntur, quos jure civili nemini bellantium licebat occidere.

654. sqq. οὕνεκ' ᾤκτισαν—ἀμέγαρτον. *Quoniam miserti sunt nostrum, benevoleque de salute nostra decreverunt, supplicesque Jovis clientes reveriti sunt, gregem nostrum haud sane invidia dignum.*

658. sqq. οὐδὲ—γυναικῶν. *Neque secundum viros,* patrueles nostros, *decreverunt, mulierum causa deserta.*

661. sqq. Δῖον ἐπιδόμενοι—δυσπολέμητον. *Respicientes divinum vindicem et inspectorem inexpugnabilem.* Metri causa pro πράκτορά τε σκοπὸν legendum est:

Πράκτορά τε καὶ σκοπόν.

663. sqq. ὃν οὔτις—βαρὺς δ' ἐφίζει. Μιαίνοντα h. l. minime aptum jam alii intellexere. Non tamen placent emendandi rationes, a Pauwio Heathioque tentatæ. Ad Æschyli usum proxime accedit κοταίνοντα. Sensus: *quem nulla sane domus in tecto optet iratum sibi habere, gravis enim insidet;* h. e. magno irarum pondere premit.

Τοιγὰρ ὑποσκίων ἐκ στρ. β'.
Στομάτων ποτάσθω
Φιλότιμος εὐχὰ,
Μήποτε λοιμὸς ἀνδρῶν
Τῶνδε πόλιν κενῶσαι·
Μηδ' ἐπιχωρίοις
Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον·
Ἥβας δ' ἄνθος ἄδρεπτον
Ἔστω· μηδ' Ἀφροδίτας
Εὐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄ-
ρης κέρσειεν ἄωτον.
Καὶ γεραροῖσι πρεσβυ- ἀντισ. β'.

675. ἐπιχωρίοις] Pauwius hic ποτε excidisse suspicatur. Heathius metrum hujus et sequentis versiculi ita supplet:

Μηδ' ἐπιχωρίοις ἔρις
Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον τόδ'.

677. ἥβας δ'] τὰς ἥβας Ald. Abest δ' Rob. τὰς ἥβας δ' Turn. 678. μηδ'] μὴ Ald. Rob. Turn. etc. μηδ' ex Heathii emendatione. 679. εὐνάτωρ] ἀνάτωρ Rob.

670. sq. ὑποσκίων ἐκ στομάτων. Recte Stanleius intpr. ex eo quod ori suo supplices puellæ prætenderint olivæ ramos. Sic supra v. 366. sq.

Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
Νέον θ' ὅμιλον.

Inepte Abreschius obloquitur, hoc errore deceptus, quod Regis jussu depositis olivæ ramis in sylvam puellas discessisse opinatur. At enim quod rex puellas jusserat in sylvam concedere, v. 524. id ipsis puellis detrectantibus exitum non habuit. Et rex ipse v. 536. his verbis πρὸς ταῦτα μίμνε—puellis ut ad aram deorum ἀγωνίων manerent concessit.

675. sq. μηδ' ἐπιχωρίοις Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον. Incommode pestis dicitur cadaveribus terram *cruentare*. Itaque et sententiæ et metri causa plausummeretur Heathii emendatio, ἔρις post πέδον supplentis. Recte quoque post πέδον supplevit Porsonus γᾶς. Præterea pro λοιμὸς v. 673. aptius opinor legi λιμὸς, ut v. 692. sqq. de peste intelligantur. Sic igitur constituantur versiculi:

Μήποτε λιμὸς ἀνδρῶν
Τάνδε πόλιν κενῶσαι
Μηδ' ἐπιχωρίοις ἔρις
Πτώμασιν αἱματίσαι πέδον γᾶς.

Numquam fames hunc urbem viris exinaniat, neve discordia civilis cadaveribus hoc solum cruentet.

677. sqq. Ἥβας—ἄωτον. *Juventutis flos illibatus esto; nec umquam Veneris concubitor exitialis Mars ejus florem demetat.*

681. sqq. Καὶ γεραροῖσι—νέμοιτο. Et *aræ deorum senum* scil. sacerdotum *ministeriis frequentibus affluant, ignibusque adolescant, ut urbs recte administretur.*

τοδόκοι γεμόντων
Θυμέλαι, φλεγόντων
Θ', ὡς πόλις εὖ νέμοιτο.
Ζῆνα μέγαν σεβόντων,
Τὸν ξένιον Δί' ὑπέρτατον,
Ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ.
Τίκτεσθαι δ' ἐφόρους γᾶς
Ἄλλους εὐχόμεθ' ἀεί·
Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναι-
κῶν λόχους ἐφορεύειν.
Μηδέ τις ἀνδροκμὴς στρ. γ'.

683. θυμέλαι] θυμελίαι Ald. 684. θ' ὡς] τῶς Ald. Rob. ubi sic interpungitur γεμόντων, θυμελαὶ φλεγόντων, τῶς—. τ' ὡς Turn. 686. ξένιον Δί'] ξένιον δ' Ald. Rob. Turn. ξένιόν γ' ὑπέρτατον Pauw. Heath. 687. πολιῷ] male Stanl. in notis conj. πόλεων. 688. ἐφόρους γᾶς] ἐφ' ὀργῶς Ald. ἐμφόρους γᾶς Rob. εὐόργως Turn. 689. ἀεὶ] metri causa αἰεὶ rescribendum arbitratur Pauw. 691. λόχους] λόγους Ald.

γεραροὶ *venerandi*, haud dubie ad sacerdotes pertinet. Incommode vertit Stanl. *et nobilium senes recipientes plenæ sint aræ.* Quoniam tamen sacerdotiis reges quoque aliique magistratus fungebantur, in γεραροῖσι ad hos quoque respici credibile est.

686. τὸν ξένιον Δί'. Inepte hic repetitur Δία, nec metro strophici convenit. Recte igitur Pauwius et Heathius emendavere :

τὸν ξένιόν γ' ὑπέρτατον.

688. sq. Τίκτεσθαι—ἀεί. *Precamur quoque ut semper alii rectores terræ subnascantur*, qui in mortuorum principum locum succedant.

692. sq. μηδέ τις ἀνδροκμὴς λοιγὸς ἐπελθέτω. Quoniam versu præcedente partus mulierum felices optaverat Chorus, sequentibus autem versiculis v. 698. sq. morborum cohortem deprecatur, ἀνδροκμῆτα λοιγὸν non de belli calamitate, quippe quam jam v. 678. sqq. aversatus fuerat, sed potius de peste accipio. Pro ἄχορος et ἀκίθαρις Porsonus ἄχορον et ἀκίθαριν in textum recepit, ut ad Ἄρη referatur. Quod quamquam per se haud ineptum est, tamen vulgata quoque codicum lectio habet quo se tueatur. Pro βοάν τι δήμων, utique cum Pauwio et Heathio, quibus obsecutus quoque est Porsonus, legendum censeo βοάν τ' ἔνδημον. Jam optimus Æschyloque dignissimus verborum sensus efficitur : *Neque vero pestilentia homines perimens incidat hanc urbem laceratura, chororum et lyræ expers* h. e. illætabilis et ærumnosa, *lacrymosum Martem et populares clamores excitans. Tota vero* reliquorum *morborum tristis cohors a civium robore absit.*

Pestis cum dicitur δακρυογόνον Ἄρη ἐξοπλίζειν, posset quidem sic intelligi, quod ea occasionem det hostibus civitatem hoc malo debilitatam et fractam bello persequendi ; attamen hoc paulo remotius ab orationis consilio et nexu videtur. Aptissimum igitur fuerit Ἄρη

Λοιγὸς ἐπελθέτω,
Τάνδε πόλιν δαΐξων,
Ἄχορος, ἀκίθαρις,
Δακρυογόνον Ἄρη
Βοάν τε δήμων ἐξοπλίζων.
Νούσων δ᾽ ἑσμὸς ἀπ᾽ ἀστῶν
Ἵζοι κράτους ἀτερπής.
Εὐμενὴς δ᾽ ὁ Λύκειος ἔ-
στω πάσᾳ νεολαίᾳ.
Καρποτελεῖν δέ τοι ἀντιστ. γ΄.
Ζεὺς ἐπικραινέτω
Φέρματι γᾶν πανώρῳ.

694. δαΐξων] δαΐζων Ald. Turn. 695. ἀκίθαρις] Ex certissima Heathii emendatione. Vulgo κίθαρις legebatur. κιθάρης Turn. κινάρης Pauw. 696. Ἄρη] Ἄρην Rob. 697. τε δήμων] τ᾽ ἔνδημον Pauw. Heath. ἐξοπλίζων] Sic optime Stanleius emendavit in notis. Vulg. ἔξω παίζων. 698. δ᾽ ἑσμὸς] δεσμὸς Ald. Rob. 699. κράτους] κράτος Ald. Rob. 700. Λύκειος] Λυκεῖος Arnaldus, Heath. 701. πάσᾳ νεολαίᾳ] πᾶσαν νεολέα Ald. Rob. 702. καρποτελεῖν] Ex emendatione Stanl. a Pauwio et Heathio jam probata. Vulgo καρποτελεῖ.

δακρυόγονον de *miserabili civium strage, quæ gravem pestilentiam* non magis quam belli calamitatem sequatur, intelligere. Sic enim Sophocles quoque Ἄρη *Martem* pro peste posuit; Œdip. Tyr. v. 190.

ὦ χρύσεα θύγατερ Διὸς
Εὐῶπα, πέμψον ἀλκὰν,
Ἀρεά τε τὸν μαλερὸν,
Ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
Φλέγει με περιβόητος ἀντιάζων,
Παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι
Πάτρας ἄπουρον—

697. ἐξοπλίζων. "Omnino levi τοῦ Λ in Λ permutatione veram hic restituimus lectionem pro vulg. ἔξω παίζων. Ita enim et infra loquitur v. 716.

πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη,

et v. 104.

βίαν ἐξοπλίζειν.

Non absimilis est vetustus ille error apud Harpocrationem in χιλιωθέντα, quem in lexicon suum transscripsit Suidas, quod explicat χίλια σοφὰ ὄντα et Portus transfert in Suida *mille sapientia existentia*. Legendum eadem τοῦ Λ in Λ permutatione χιλίας ὄφλοντα *mille drachmis multatum*.—*Stanl.*

698. sq. νούσων—ἀτερπής. Omninoque totus *morborum cohors illætabilis a civium robore absit*.

700. sq. εὐμενὴς—νεολαίᾳ. *Ac propitius sit Lyceus Apollo universæ juventuti*; nempe valetudinem ejus tuendo, quod in deum ἰατρικὸν cadebat. cf. de Apolline medico Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll.

702. sqq. καρποτελεῖν—τελέθοι. *Jupiter vero efficiat, ut tellus frugibus et fructibus tempestivis omnium anni horarum affluat, pecudesque multiplices fœtus edant.*

Πρόνομα δὲ βοτὰ
Τὼς πολύγονα τελέθοι·
Τὸ πᾶν δ' ἐκ δαιμόνων λάβοιεν,
Εὔφημον δ' ἐπιβοῷεν
Μοῦσαι θεαί τ' ἀοιδοί·
Ἁγνῶν δ' ἐκ στομάτων φερέ-
σθω φήμα φιλοφόρμιγξ.
Φυλάσσοι τ' ἐντίμους τιμὰς στρ. δ'.
Τὸ δήμιον· τὴν πτόλιν κρατύνοι
Προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά.
Ξένοισί τ' εὐξυμβόλους,
Πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη,

705. *βοτὰ τὼς*] *βρότατος* Ald. Rob. 707. *πᾶν δ'*] *πάντ'* Rob. *πᾶν τ'* Turn. *λάβοιεν*] *λάθοιεν* Rob. 708. *εὔφημον δ' ἐπιβοῷεν*] *εὔφημαν δ' ἐπιβωμὰν* Ald. *ἀφήμοις δ' ἐπὶ βωμοῖς* Rob. 710. *ἁγνῶν δ'*] *ἁγνῶν τ'* Ald. abest *δὲ* Rob. 712. *ἐντίμους*] *εὐτιμίας* Turn. *ἀτιμίας* cett. edd. *ἀτρεμαίας* conj. Canter. *εὐκτιτάς τε* Pauw. *ἀτενῶς γε* Heath. Nos rescripsimus *ἐντίμους*, quod sensus postulat et metrum haud respuit. *τιμὰς*] *τιμῶς* Ald. 713. *τὴν*] *τὸ* Ald. Rob. *κρατύνοι*] *κρατύνει* Turn. etc. Optativum jam Steph. prætulit. 714. *προμαθεὺς*] *προμηθεὺς* Rob.

708. *ἐπιβοῷεν*. Pauwius metri causa *ἐπιβῷεν* rescribere jubet. Repugnat Heathius, quia in voce *ἐπιβοῷεν* syllabam catalecticam præcedat choreus iambo antithetico æquipollens.

710. sq. *ἁγνῶν—φιλοφόρμιγξ*. Hæc de precibus et cantibus ad lyram intelligo, quibus populus inter sacrificia solemnia deorum pacem exposcebat.

712. sq. *φυλάσσοι τ' ἐντίμους τιμὰς τὸ δήμιον*. *Populus in honore semper habeat magistratus.* Vulg. *φυλάσσοι τ' ἀτιμίας τιμὰς* exposuit Stanl. *caveatque ab inhonoris honoribus communitas*, quod quid sit, aut quo pertineat, haud intelligo. Nullus dubito vocabulum *ἀτιμίας* corruptum esse, et quod rescripsi *ἐντίμους* ad sensum aptissimum, et a scripturæ vestigiis non nimis remotum est. Scholiastes tamen *ἀτινάκτους* vel simile quid legisse videtur. Totam enim *ῥῆσιν* interpretatur: *ἀμετακίνητοι εἶεν αὐτοῖς αἱ τιμαί*. Idem vocem *ἀτιμίας* per *ἀσφαλείας* explicat, quæ quidem interpretatio manifeste prodit eum in codice suo non *ἀτιμίας*, sed aliud quid legisse.

713. sq. *τὴν πτόλιν—ἀρχά*. *Populumque regat magistratus providus*, et *commodi publici studiosus magistratus.* Male enim *εὐκοινόμητις* reddidit Stanl. *cum populo consilia communicans.*

715. sqq. *ξένοισι—διδοῖεν*. Et hospitibus s. peregrinis gentibus, ad *amicam compositionem proclives, priusquam bellum parent id quod justum est sine damno tribuant.* Stanl. perperam: *hospitibusque feliciter, priusquam arment Martem lites absque damno concedant.* *εὐξύμβολος* est *cum quo facile paciscimur, ad*

Δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν.
Θεοὺς δ' οἳ γᾶν ἔχουσ', ἀεὶ ἀντιστ. δ'.
Τίοιεν ἐγχωρίους πατρῴαις
Δαφνηφόροισιν βουθύτοισι τιμαῖς.

718. ἔχουσ'] Ita metri causa rescripsimus. Vulgo ἔχουσιν.

amicam litis compositionem pronus. ἄτερ πημάτων ad Argivos pertinet. Nempe qui juste cum aliis agit, facile damno ac detrimento caret.

717. δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν. Pauwius quia ispi in Strophe et Antistrophe tertia eadem illa repeti videbantur, quæ in Strophe et Antistrophe secunda jam dicta essent, duplicem olim tragœdiarum recensionem fuisse opinatur, in quibus illæ strophæ variaverint, posthac in unum exemplar confusæ. At qui interpretationem nostram paucasque textus correctiones amplexus fuerit, nullibi tautologia offendetur. Chorus enim v. 673. famem, v. 675. bellum civile, v. 677. bella externa deprecatur, v. 681. sqq. optat ut deorum cultus vigeat, v. 688. sq. ut probi identidem magistratus succrescant, v. 690. omninoque felici prole mulieres patriam ditent, et ut hi populo cum benevolentia et prudentia præsint, peregrinis autem justitiam et æquitatem præstent. Deinde v. 692. pestem omninoque v. 698. morborum contagia aversatur, et ut Apollo juventutis valetudinem curet, optat v. 700. Porro fertilitatem agrorum v. 702. pecorum fœcunditatem v. 704. omninoque omnem prosperitatem populo a diis expetit v. 707. musarum carminibus et bonis ominibus prosequendam v. 708. sqq. Denique precatur, ut magistratibus honos habeatur v. 713.

718. sq. θεοὺς δ' οἳ γᾶν—ἐγχωρίους. "Legem a Triptolemo latam, a Dracone restitutam respicit, hanc nimirum: Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς 'Ατθίδα νεμομένοις κυρίως τὸν ἅπαντα χρόνον Θεοὺς τιμᾷν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους. Cæremoniarum et rituum patriorum observantissimos fuisse Athenienses tradit Isocrates in Areopagitica: ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι, μήτ' ἔξω τῶν νομιζόμενων προσθήσωσιν. Alienigenas tamen Deos, etiam omnium pæne gentium, adscitos fuisse constat ex Aristophanis versu hoc,

Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασιν ἀντ' 'Αθήνων,

ad quem alludit Cicero lib. 2. de legibus, *novos vero Deos sic Aristophanes facetissimus poëta veteris Comœdiæ vexat, ut apud eum, Sabazius et quidem alii Dii peregrini judicati e civitate ejiciantur.* Insignis est locus apud Lysiam Orat. contra Nicomachum οἱ τοίνυν πρόγονοι τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύοντες μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν 'Ελληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν. Et paulo post, ὅστις πρῶτον μὴν τὰ πάτρια θύειν, ἔπειτα ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει, ἔτι δὲ ἃ ὁ δῆμος ἐψηφίσατο· quibus in verbis sacrificia decreto populi inducta non curiæ Areopagiticæ, quod voluit Petitus. Nec favet illi locus Harpocrationis, quem citat, in 'Επιθέτους· ἐλέγετο δὲ γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐπιθετά τινα ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ 'Αρείου Πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν. Nam ἐπίθετα δικάζειν est de rebus peregrinis judicare. Notandum etiam, τὰ ἐκ Κύρβεων idem valere ac τὰ πάτρια ἱερὰ, ut cum Lysias Oratione modo laudata, τὰ ἐκ τῶν Κύρβεων μόνον ἔθυον." *Stanl.*

719. πατρῳΐαις. Metrum postulat πατρῴαις, quod recte Pauwius monuit.

Τὸ γὰρ τεκόντων σέβας
Τρίτον τόδ' ἐν θεσμίοις
Δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου.

ΧΟΡΟΣ. ΔΑΝΑΟΣ.

Δα. ΕΥΧΑΣ μὲν αἰνῶ τάσδε σώφρονας, φίλαι·
Ὑμεῖς δὲ μὴ τρέσητ' ἀκούσασαι πατρὸς
Ἀπροσδοκήτους τούσδε καὶ νέους λόγους.
Ἱκεταδόκου γὰρ τῆσδ' ἀπὸ σκοπῆς ὁρῶ
Τὸ πλοῖον. Εὔσημον γὰρ οὔ με λανθάνει·
Στολμοί τε λαίφους καὶ παραῤῥύσεις νεὼς,
Καὶ πρῶρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδὸν,
Οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεὼς
Ἄγαν καλῶς κλύουσά γ' ὡς ἂν οὐ φίλη.

725. ὑμεῖς δὲ μὴ τρέσητ'] ἡμεῖς δὲ μῆτρες Ald. ἡμεῖς δὲ μὴ τρέσαιτ' Rob. 727. σκοπῆς] σκοπᾶς Turn. 729. τε λαίφους] τελέφους Ald. 731. εὐθυντῆρος] συνουτῆρες Ald. Rob. 732. γ' ὡς] τῶσ' Ald. τῶς Rob.

721. τὸ γὰρ τεκόντων σέβας. Illud γὰρ ad πατρῴαις referendum. Nimirum qui more *majorum* deos colunt, ipsis quoque majoribus et parentibus ea re honorem habent, quod ritus sacros ab ipsis acceptos haud aboleri patiantur.

722. τρίτον τόδ'. "Τρίτον non ordine tertium, sed ex tribus unum. Porphyrius de Abstinent. lib. 4. φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι. τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾷν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι. Postrema verba miror a Petito ad leges Atticas transferri: *carnibus non vescendum*, cum paulo post Xenocrates tam clare explicet, προσέταξεν τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾷν ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς Θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι." *Stanl.*

727. ἱκεταδόκου—σκοπῆς. Nimirum ara τῶν ἀγωνίων θεῶν in paullo editiore loco erat posita, unde prospectus in mare patebat.

727. sq. ὁρῶ τὸ πλοῖον. "Signate τὸ πλοῖον, *navem video* scil. illam quam *venturam metuimus.*" *Abresch.*

728. εὔσημον—λανθάνει. Satis *insignita est navis ut me latere non possit.* Abreschius post γὰρ colo distinguendum censet, suppleto ἐστί. Sed hac ellipseos figura hic facile caremus. εὔσημον οὔ με λανθάνει, i. e. ac εὔσημον ὂν οὔ με λανθάνει.

729. στολμοὶ—νεώς. Scil. οὐ λανθάνουσί με. Agnosco quoque *velorum ornamenta et tabulata navis.* παραῤῥύσεις νεὼς i. q. alias παραῤῥύματα.

730. sqq. καὶ πρῶρα—φίλη. *Neque vero me fugit prora oculos ad viam dirigens,* h. e. recta via ad littus nostrum procedens, *nimis bene gubernaculi in*

Πρέπουσι δ' ἄνδρες νήϊοι μελαγχίμοις
Γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν·
Καὶ τἄλλα πλοῖα, πᾶσά θ' ἡ 'πικουρία
Εὔπρεπτος· αὐτὴ δ' ἡγεμὼν ὑπὸ χθόνα
Στείλασα λαῖφος παγκρότως ἐρέσσεται·
'Αλλ' ἡσύχως χρὴ καὶ σεσωφρονισμένως
Πρὸς πρᾶγμ' ὁρώσας, τῶνδε μὴ 'μελεῖν θεῶν.
'Εγὼ δ' ἀρωγοὺς ξυνδίκους θ' ἥξω λαβών.
Ἴσως γὰρ ἢ κῆρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι,
Ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες.
'Αλλ' οὐδὲν ἔσται τῶνδε, μὴ τρέσητε νῦν.

733. μιλαγχίμοις] μιλαγχίμους Ald. 739. μὴ 'μιλεῖν] μὴ ἀμβιλεῖν Ald. 740. ἀρωγοὺς] ἀρωγὰς Rob. θ' ἥξω] θήξω Ald. Rob. 741. πρέσβυς μόλοι] πρεσβύμολοι Ald. πρεσβήμολοι Rob. 742. ἐφάπτορες] ἐφάπτορας Rob. 743. μὴ τρέσητε

puppe constituti remigio parens, quippe haud amica nobis adveniens. Poëtica audacia proræ et oculos et aures tribuit. Abreschius post ὡς ἂν οὐ φίλη subintelligendum censet κλύοι, q. d. *amica si esset navis, non melius audiret clavum,* s. amica si esset, optare non possumus celerius hac cursum dirigeret. Sed hæc ἀπροσδιόνυσα sunt. Aptius ad partes vocavit Statium Theb. v. 512. *clavum audire negantem proram.*

733. μιλαγχίμοις. Spanh. ad Callimach. hymn. in Cererem v. 11. amplectitur lectionem μ ι λ α χ ύ μ ο ι ς, idque epitheton de Ægyptiis usurpari ait, vel ob nigram illius regionis terram, ut eam vocat Plutarchus de Iside p. 364. ἐν τοῖς μάλιστα μιλάγγειον οὖσαν, unde quoque instar nigræ partis oculi χημία sit eadem dicta, aut prout μιλάμβωλος juxta Eustath. ad Periegetam p. 368. sit appellata, sive *a nigro colore ipsorum incolarum,* ut μιλαγχύμοι dicantur Ægyptii quasi *nigro succo tincti.* At μιλαγχίμοις verum est, quod simpliciter notat *homines nigros,* quales erant remiges in Ægypti filiorum navibus.

736. sq. αὐτὴ—ἐρέσσεται. *Ipsa vero navis dux ceterarum velis contractis omnibus viribus remigatur.* Παγκρότως de omnium remorum pulsu, nemine remigum laborem intermittente.

738. sq. ἀλλ' ἡσύχως—θεῶν. *Veruntamen vos decet hoc negotium quiete et moderate intueri, et in invocandis hisce numinibus perseverare.*

740. ἐγὼ — λαβών. *Ego vero mox adero auxiliatores et causæ patronos huc adducens,* qui scilicet nos vel vi, si opus sit, defendant, vel de jure cum inimicis nostris disceptent.

741. sq. ἴσως — ἐφάπτορες. Male Porsonus hos versiculos Choro puellarum assignavit. Imo haud interrumpitur regis oratio usque ad v. 747. *Fortasse autem ad nos vel præco, vel legatus aliquis veniat, qui vos abducere velint, vindicias postulantes.*

743. ἀλλ' οὐδὲν—νῦν. *Sed horum nihil fiet; nolite nunc timere.* Præstat autem scribere:

μὴ τρέσητέ νυν,

Ὅμως ἄμεινον, εἰ βραδύνοιμεν βοῇ,
Ἀλκῆς λαθέσθαι τῆσδε μηδαμῶς ποτέ.
Θάρσει· χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ
Θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν δώσει δίκην.

Χο. Πάτερ, φοϐοῦμαι, νῆες ὡς ὠκύπτεροι στρ. α'.
Ἥκουσι, μῆκος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου.
Περίφοϐόν μ' ἔχει τάρϐος ἐτητύμως.
Πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος οὔ τι μοι·
Παροίχομαι, πάτερ, δείματι.

νῦν] μὴ τρέσῃ ταίνυν Ald. μὴ τρέσαιτέ νιν Rob. 746. Θάρσει] Θαρσεῖτε Rob. 751. φυγᾶς] φυγὰς Ald. 751, 752. ὄφελος οὔ τι μοι· παροίχομαι, πάτερ, δεί-

nolite igitur timere. Lectio μὴ τρέσητέ νιν, quam præbent Ald. et Rob. si cui placeat, νιν exponendum αὐτοὺς, ut sæpe.

744. sq. ὅμως — ποτέ. Hos quoque versiculos Choro Porsonus assignavit, haud majore jure quam illos. Sed pro εἰ βραδύνοιμεν βοῇ haud dubie legendum:

εἰ βραδύνοι μὲν βοή.

Optimum tamen fuerit, si auxilium, quod accersiturus sum, forte moretur, hoc præsidium, deorum scilicet, *haud negligere.* Βοὴ hic pro βοηθείᾳ poni Scholiastes notavit, nec video, quid obstet quo minus eum sequamur. Eadem enim ratione, qua e βοὴ *clamor* fluxit significatio *pugnæ*, s. *prælii*, transferri potuit ad *auxilium*, quod iis, qui ab hostibus opprimuntur, sive sponte, sive petitum præstatur. Nec male huc trahit Abreschius locum Agam. v. 1360. ubi κηρύσσειν βοὴν est ad *auxilium convocare*.

746. sq. θάρσει — δίκην. *Animosæ igitur estote, certo enim tempore certoque et opportuno die mortales quidam qui deos haud reverentur,* (Ægypti filios designat) *pœnas luent.*

748. sqq. Πάτερ—δείματι. *O pater, timeo, naves enim celeriter volantes adveniunt, nec ulla temporis mora. Profecto me terribilis timor invadit! Longi autem itineris ac fugæ jam nullus mihi est fructus; pereo pater, præ timore!*

749. μῆκος. "Basil. Ep. 244. Sect. 3. χρόνος οὐ πολὺς ἐν τῷ μέσῳ." *Abresch.*

μῆκος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου. "Non diu erit priusquam adveniant. ἐν μέσῳ *interea*, quæ phrasis sæpius reperitur apud Euripidem: ut in Heraclidis:

— χ' ὠὑν μέσῳ πολὺ χρόνος,
ἐν ᾧ διεργάσθῃ τ' ἄν —

et in Helena:

— πολλοὺς δ' ἐν μέσῳ λόγους ἔχων
Οὐκ οἶδ' ὁποίου πρῶτον ἄρξωμαι τανῦν.

et in Phœnissis:

Μάτερ οὐ λόγων ἄγων ἐστ'. ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος
Οὑν μέσῳ μάταν· περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία.

atque hoc loquendi genus a Græcis mutuati sunt Latini. Virgil. Æneid. 9.

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Pervenit, ac videt Euryalum.——

751. sq. οὔ τι μοι· παροίχομαι. Vulgata lectio:

Πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος εἴ τι μοι
Παροίχεται, πάτερ, δείματι.

satis aptum quidem sensum præbet: *longæ fugæ si quis mihi fructus fuit, is jam pater omnis timore evanescit.* Et sic

Δα. Ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα,
Θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν, σάφ' οἶδ' ἐγώ.
Χο. Ἐξῶλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος, ἀντ. α'.
Μάχης δ' ἄπληστον· καὶ λέγω πρὸς εἰδότα.
Δορυπαγεῖ δ' ἔχοντες κυανώπιδας
Νῆας, ἔπλευσαν ὧδ' ἐπιτυχεῖ κότῳ,
Πολεῖ μελαγχίμῳ ξὺν στρατῷ.
Δα. Πολλοὺς δέ γ' εὑρήσουσιν ἐν μεσημβρίας
Θάλπει βραχίον' εὖ κατερρινημένους.

ματι.] Vulg. ὄφελος εἴ τι μοι, παροίχεται πάτερ δείματι. Sed in Ald. est παρείχομαι, in Rob. παροίχομαι, quod quia aptiorem sensum præbet recepimus, et εἴ τι in οὔτι mutavimus. 754. ἐγὼ] ἐγὼν Ald. Rob. 755. ἐξῶλές ἐστι μάργον] ἐξώλεσεν τιμάργον Rob. 756. μάχης δ'] μάχης τ' Ald. Rob. πρὸς εἰδότα] προσειδότα Rob. 758. ἐπιτυχεῖ] ἐπὶ τύχει Ald. ἐπὶ τάχει Rob. 759. πολεῖ] Recte sic Stanl. emend. Vulg. πόλει. μελαγχίμῳ] μελαγχείμῳ Rob. 760. μεσημβρίας] μεδημβρίᾳ Ald. μεσημβρίᾳ Rob. Turn. etc. 761. θάλπει βραχίον'] θάρπτει βραχεῖον Ald. θάλπτοι βραχεῖον Rob.

scholiastes quoque accepit, exponens: ὅσον μοι προγέγονεν ὄφελος διὰ τῆς ἐνθάδε φυγῆς, τῷ δείματι νῦν παροίχεται. Ἀπιστῶ γὰρ εἰ τεύξομαι ἐπικουρίας. Attamen quod Aldina ed. præeunte, quæ habet παροίχομαι, rescripsimus, antiquius videtur, ac doloris vehementiæ convenientius. Sic ut infra v. 799. οἴχομαι φόβῳ.

753. ἐπεὶ τελεία ψῆφος. Cf. v. 616. 627. sqq.

755. sqq. ἐξῶλες—ξὺν στρατῷ. *Perditum est ac protervum Ægypti genus, pugnæ insatiabile; nec te ipsum, quod dicimus, fugit. Ligno compactis instructi navibus nigris ira bene collimante, s. viam monstrante, una cum nigrorum militum cohorte huc appulerunt.*

759. πολεῖ. Veram hanc Stanleii emendationem sensus liquido confirmat. Et alibi Æschylus hac forma utitur, ut Agam. v. 732. πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις. Hesych. Πολεῖς, πολλούς. Et Πολέας, πολλούς.

760. ἐν μεσημβρίας θάλπει. Sic emendandum censuimus: *in meridianis caloribus.* Vulgata lectio ἐν μεσημβρίᾳ θάλπει minus elegans est et minus apposita. Nam θάλπει *caloribus* non efficitur, ut homines robustiores fiant, sed exercitiis et artibus gymnasticis ad meridiem usque continuatis.

761. εὖ κατερρινημένους. Si verbum a ῥινὴ *lima* ductum est, βραχίονα εὖ κατερρινημένοι sunt homines, qui artibus gymnasticis lucta, potissimum et pugilatu brachia reddiderunt agilia, s. *quorum lacertos exercitatio expressit,* s. *constrinxit,* ut ait Quintil. Inst. or. viii. 3. xii. 10. sicut instrumenta bene limata eo ipso fiunt habiliora et ad usum aptiora. Hesych. Κατερρινωμένοις· εὐτελέσιν. et mox: Κατερρινωμένον· καταπεπυκασμένον, καταδεδερματωμένον. Secundum ultimam interpretationem verbum a ῥινὸς *pellis* deducendum esset. Sed illud verius. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 931.

Χο. Μόνην δὲ μὴ πρόλειπε· λίσσομαι, πάτερ. στρ. β'.
Γυνὴ μονωθεῖσ' οὐδέν. Οὐκ ἔνεστ' Ἄρης.
Δολόφρονες δὲ καὶ δολομήτιδες
Δυσάγνοις φρεσσὶν, κόρακες ὥστε, βω-
μῶν ἀλέγοντες οὐδέν.

Δα. Καλῶς ἂν ἡμῖν ξυμφέροι ταῦτ', ὦ τέκνα,
Εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο.

Χο. Οὐ μὴ τριαίνας τάσδε καὶ θεῶν σέβη ἀντιστ. β'.
Δείσαντες ἡμῶν χεῖρ' ἀποσχῶνται, πάτερ.
Περίφρονες δ' ἄγαν ἀνιερῷ μένει
Μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς θεῶν
* * * * *

Δα. Ἀλλ' ἔστι φήμη τοὺς λύκους κρείσσους κυνῶν

762. πρόλειπε] πρόλιπε Ald. Rob. 763. μονωθεῖσ'] μονοθεῖσ' Ald. 764. δολόφρονες] Ita scribendum censuit metri causa Stanl. probantibus Pauwio Heathioque. Vulgo δουλόφρονες. Heathius insuper τοι post δὲ inferciendum censet. 765. φρεσσὶν] φρεσὶν Rob. 771. ἀνιερῷ μένει] ἂν, ἱερομένει Ald. 772. κυνοθρασεῖς θεῶν] καὶ κυνοθρασεῖς ὄντες Rob. Post hunc versum unum versiculum intercidisse, et metri ratio, et sententiæ defectus facile prodit.

762. sqq. μόνην — ἀλέγοντες οὐδέν. *Solam vero me ne hic relinquas, supplex te oro, pater. Nihil est mulier solitaria. Non enim inest robur bellicum. Vafri autem isti et astuti impuris animis corvorum instar, aras deorum haud reverentes.*

765. δυσάγνοις φρεσσίν. Metrum carere non potest scriptura ed. Robort. φρεσίν.

κόρακες ὥστε. Qui corvi nimirum sæpius ex visceribus in ara positis aliquid rapiebant. In Stanleii versione festinantis calami errore scriptum est, *taurorum* instar, quod vitium in Pauwii quoque editionem transiit.

767. καλῶς ἄν. Porsonus edidit: καλῶς γ' ἄν, haud male.

768. εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο. *Bene quidem hoc nobis, ó filiæ, conducat, si tibi* (vobis) *non magis quam diis exosi sint;* ereptum quod βωμῶν οὐκ ἀλέγουσι.

769. sqq. οὐ μὴ—θεῶν. *Non sane tridentes hosce ac deorum majestatem reveriti a nobis manus abstinebunt, ó pater. Nimis enim feroces sunt iræ suæ impietate, protervi, canina audacia et impudentia inducti, deorum* . . . . [impii contemtores] Nempe in versiculo qui post v. 772. intercidit, etsi verba obliterata conjectura restitui non possunt, sententia tamen hæc fuerit necesse est: θεῶν ἀλέγοντες οὐδὲν, vel alia quædam æquipollens.

773. ἀλλ' ἔστι—κυνῶν εἶναι. *At lupi feruntur canibus validiores esse.* Quod Ægyptii filios cum canibus comparat, ejus causa non aliunde quam ex antecedenti Chori dicto repetenda, qui eos κυνοθρασεῖς appellaverat. Itaque prorsus ἀπροσδιόνυσα hic attulit Stanleius: Lupis, inquit, Argivi comparantur,

Εἶναι· βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν.
Χο. Ὡς καὶ ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων
Ἔχοντας ὀργὰς, χρὴ φυλάσσεσθαι καλῶς.
Δα. Οὔτοι ταχεῖα ναυτικοῦ στρατοῦ στολὴ,

774. βύβλου δὲ καρπὸς] βύβλου δ' ὁ καρπὸς Ald. 776. ἔχοντας] ἔχοντες Ald. Rob. καλῶς] κράτος Ald. Rob.

canibus Ægyptii, an ob Græcorum ferociam et Ægyptiorum inertem impudentiam? an quod Anubis Ægyptiorum Deus celebris sub canis specie cultus fuerit; Apollo λύκειος *in bello a Græcis invocatus? Ita Sept. contra Thebas v.* 147. *Huc quoque referri potest, quod de Danao scribit Pausanias in Corinthiacis, nempe Lupo ab Argivis assimulatum.* Παρίσταται δὴ, inquit, τοῖς Ἀργείοις τῷ μὲν (tauro) Γελάνορα, Δαναὸν δὲ εἰκάσαι τῷ λύκῳ." Hactenus Stanl. At multo simplicius est, sententiam, sic interpretari: *Si canes sunt, ut ais, Ægypti filii, nos lupos deprehendent, canibus validiores.*

774. βύβλου—στάχυν. "Ægyptios papyro cibi loco vesci solitos testatur Dioscorides lib. i. cap. 116. de papyro: Ἔχει δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον. διαμασσόμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσημα. Theophrastus hist. plant. l. 4. c. 9. de papyro Ægypt. μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια πρὸς τὴν τροφὴν ἀπὸ αὐτοῦ γίνεται· μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμὸν καὶ ἑφθὸν καὶ ὀπτόν. καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσι. Horum itaque verborum sensus videtur: Tanto Ægyptii imbelliores sunt Græcis, quanto minus robusta est papyrus, eorum cibus, quam frumentum Græcorum, quippe cum non valeat spicam ferre. Hoc Æschyli dictum in proverbium transiit; cujus meminit Zenobius verbis paulo immutatis: Βύβλου δὲ καρπὸν οὐ κράτει στάχυς ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς· παρόσον ἀσθενὴς ἡ βύβλος πρὸς τὸ φέρειν σίτον· στάχυας γῆς ἀνατέλλουσα οὐκ ἐντρέφει. Verum ex his ultimis verbis corrigenda sunt prima: constat enim eum scripsisse, cum Æschylo nostro, Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ φέρει στάχυν, astipulatur et Suidas, apud quem tamen hoc modo legitur:

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν,

ubi pro οὐκ αἰτεῖ legendum οὐ κράτει monuit Erasmus." *Stanl.*

Lectio κρατεῖ hic unice vera. Sensus est: *et papyri fructus non est spica præstabilior,* h. e. extra metaphoram: Ægyptii non sunt Argivis fortiores.

775. Ὡς καί. Hæ particulæ parum aptæ sunt ad nexum sermonis, qui potius exigit ut legatur:

Ὅ μ ω ς ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων.
Nihilo secius tamen hosce inimicos nostros ferarum et immitium beluarum iras in pectoribus gerentes diligenter cavere oportet.

776. καλῶς. Quod ante nos in omnibus editionibus legebatur κ ρ ά τ ο ς, plane ob constructionem ferri nequit. Sensus postulat κ α λ ῶ ς, quod librarius in κράτος mutavit, quia dum καλῶς scribere vellet e v. 774. κρατεῖ oculis et animo obversabatur. Καλῶς φυλάττεσθαι s. φυλάττειν sæpius occurrit, e. c. Eurip. Phœn. v. 738.

777. οὔτοι ταχεῖα—. Pater filias consolaturus affirmat haud adeo celeriter Ægypti filios navibus exituros. *Non adeo celeris est maritimi exercitus* s. *militum classiariorum motus; neque vero* statim reperitur *statio* navibus idonea, *nec securitas funium,* h. e. locus ubi tuto naves funibus alligentur, *neque anchoris statim ac temere confidunt navium rectores.*

Οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία
Ἐς γῆν ἐνεγκεῖν, οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις
Θαρσοῦσι ναῶν ποιμένες παραυτίκα·
Ἄλλως τε καὶ μολόντ' ἐς ἀλίμενον χθόνα,
Ἐς νύκτ' ἀποστείχοντος ἡλίου, φιλεῖ
Ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.
Οὕτω γένοιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἔκβασις στρατοῦ
Καλὴ, πρὶν ὅρμῳ ναῦν θρασυνθῆναι. Σὺ δὲ
Φρόνει μὲν ὡς ταρβοῦσα μὴ 'μελεῖν θεῶν,
Πράξασ' ἀρωγήν. Ἄγγελον δ' οὐ μέμψεται
Πόλις γέρονθ', ἡβῶντα δ' εὐγλώσσῳ φρενί.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ γᾶ βοῦνις, ἔνδικον σέβας — στρ. α'.

778. πεισμάτων σωτηρία] πισμάτων σωτηρίου Rob. 781. ἄλλως τε] ἀλλ' ὥς τε Ald. ἀλλ' ὡς Rob. ἀλλ' ὥς τε Turn. Pro μολόντες dedimus μολόντ' ἐς. Nempe μολόντι pertinet ad κυβερνήτῃ. 782. ἀποστείχοντος] Ita Rob. vere. Ceteræ ἀποστείχοντες. 783. τίκτειν] τίκτει Ald. Rob. 786. φρόνει] φρονεῖν Ald. μὴ 'μελεῖν] μὴ ἀμελεῖν Ald. Rob. 787. πράξασ'] πράξας Ald. ἄγγελον δ' οὐ] ἄγγελον οὐ Ald. 788. εὐγλώσσῳ] εὐγλώσσας Ald. εὖ γλώσσας Turn. 789. ἰὼ γᾶ βοῦνις] e Pauwii correctione Heathio quoque probata. Vulg. Ἰὼ γᾶ βουνῖτι, invito metro.

778. *πεισμάτων σωτηρία.* Falso Scaliger ex interpretamento Scholiastæ *πείσματα σωτήρια* colligebat, cum *σωτήρια* in codice suo legisset. Imo potius Enarrator græcus locutionem *πεισμάτων σωτηρία* idem valere ac *πείσματα σωτήρια* significat.

781. *ἄλλως τε καὶ μολόντ' ἐς ἀλίμενον χθόνα.* Quod conjectura indagavimus, *μολόντ' ἐς* pro vulg. *μολόντες*, constructionem verborum antea impeditam et perplexam pulcra rotunditate absolvit. Ordo enim hic est: *ἄλλως τε καὶ νὺξ φιλεῖ ὠδῖνα τίκτειν κυβερνήτῃ σοφῷ μολόντι ἐς ἀλίμενον χθόνα ἐς νύκτ' ἀποστειχόντος ἡλίου*; *præcipue vero prudenti gubernatori ad litus importuosum accedenti, sole jam ad noctem devergente, nox curas augere et anxietatem parere solet.*

783. *ὠδῖνα—σοφῷ.* Hujus loci meminit Plutarchus libello: non posse suaviter viri secundum Epicurum, *ἀλλ' ὥσπερ ἐν θάλασσῃ κατ' Αἰσχύλον*

ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.

784. *οὕτω.* Fortasse rectius *οὔτοι*, ut antea v. 777. *adeoque nec satis tuto licet classiariis in terram escendere, antequam de secura statione navibus fuerit prospectum.*

787. sq. *ἄγγελον—φρενί.* *Senem vero nuntium* hostilis incursionis patrem vestrum *haud improbabit civitas, eloquentia et prudentia satis,* etiam in senecta, *vigentem.*

IN SCENAM VI.

v. 789.—848.

789. sqq. *ἰὼ γᾶ βοῦνις—ὀλοίμαν.* E-

Τί πεισόμεσθα; ποῖ φεύγωμεν Ἀπίας
Χθονὸς, κελαινὸν εἴ τι κεῦθός ἐστί που;
Μέλας γενοίμαν καπνὸς
Νέφεσσι γειτονῶν Διὸς,
Τὸ πᾶν δ' ἄφαντος
Ἀμπτᾶσα δ' ὡσεὶ
Κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν.
Ἄφυκτον δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι κέαρ, ἀντισ. α'.
Μελανόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία.
Πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἷλον· οἴχομαι φόβῳ.

790. πεισόμεσθα] πεισόμεθα Ald. Rob. Turn. φεύγωμεν] φεύγομεν Ald. φύγωμεν Rob. Turn. 791. ἐςί που] ἐχίπου Ald. ἔχει που Turn. 793. νέφεσσι] metri causa ita scribendum judicavit A-naldus, assentiente Heathio. Vulg. νέφεσι. γειτονῶν] γειτόνων Ald. Rob. 794. ἄφαντος] ἄραντος Rob. 795. ἀμπτᾶσα δ' ὡσεὶ] ἀμπετήσαις δόσαι Ald. ἀμπετήσασ' ὡς Rob. Antithetici versus causa Pauwius conjicit Ἀμπταμένα δ' ὡσεί. Heathius ἀμπτάσασ' ὡσεί. 796. κόνις] Metri fulciendi causa γ' inserendum putant Pauwius et Heathius. ἄτερθε] ἄτερθεν Ald. Rob. 797. ἄφυκτον] Forsan ἄφρικτον, Heath. 798. μελανόχρως] μελαινόχρως metri causa præfert Pauw. Heath. 799. πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἷλον] πατρὸς κόπω δὲ, μεῖλον sic Ald. π. κῶπαι δὲ μ' εἷλον Rob. πατρὸς κόπῳ δὲ μᾶλλον Turn.

heu, ô terra collibus frequens, merito nobis veneranda, quid patiemur? quorsum in hac Apia terra fugiemus, si quod uspiam sit obscurum latibulum? O utinam ater fierem fumus, ut Jovis nubibus appropinquarem! Utinam omnino, invisibilis pulveris ritu sine alis evolans, perirem!

790. ποῖ φεύγωμεν Ἀπίας χθονός. Male Stanl. *quo fugiamus Apia a terra?* non enim animus erat e tota Peloponneso fugere. Rectius: *quorsum in hac Apia terra fugiamus?*

791. κελαινὸν κεῦθος *obscurum latibulum*, a nemine investigandum.

792. sqq. Quo altius fumus in aërem escendit, eo magis oculis subducitur, donec quasi cum nubibus permistus prorsus evanescat; hinc imaginem puellæ ducunt longinquæ fugæ, in qua omnium oculos effugiant.

795. ἀμπτᾶσα. *Evolans absque alis* (non *circumvolitans*, ut Stanl.)

797. ἄφυκτον δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι κέαρ. Sensu caret versio Stanleiana: *non amplius cor sit ad evadendum ineptum.* Verius: *Consistere cor præ timore haud potest, quin confestim effugiat.* Seu ut Abreschius reddidit: parum abest quin cor mihi fugam et abitum paret. Idem commode ad partes vocavit Plautinum illud: *cor colligatis vasis expectat meum, ut exulatum ex pectore aufugiat meo.* Quia tamen mox sequitur πάλλεται—καρδία, haud scio an poëta scripserit:

Ἄφυκτον δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι κακόν.
Enimvero haud amplius effugi potest malum; nuptiæ scil. cum patruelibus, quorum amor jam supra κέντρον ἄφυκτον dicebatur.

799. πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἷλον. Si σκοπαὶ *speculationem* tnterpreteris, puellæ se, non obstante patris vigilantia,

Θέλοιμι δ' ἂν μοgσίμον
Βgόχου τυχεῖν ἐν σαgγάναις
Πgὶν ἄνδg' ἀπευκτὸν
Τῷδ' ἐγχgιμφθῆναι [χεgοῖν]
Πgόπαg θανούσας δ' Ἀΐδας ἀνάσσοι.
Πgόσθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν αἰθέgος θgόνος στg. β'.
Πgὸς ὃν νέφη δι' ὑδgηλὰ γίνεται χιὼν,
Ἢ λισσὰς αἰγίλιψ ἀπgόσ-
δεικτος οἰόφgων ἐgημὰς

803. τῷδ' ἐγχgιμφθῆναι, vocabulo χεgοῖν, ut glossemate, deleto. Heath. 804. δ' Ἀΐδας] δᾳδας Rob. δάϊδας Turn. 805. πgόσθεν] πόθεν Ald. Rob. Turn. 806. δι' ὑδgηλὰ] δ' ὑδgηλὰ Rob. 808. ἐgημὰς] κgέμας Rob. a Pauwio et Heathio versus metri causa sic ordinatur:

—δεικτος, ἐgημὰς, οἰόφgων.

captas esse queruntur. Sed melius σκοπαὶ de πάγῳ ἀγωνίων θεῶν intelliguntur, ad quem patris consilio fugerant, cf. v. 203. sq. Eundem πάγον Danaus ipse, utpote editiorem, σκοπὴν appellaverat. Itaque hoc volunt, ni fallor, puellæ: *Receptaculum hoc quod pater nobis tamquam tutum perfugium commendavit, nihilo secius nobis illusit, nosque perdidit.*

800. sq. θέλοιμι—σαgγάναις. Stanl. intpr.: *Velim autem fatalem laqueum consequi in vinculis.* Quid autem hoc est, laqueum *in vinculis* consequi? Nempe de suspendio agitur, quo vitam finire malunt puellæ, quam in Ægypti filiorum manus conveniant. Legendum igitur est, ut opinor:

Θέλοιμι δ' ἂν μόgσιμον
Βgόχου τυχεῖν ἐν σαgγάναις.

Malim autem mortem in laquei vinculis oppetere. Τὸ μόgσιμον de morte, s. *fatali die*, ut Choëph. v. 100.

802. sq. πgὶν—τῷδ' ἐγχgιμφθῆναι. Τῷδε scil. σώματι, pronuntiatur δεικτικῶς. Ad sententiam similiter v. 817. Ἐλθέτω μόgος πgὸ κοίτας γαμηλίου τυχών. Quod in edd. hic assuitur, χεgοῖν, nec metrum nec sententia fert.

805. πgόσθεν. Hoc pro vulg. πόθεν in textum recipere haud dubitavi; requiritur enim adverbium idem quod πgόπαg significans. *Citius priusquam illud fiat, sedes mihi in aëre contingat, ad quam per nubes aquosas confluant nives aut prærupta, capris inaccessa, inhospitalis, solitaria, vasta, vulturibus habitata rupes, quæ profundum lapsum mihi denuntiet.*

807. sq. ἀπgόσδεικτος, si genuinum est, vix aliud significat quam petram, cujus cacumen ob summam altitudinem nemo digitis demonstrare potest. At si legatur ἀπgόσδικτος, quod Abreschio in mentem venit, esset *inhospitalis, neminem facile ob altitudinem admittens.* Idem in ἀπgόδεικτος conjectura incidit, quo facile caremus.

808. οἰόφgων et ἐgημὰς ita componuntur, ut apud Lucianum in Caucaso ἐgήμη καὶ ἀπάνθgωπος γῆ, ut nimirum οἰόφgων proprie ad solitudinem, ἐgημὰς autem ad vastitatem s. incultam speciem referatur. Sic Prometheus querebatur se τυχόντ' ἐgήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου. v. 270.

Γυπίας πέτρα, βαθὺ
Πτῶμα μαρτυροῦσά μοι,
Πρὶν δαΐκτορος βίᾳ
Καρδίας γάμου κυρῆσαι.
Κυσὶν δ' ἔπειθ' ἕλωρα κἀπιχωρίοις ἀντιστ. β'.
Ὄρνισι δεῖπνον οὐκ ἀναίνομαι πέλειν·
Τὸ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦ-
ται φιλαιακτῶν κακῶν.
Ἐλθέτω μόρος πρὸ κοί-
τας γαμηλίου τυχών.
Τίν' ἀμφ' αὐτᾶς ἔτι πόρον
Εὕρω γάμου καὶ λυτήρια;
Ἴϋζε δ' ὀμφὰν, οὐράνια μονος.

816. φιλαιακτῶν κακῶν] φίλαι, ἐκ τῶν κακῶν. Rob. Turn. 817. ἐλθέτω bis in edd. Sed alterum ejiciendum. Pauw. Heath. 819. αὐτᾶς] αὐτὰς Ald. Rob. 820. εὕρω] τέκνω Ald. Ut v. 819, 820. antitheticorum metro respondeant, sic eos Heathius refingit;

Τόνδ' ἔτ' ἀμφ' αὐτᾶς πόρον
Καὶ γάμου λυτήρι' εὕρω.

Hoc adhuc quod ad rem ipsam attinet remedium et nuptiarum impedimentum inveniam. 821. ὀμφὰν, οὐράνια] ὀμφὰν οὐρανίαν Turn.

809. γυπίας s. ut Scaliger rectius esse scribendum judicat, γυπιὰς, *ubi vultures nidificant. Vultures enim*, ut ait Plin. H. N. x. 6. *in excelsissimis rupibus nidificant, adeo ut nidos eorum nemo attingat.*

809. sq. βαθὺ πτῶμα μαρτυροῦσά μοι. Apte comparat Abreschius Juvenal. Sat. v. 106. *Excelsæ turris tabulata, unde altior esset casus, et impulsæ præceps immane ruinæ.*

811. sq. πρὶν—κυρῆσαι. *Antequam invito animo in violentas istas nuptias incidam.* Scholiastes verba sic jungit: πρὶν γάμου κυρῆσαι βίᾳ δαΐκτορος καρδίας, *antequam in nuptias incidam, quæ violenter cor meum discerpant*, exponit enim τοῦ γάμου δαϊκτῆρος τῆς καρδίας μου. Verum implicita hæc et perplexa constructio verborum haud placet. Βίᾳ καρδίας est *invito animo*, ut ἀεκόντων λέκτρων v. 40. et δαΐκτωρ γάμος est *matrimonium vi hostili obtrusum.* Cf. v. 38. sqq. v. 150. v. 832. sqq.

815. sq. τὸ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦται φιλαιακτῶν κακῶν. Conjicio antiquitus scriptum fuisse:

Τῷ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦ-
μαι φιλαιακτῶν κακῶν.

morte enim ab ærumnosis hisce calamitatibus liberamur.

820. εὕρω. Porsonus τέμνω revocavit e Robortell.; cujus quidem lectionis vestigia quoque in corrupta Ald. scriptura τέκνω remanserunt. Et sane εὕρω videtur ex interpretatione vocabu-

Μέλη λίτανα θεοῖσι, καὶ
Τέλεα δέ μοι πῶς,
Πελόμενά μοι λύσιμα.
Μάχιμα δ' ἔπιδε, πάτερ,
Βίαν εἰ φιλεῖς ὁρᾷν
Ὄμμασιν ἐνδίκοις.
Σεβίζου δ' ἱκέτας σέθεν,
Γαιάοχε παγκρατὲς Ζεῦ.
Γένος γὰρ Αἰγύπτιον ὕβριν
Δύσφορον ἀρσενογενὲς,
Μετά με δρόμοισι διόμενοι,
Φυγάδα μάταισι πολυθρόοις
Βίαια δίζηνται λαβεῖν.
Σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν
Ταλάντου· τί δ' ἄνευ σέθεν
Θνατοῖς τέλειόν ἐστιν;
Ό, ό, ό, ά, ά, ά.

822. καὶ abest Turn. Recte Heath. 823. τέλεα] τέλεια Rob. 826. βίαν εἰ φιλεῖς ὁρῶν Vict. Cant. Stanl. βία μὴ φιλεῖς ὁρᾷς Ald. βίαια μὴ φιλεῖς ὁρῶν Rob. quod probat Steph. βίαν εἰ φιλεῖς ὁρᾷν Turn. quod auctore Heathio prætulimus. 833. πολυθρόοις] πολυθρόους Ald.

li exquisitioris ortum. Abreschius comparavit Ælian. de Anim. ii. 15 τέμνουσαι μέσον πόρον αἱ νῆες.

822. sqq. μέλη λίτανα—τέλεα—πελόμενά μοι λύσιμα. *Carmina precatoria quæ bonum* harum rerum *exitum efficiant, meque* ex his periculis *liberent.*

825. Μάχιμα δ' ἔπιδε. Stanl. vertit: *Fortiter respice.* Imo rectius: *bellica* Ægypti filiorum adversus nos *molimina respice.* Id et sequentia confirmant (βίαν εἰ φιλεῖς ὁρᾷν) et similis locus v. 109. ἰδέσθω δ' ἐς ὕβριν etc.

838. sqq. Hunc locum misere ab interpretibus et criticis vexatum ita constituendum et explicandum censeo:

Ό, ό, ό, ά, ά, ά,
Ὅδε μάρπτυς νάϊος, γάϊος.
Τῶν πρὸ γᾶς τοι κάμνεις, ὤόπ, ὄπ,
Αὖθι καββὰς
Δύϊαν βοὰν ἀμφαίνει.
Ὁρῶ τάδε φροίμια πρόξενα πόνων
Βιαίων ἐμῶν.

Puellæ a litore audiunt clamores remigum, appellere navem festinantium! *(Auditisne clamores?) Oh, oh, oh, ah, ah, ah! Jam navales isti raptores in eo sunt, ut in terram escendant. Illorumque ante terram* s. haud procul a littore *remigum labor huc appellens hostilem clamorem edit.*

Ὅδε μάρπτυς ναΐος, γάϊος.
Τῶν πρὸ μάρπτι κάμνοις, ἰὸφ, ὄμ
Αὖθι κακκάς νο
Δυΐαν βοὰν ἀμφαίνω.
Ὁρῶ τάδε φροίμια πρόξενα πόνων
Βιαίων ἐμῶν. ἲε, ἲε,

839. μάρπτυς] μάρπυς Ald. Rob. μάρπτις edd. cett. μάρπτυς ex Hesychio recepimus suadentibus Stanl. Heathioque. 840. πρὸ μάρπτι] πρόμαρπτι Ald. Rob. ὄμ] Stanl. præfert ὄφ. 841. κακκὰς] Stanl. καββάς. Pauwius misere lacerat hos versus, ita legendum hariolatus:

Τῶν πρὸ μάρπτι κάμνουσ', ἰοφ, ὀ
Αὖθι κακῶς, ο
Δυΐαν βοὰν ἀμφαίνω.

quod sic vertit: *ob hæc jam ante vim adhibitam correpta metu, ô prehensor, timoris edo clamorem lamentabilem.* Heathius hoc modo versus constituit:

Τὸν προμάρπτυν κάμνουσ' ἰοὺ 'φορῶ
Αὖθι κὰκ κακᾶς, ὄ, ὄ,
Δυΐαν βοὰν ἀμφαίνω.

eosque ita interpretatur: *Raptorum ducem præ timore animo deficiens, hæc aspicio. Iterum etiam ex timiditate ô, ô, lamentabilem clamorem edo.* Sed cf. Commentar. ad h. l. 843. πρόξενα] πράξαν Ald. Rob. 844. ἲε ἲε,] ἠὲ ἠὲ Ald.

Et hæc quasi proœmia video labores meos ex violento raptu nobis imminentes antecedentia.

839. μάρπτυς. Hesych. μάρπτυς, ὑβριστής. Sed proprie est *raptor, prehensor,* et Hesychius in interpretatione, quæ h. l. videtur respicere, adjunctam potius quam propriam significationem vocabuli expressit. Ceterum fieri potest, ut triplex forma μάρπτυς, μάρπτης, μάρπτις olim usitata fuerit.

840. τῶν πρὸ μάρπτι κάμνοις. Schol. interpretatur: Πρότερον θάνοις, ὦ μάρπτι πρὶν ἡμᾶς συλλαβεῖν. Sed quomodo hunc sensum ipsa verborum vis, et constructio, et sequentium nexus admittant, parum videtur laborasse. πρὸ μάρπτι corruptum esse nullus dubito. Si Æschylus, ut opinor, scripserat τῶν πρὸ γᾶς τοι κάμνοις, facile librarius, cui μάρπτυς ex versiculo antecedente obversabatur, scribere potuit τῶν πρὸ μάρπτι. Ut autem hic τῶν πρὸ γᾶς τοι κάμνοις, sic infra dicitur v. 890. λύμασις ἢ πρὸ γᾶς ὑλάσκει.

ἰὸφ, ὄμ. Quos pro his substituimus exclamandi formulas

ὠὸπ ὄπ

has remigibus navem ad littus appellentibus proprias fuisse intelligitur ex Aristoph. Ran. v. 180. 210.

843. ὁρῶ τάδε φροίμια πρόξενα. Remigum clamores navem Danaidibus fatalem et luctuosam ad littus appellentium aptissime dicuntur *proœmia laborum*, et πρόξενα sunt h. l. αἴτια. Sic etiam Eustathius πρόξενα κακοῦ, σωτηρίας, φθορᾶς dici testatur.

844. sqq. ἲε ἲε βαῖνε—Ἄναξ προτάσσου. *Heu heu, propera celeriter ad auxilium; terribilia castitati nostræ, intolerabilia sive in nave, sive in terra impendent; ô rex, tuere nos.*

Βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν·
Βλοσυρόφρονα χλιδᾷ
Δύσφορα ναΐ κὰν γᾷ
Ἄναξ προτάσσου.

ΚΗΡΥΞ ΑΙΓΥΠΤΙΑΔΩΝ. ΧΟΡΟΣ.

Κή. ΣΟΥΣΘΕ, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶ-
ριν ὅπως ποδῶν.
Χο. Οὐκοῦν, οὐκοῦν
Τιλμοὶ, τιλμοὶ καὶ στιγμοὶ,
Πολυαίμων φόνιος
Ἀποκοπὰ κρατός.
Κή. Σοῦσθε, σοῦσθ' ὀλόμεναι ὀλόμεν' ἐπ' ἀμίδα.
Εἴτ' ἀνὰ πολύῤῥυτον

847. *δύσφορα ναΐ κὰν γᾷ*] *δύσφοραν ἀΐ κἂν γαῖ γαῖ* Ald. *δύσφορα ναΐ κᾇν γᾶ γαῖ* Rob. *δύσφορον νάϊ κᾇν γᾷ* Turn. 849. *σοῦσθε σοῦσθ'*] *σοῖσθε σοῖσθ'* Ald. 852. *τιλμοὶ, τιλμοὶ*] *τιλμοὶ* semel Rob. 855. *ὀλόμεναι ὀλόμεν'*] *ὀλοίμεναι ὀλύμεν'* Ald. 856. *εἴτ' ἀνὰ πολύῤῥυτον*] *Ἀθάνα πολύῤῥογον* Ald. *Ἀθάνα πολύῤῥωγον* Turn. Pro *εἴτ'* Stanl. mavult *ἴτ'*.

IN SCENAM VII.

v. 849—923.

849. sq. *σοῦσθε—ὅπως ποδῶν.* *Auferte vos hinc ad navem ocyssime, quantum potestis.*

ἐπὶ βᾶριν. Cf. Potter ad Lycophr. Cassandram v. 747.

850. *ὅπως ποδῶν* scil. *ἔχετε.* Est idem ac *ὅσον τάχιστα.*

851. sqq. *οὐκοῦν, οὐκοῦν—κρατός.* Si recte hæc Choro tribuuntur, sensus est: *Ergo vos manent capillorum vulsiones, punctiones, cruenta letifera capitis abscissio.* Scholiastes autem in his præconis minas continuari existimavit. Nam adverbium *οὐκοῦν* sic exponit: *ἰδίως τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ μή.* Quæ quidem glossa facit, ut suspicer eum sic legisse:

εἰ δ', οὐκοῦν τιλμοὶ,
τιλμοὶ καὶ στιγμοί.

sin minus, *ergo vos manent capillorum vulsiones, punctiones* etc.

856. sqq. *εἴτ' ἀνὰ πολύῤῥυτον—ἄταν.* Hunc locum adhuc librariorum vitiis valde contaminatum sic pristino nitori restituendum censeo:

Εἰ δ', ἀνὰ πολύῤῥυτον
Ἁλμήεντα πόρον
Δισποσίῳ ξὺν ὕβρει
Γομφοδέτῳ δὲ δορὶ
Δι' ὅλου αἵμον' ἴζω σ' ἐπ' ἀμίδα
Ἢ δουπίαν σ' ἔπειτα
Κιλεύω βίᾳ μεθέσθαι
Ἰχῶρα, φρενὸς ἄταν.

῾Αλμήεντα πόρον
Δεσποσίῳ ξὺν ὕϐρει,
Γομφοδέτῳ τε δορὶ δι᾽ ὅλου
Αἷμον᾽ ἵζω σ᾽ ἐπ᾽ ἀμίδα,
῾Ησυδουπία τἄπιτα
Κελεύω βίᾳ μεθέσθαι
Ἶχαρ, φρενὸς ἄταν.

Χο. Ἰὼ, ἰοῦ.

858. δεσποσίῳ] θεσπεσίῳ Turn. δεσποσύνῳ conj. Steph. 860. αἷμον᾽ ἵζω σ᾽ ἐπ᾽ ἀμίδα] αἵμονες ὡς ἐπαμίδα Ald. αἵμονες ὡς ἐπ᾽ ἀμίδα Rob. Ceterum hos duo versiculos 859, 860. sic ad metra revocandos censet Heathius:

Γομφοδέτῳ τε δορὶ penthemim. dactyl.
Δι᾽ ὅλου αἷμον᾽ monom. trochaic.
Ἵζω σ᾽ ἐπ᾽ ἀμίδα penthemim. iambic.

861. ἡσυδουπία] ἡσυδουπία Ald. Rob. Stanl. emend. ησο δουπία τἄπειτα. Heathius corruptelæ sic mederi audet:

Εἰ σὺ δουπία
Τοὔπειτα κελεύω
Βίᾳ μεθέσθαι
Ἰσχυρᾷ φρενὸς ἄταν.

hunc sensum extundens: *Si in posterum vociferari perrexeris, vi valida te cogo dimittere mentis insaniam.* Sed cf. commentar. ad h. l. 863. φρενὸς ἄταν] φρενί τ᾽ ἀταῖς Ald. φρενί τ᾽ ἄταν Rob.

Sin minus, ad multifluum falsum mare, tyrannica cum violentia et lancea ferro vincta cruentatam in nave collocabo, ubi te, si obstrepere perrexeris, per vim jubebo sanguinem mittere cum vitæ dispendio.

εἶτα v. 856. sensu prorsus destituitur, ac totam, quæ sequitur, ῥῆσιν obscurat. Cum autem particula requiratur, quæ significet *sin minus*, h. e. *nisi facitis quod impero*, aptius nihil est h. l. quam εἰ δὲ, rursus pro εἰ δὲ μὴ positum.

859. γομφοδέτω τε δορί. Stanl. nimium quantum a sensus veritate aberravit, vertendo: *naveque cuneis compacta.* Agitur de violentia, qua Danaides in navem coacturus sit præco, agendo, trahendo, trudendo, *lanceæ ictibus vulnerando.*

863. ἶχαρ. Hoc quid sit, nemo dilucide exposuit. Quod reponendum censemus, ἰχῶρα, plenissime poëtæ consilio respondet. Primum enim præco tantum lancea puellas vulneratum iri minatur. Deinde autem si in nave perrexerint obstrepere ostendit, se ad necem usque sanguinem iis detracturum. Nostri dicerent: *Wirst du dann noch nicht ruhig seyn, so will ich dir so zur Ader lassen, dass du den Geist darüber aufgeben sollst.* Nec negari potest hæc optime antecedentibus v. 853. sq. respondere:

Πολυαίμων φόνιος
Ἀποκοπὰ κρατός.

Κή. Λεῖφ' ἕδρανα, κί' ἐς δόρυ,
'Ατίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβῶν.
Χο. Μήποτε πάλιν εἴδοι
'Αλφεσίβοιον ὕδωρ,
Ἔνθεν ἀεξόμενον
Ζώφυτον αἷμα βροτοῖσι θάλλει.
Ἅγιος ἐγὼ βαθυχαῖος
Βαθρείας βαθρείας, γέρον.
Κή. Σὺ δὲ ναῒ, ναῒ

865. λεῖφ' ἕδρανα κί' ἐς] λεῖφι δρανακίδες Ald. λεῖφ' ἵδρανα, κίε δ' ἐς Turn. 867. εἴδοι] Fortasse εἴδοι μ' vel εἴδοιμ' Stanl. 869. ἀεξόμενον] Ita Stanl. emendavit. Recte. Vulg. δεξόμενον. δ' ἀεξόμενον conj. Steph. 871. ἅγιος] ἄγειος Rob. Versiculum hunc ita refingit Heathius:

Ἅγιος ἐγὼ βαθυγείου.

865. sq. λεῖφ' ἵδρανα, κί' ἐς δόρυ, ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβῶν. *Relinque sedes istas, concede in navem; inutile est hic in urbe deos venerari.* Legendum nempe, ut opinor:

'Ατίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβεῖν.

'Ατίετα sc. ἐστὶ pro ἀτίετον, plurali, ut sæpe, pro sing. posito. Scholiastes perquam inepte εὐσεβῶν pro genit. pl. ab εὐσεβὴς accepit, quasi sensus esset: *non mactaberis honore in urbe piorum.*

868. ἀλφεσίβοιον ὕδωρ. Nili descriptio. Ut hic appellatur *pecora pascens* s. *pinguefaciens*, sic Pers. v. 34. πολυθρέμμων. *Nunquam me redeuntem videat altrix* Nili *aqua, unde vitalis sanguis mortalibus augetur,* seu *cujus latices salubres et ad corporis robur augendum conducibiles sunt.* Recte autem Stanleius præcepit, ut rescribatur εἴδοι μ' ἀλφ. ὕδωρ.

871. sq. ἅγιος—γέρον. Scholiastes in codice suo legisse videtur:

'Αναξί' ἐγὼ βαθυχαῖος
Βαθρείας, βαθρείας, γέρον.

explicat enim: ἐγὼ ἡ βαθυχαῖος ἀναξία ταύτης τῆς βαθρείας ω γέρον. Præterea βαθυχαῖος intpr. ἡ μεγάλως εὐγενής. Hinc sensus haud sane spernendus funditur: *Indigna ego sum, utpote nobili genere nata, quæ tecum isto modo digrediar, aut violenter a te in navem abripiar.* Βαθρεία nempe tum idem ac βάσις esset. Magis tamen placet:

Ἅγια δ' ἔχω βαθυχαῖος
Βαθρείας βαθρείας γέρον.

Pura vero et omnino proba ó senex teneo has deorum sedes, ut avelli me non patiar. Sic βαθρείας idem quod ἕδρανα v. 865. Hesychius χαῖος exponit ἀγαθὸς, adeoque βαθυχαῖος recte interpreteris, *valde probus.*

873. sqq. Σὺ δὲ ναῒ—παλάμαις. Hosce versiculos ita emendandos censeq:

Σὺ δὲ ναῒ, ναῒ
Βάσῃ τάχα
Θέλεος ἀθέλεος,
Βίᾳ βίᾳ τε πολλᾷ φροῦδα.
Βᾶτ' ἐπ' ἀμίδα πρὶν κακοπαθεῖν
'Ολομένας παλάμαις.

Tu autem ad navem, ad navem ocyus perges, volens nolens, vi, multa vi perdita

Βάσῃ τάχα
Θέλεος, ἀθέλεος,
Βίᾳ, βίᾳ τε πολλᾷ φροῦδα
Βάτεαι βαθμὶ προκακοπαθῶν
Ὀλομέναις παλάμαις.
Χο. Αἶ, αἶ, αἶ, αἶ,
Καὶ γὰρ δυσπαλάμως ὄλοιο
Δι' ἁλίῤῥυτον ἄλσος,
Κατὰ Σαρπηδόνιον
Χῶμα πολυψάμαθον ἀλαθεὶς
Εὐρείαις ἐν αὔραις.
Κή. Ἴυζε καὶ λάκαζε, καὶ κάλει θεούς.
Αἰγυπτίαν γὰρ βᾶριν οὐχ ὑπερθορῇ.
Ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων,
Ὀϊζύος ὄνομ' ἔχων.

874. sqq. Metra sic ordinat Heathius:

Βάσῃ τάχα θέλεος,
Ἀθέλεος βίᾳ
Βίᾳ τε πολλᾷ φροῦδα.

877. *βάτεαι βαθμὶ προκακοπαθῶν*] *βάθεαι βαθμίτρο κακὰ παθῶν* Ald. *βαττ' ἐπ' ἀμίδα τροκακὰ παθῶν* Rob. *βᾶτ' ἐπ' ἀμίδα* ex lectione Robortelliana eruit Stanleii. *Βατ' ἐπ' ἀμίδα πρὶν κακοπαθεῖν* conj. Heath. 878. *ὀλομέναις*] *ὀλόμεναι* Ald. Rob. 880. *καὶ γὰρ*] Recte Heathius emend. *εἰ γάρ*. 881. *δι' ἁλίῤῥυτον*] *διαλλέρυτον* Turn. 887. *ἀχέων*] *ἀχαιῶν* Turn. 888. *ἔχων*] Heathius mavult *ἔχειν*.

Ite igitur *ad navem, antequam malis affligamini ad necem usque pugnis verberatæ.*

880. *καὶ γὰρ δυσπαλάμως ὄλοιο.* Hasce diras imprecationes puellæ regerunt præconi, qui pugnis suis (*παλάμαις*) eas perituras esse dixerat. *At enim precor ut tu sine remedio pereas in maris æquore circa Sarpedonium promontorium oberrans per auras immensas.*

882. *Σαρπηδόνιον.* "Sarpedon promontorium in Cilicia. Strabo lib. xiv. *καμψάντι ἠϊόνα ποιοῦσαν ἄκραν ἣ καλεῖται Σαρπηδών.*" *Stanl.*

887. sqq. "*Ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων Ὀϊζύος ὄνομ' ἔχων.* Stanl. vertit: *Ejula et clama acerbiora, ærumnæ nomen obtinens*; quibus nihil est obscurius. Levi emendatione sanandus est locus:

Ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων,
Ὀϊζύος ὄνομ' ἔχοντα.

Acerbiores ejulatus edite, quam qui a doloribus proficiscantur, summa potius miseria et ærumna dignos, ab eaque nominandos.

Χο. Οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, ϛϱ. α΄.
Λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκει·
Περιχριμπτὰ βρυάζεις
Ὃς ἐρωτᾷς· ὁ μέγας
Νεῖλος ὑβρίζοντά σε ἀποτρέψει-
εν ἄϊστον ὕβριν.
Κή. Βαίνειν κελεύω βᾶριν εἰς ἀντίστροφον
Ὅσον τάχιστα· μηδέ τις σχολαζέτω.
Ὁλκὴ γὰρ οὔτοι πλόκαμον οὐδάμ᾽ ἅζεται.
Χο. Οἶ, οἶ πάτερ, βρέτεος ϛϱ. β΄.

890. *λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκει*] Indicativum rescripsimus pro vulgato *ὑλάσκοι*. *λύμασις ὑπρογασὺ λάσκει* sic Ald. *λύμασις ὑπρογασυλάσκοι* Rob. *λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ἠλάσκει* Turn. Heathius ita corrigit:

Λύμασις, ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκεις
Περιχριμπτὰ βρυάζεις
Ὅσ᾽ ἐρεύγεις.

hunc sensum efficiens: *O pestis, quæ terræ tuæ nomine latras, maxime execranda effundis quæcunque eructas.* 891. *περιχριμπτὰ*] *περιχαμπτὰ* Rob. *περίχρεμπτα* conj. Stanl. Sed de hoc loco cf. Commentar. nostrum. 892. *ὃς*] Schol. conj. *ὅσσ᾽*. *ἐρωτᾷς*] *ἐρωτὰς* Rob. 893. *ἀποτρέψειεν*] *ἀποτρέψει* Ald. Rob. 894. *ἄϊστον*] *ἐΰαιστον* Ald. Rob. 896. *μηδέ τις*] *μὴ δέτι* Ald. *μηδέτι* Rob. 897. *οὔτοι*] Stanl. conj. *οὕτω*. *οὐ δάμ᾽ ἅζεται*] Recte sic Pauwius. Vulg. *οὐ δαμάζεται*. 898. *βρετέσσα*] *βροστίοσα* Ald. *βρέτειος* Rob. *βρετίοσα* Turn. Alii notante Stephano *βρότιος*.

890. sqq. *λύμασις — ὕβριν.* Hanc quoque strophen misere corruptam facili medela restituemus:

Οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, οἶ,
Λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκει·
Περιχριμπτὰ βρυάζει
Νόσος ἔρωτος· ὁ μέγας
Νεῖλος ὑβρίζοντά σ᾽ ἀποτρέψει-
εν ἄϊστον ὕβριν.

Hei! hei hei! Contumelia (probri nobis ab Ægyptii filiis inferendi) *ante littus latrat; appropinquans exsultat pestis amoris. O utinam magnus Nilus te inaudita injuria in nos sævientem avertat!*

895. *βᾶριν εἰς ἀντίστροφον.* Intelligo navem in *contrariam partem versam*, nempe reditum jam parantem. Scholiastes tamen legit *ἀμφίστροφον*, interpretatus *τὴν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἐλασσομένην, ὅ ἐστιν ἀμφιέλισσαν*, et hanc quidem lectionem Porsonus in textum recepit.

897. *ὁλκὴ γὰρ οὔτοι πλόκαμον οὐδάμ᾽ ἅζεται. Trahendi enim violentia capilli tui cincinnos minime reverebitur;* simili metaphora v. 915. utitur:

Λακὶς χιτῶνος ἔργον οὐ κατοικτιεῖ.

898. sqq. *οἶ, οἶ πάτερ.* Strophæ hujus in editionibus pessime vitiatæ emendationi profuit Eustathius, qui ad Od. α΄. p. 63. hæc notavit quæ sequuntur: *Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρῶ καὶ Ἄρος τὸ ὄφι-*

Ἄρος, ἄτα, μ' ἄλαδ' ἄγει,
Ἀραχνὸς ὡς βάδην·
Ὄναρ, ὄναρ μέλαν.
Ὀτοτοτοί.
Μᾶ γᾶ, μᾶ γᾶ, βοᾶν
Φοβερὸν ἀπότρεπε.
Ὦ βᾶ γᾶς παῖ Ζεῦ.

Κή. Οὔτοι φοβοῦμαι δαίμονας τοὺς ἐνθάδε·
Οὐ γάρ μ' ἔθρεψαν, οὐδ' ἐγήρασαν τροφῇ.

Χο. Μαιμᾷ πέλας δίπους ὄφις,
Ἔχιδνα δ' ὥς με
Τί ποτ' ἐνδακοῦσα.

899. *ἄρος, ἄτα, μ' ἄλαδ' ἄγει*] Vulg. in edd. corrupte *ῥοσάται μαλδαάγει. πρὸς ἄτας μαλδάγει* Rob. Steph. emendabat: *πρὸς ἄτας μ' ἀλκὰ ἄγει.* Heathius in hanc emendationem conjectura inciderat:

οἶ, οἶ πάτερ βρέτεα σὰ
ῥύσαιτο μ', ἄλκα δ' ἄγει μ'
ἄραχνος ὡς βάδην
ὄναρ ὄναρ μέλαν.

i. e. *hei hei pater simulacra tua me protegant, spectrum vero, spectrum nigrum, me tractu abducit, instar araneæ gradatim.* Sed cf. Commentar. ad h. l. 908, 909. Sic scribuntur in Ald. *μαι μαιπέλας δίπου ὄφις, ἔχιδνα δ' ὥσμε τίποτ' ἐν δακοσάχ.* In Rob. sic: *μαιμᾶ πέλας δίπους ὄφις ἔχιδνα δ' ὥς με τίποτ' ἐνδακοῦσα χ* —. In Turn. *Μαι μαι πέλας δήπου ὄφις ἔχιδνα δ' ὥς με τίποτ'. ἐν δακοσάχ* . . . 909, 910. Sic emendat Heathius:

Ἔχιδνα γ' ὡς
Μ' ἔτι ποτ' ἐνδακοῦσα.

λος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἱκέτισι· Β ρ ό τ ε ο ς ἄ ρ ο ς ἄ τ α· ἤ τοι τὸ εὖ τῶν βροσῶν καὶ τὸ ὄφελος ἄτη ἐστίν. In hac lectione tamen corrigendum est *β ρ ό τ ε ο ς*, pro quo Scholiastes commode suppeditat antiquam et genuinam scripturam *βρέτεος* vel *βρετέων.* Jam pulcherrimus enitescit sensus: hei, hei, pater, tuum illud *statuarum* deorum, scil. ad quas me accedere jussisti, *præsidium*, vera nunc potius *calamitas me ad mare ducit gradatim tanquam aranea, spectrum nigrum* et horrendum. Miror Porsonum, cum Abreschius jam locum Eustathii enotasset, monstrum illud lectionis

βρετίεσσα
ῥοσάται μαλδαάγει

in textu tolerasse. In *μαλδαάγει* me veram lectionem deprehendisse *μ' ἄλαδ' ἄγει* nemo ut opinor dubitabit. cf. v. 443. sqq.

908. sqq. *μαιμᾷ—ἐνδακοῦσα.* Huic quoque strophæ insidet labes, optime sic eluenda:

Μαιμᾷ πέλας δίπους ὄφις,
Ἔχιδνα δ' ὥς με μ έ τ ε ι-
σ ι π ο δ' ἐνδακοῦσα.

Furit in propinquo bipes serpens, ac tan-

Ὀτοτοτοτοί.
Μᾶ γᾶ, μᾶ γᾶ, βοᾶν
Φοβερὸν ἀπότρεπε,
Ὦ βᾶ, γᾶς παῖ, Ζεῦ.
Κή. Εἰ μή τις ἐς ναῦν εἶσιν, αἰνέσας τάδε,
Λακὶς χιτῶνος ἔργον οὐ κατοικτιεῖ.
Χο. Ἰὼ πόλεως ἀγοὶ στρ. δ'.
Πρόμοι, δάμναμαι.
Κή. Πολλοὺς ἄνακτας, παῖδας Αἰγύπτου, τάχα
Ὄψεσθε· θαρσεῖτ', οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν.
Χο. Διωλόμεσθα,
Ἄελπτ' ἄναξ πάσχομεν.
Κή. Ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης,
Ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις ὀξὺ τῶν ἐμῶν λόγων.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ. ΚΗΡΥΞ ΑΙΓΥΠΤΙΑΔΩΝ. ΧΟΡΟΣ.

Βα. ΟΥΤΟΣ τί ποιεῖς; ἐκ ποίου φρονήματος

914. βᾶ abest Turn. 917. πρόμοι] Ita Stanl. em. Vulg. πρόμνοι. 919. θαρσεῖτ' οὐκ ἐρεῖτ'] θάρσει. τουχιρεῖ σ' Ald. Ante θαρσεῖτ' in Rob. præfigitur βασ. quasi hic Βασιλεὺς loqui incipiat. θαρσεῖτ' οὐκ ἐρεῖ Turn. 921. ἄελπτ' ἄναξ] ἐπτάναξ Ald. Pro ἄελπτ' ἄναξ πάσχομεν in Turn. legitur πάσχομεν ἀνάξια. 922. Steph. putat legendum ἡμᾶς totumque versiculum Choro tribuendum. 923. οὐκ ἀκούεις ὀξὺ τῶν] ἐπεὶ οὐκ ἀκοῦ ἐξυτῶν sic Ald. ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις σὺ τῶν Rob. ἔποι οὐκ ἀκούεις τῶν ἐμῶν λόγων Turn. Stanl. emendat ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις τῶνδε τῶν ἐμῶν λόγων.

quam vipera me persequitur pedem mordens.

921. ἄελπτ' ἄναξ πάσχομεν. Hæc pronuntiantes puellæ jam videntur regem adventantem prospexisse.

922. ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς. Periphrasi satis nota pro *certum mihi est vos trahere.* Non enim hic minuit ἔοικα propositi certitudinem, sed confirmat. Sic Choëph. v. 919. κτενεῖν ἔοικας, ib. v. 923. ἔοικα θρηνεῖν. Eum. v. 898. θέλξων μ' ἔοικας.

923. ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις ὀξύ. Sic pro scripturæ vestigiis in Ald. et Rob. servatis verissime mihi videbar voculæ defectum in textu explere: *quoniam non statim dictis audientem te præbes.* Quod Abreschio placebat: ἐπεί γ' ἀνηκουστεῖτε τῶν ἐμῶν λόγων longius a scripturæ antiquæ reliquiis recedit.

IN SCENAM VIII.

v. 924—992.

924. sq. Οὗτος—χθόνα. *Heus tu?*

Ἀνδρῶν Πελασγῶν τήνδ' ἀτιμάζεις χθόνα;
Ἀλλ' ἦ γυναικῶν ἐς πόλιν δοκεῖς μολεῖν;
Κάρβανος ὢν, Ἕλλησιν ἐγχλίεις ἄγαν·
Καὶ πόλλ' ἁμαρτὼν, οὐδὲν ὤρθωσας φρενί.
Κή. Τί δ' ἠμπλάκηται τῶνδ' ἐμοὶ δίκης ἄτερ;
Βα. Ξένος μὲν εἶναι πρῶτον οὐκ ἐπίστασαι.
Κή. Πῶς δ' οὐχὶ τἀπολωλόθ' εὑρίσκων ἐγώ;
Βα. Ποίοισιν εἰπὼν προξένοις ἐγχωρίοις;
Κή. Ἑρμῇ μεγίστῳ προξένῳ μαστηρίῳ.
Βα. Θεοῖσιν εἰπὼν τοὺς θεοὺς οὐδὲν σέβῃ.
Κή. Τοὺς ἀμφὶ Νεῖλον δαίμονας σεβίζομαι.
Βα. Οἱ δ' ἐνθάδ' οὐδὲν, ὡς ἐγὼ σέθεν κλύω.

927. κάρβανος ὢν] καρβάνος δ' ὢν Rob. ἐγχλίεις] ἐγχλίοις Rob. 928. ἁμαρτὼν] ἁμαρτῶν Ald. ὤρθωσας] ἄρθωσα Ald. 929. ἠμπλάκηται] ἠμπλάκη με Ald. 931. ἐγὼ] Valckenaer ad Eurip. Phœniss. v. 712. rescribendum arbitratur ἔχω 932. προξένοις] πρὸς ξένοις Ald. Rob. προσξένοις Turn. 934. οὐδὲν] οὐδὲ Turn. 936. οἱ δ'] οἶδ' Turn. οἵ δ' conj. Stanl. κλύω] κάτω Ald. Turn.

quid agis? quæ te incessit superbia, ut civium Pelasgorum terram ignominia afficias?

927. Κάρβανος ὢν, Ἕλλησιν. Porsonus adversativa particula inserta edidit: Κάρβανος ὢν δ' Ἕλλησιν. Haud scio tamen an hic loci particula rectius absit.

928. καὶ πόλλ' ἁμαρτὼν, οὐδὲν ὤρθωσας φρενί. *Multaque peccando satis ostendisti mentem tibi haud rectam stare.*

929. τί—δίκης ἄτερ. *Quid vero est, quod in hisce quæ feci præter jus deliquerim?*

930. ξένος μὲν εἶναι πρῶτον οὐκ ἐπίστασαι. *Jam primum* hoc deliquisti quod nescis *quomodo hospes se gerere debeat.* Male Abreschius πρῶτον vertit *prorsus, omnino,* quod fieri non potest.

931. πῶς—ἐγώ; Valckenaerii correctione ἔχω nihil opus esse videtur. *Quomodo equidem* hospes esse nesciam, *quæ amiseram inveniendo* et recuperando?

932. ποίοισιν—ἐγχωρίοις. Falso Stanleius: *Quos alloqueris hospites indigenas?* Vertere debebat: *Quibusnam indigenis hospitum patronis hoc professus?* Non enim negat rex æquum esse, ut ubi quis sua invenerit, ibi recuperet; sed hoc tamen juris gentium esse significat, ut qui in peregrina terra bona quædam, quæ sibi ablata, aut amissa dicat, occupare velit, antequam manus iis injiciat, ad patronum hospitum, (quasi prætorem inter peregrinos) se applicet, eique jus suum exponat.

933. Ἑρμῇ—μαστηρίῳ. Mercurius dicebatur μαστήριος, quatenus res amissas recuperare, et ubi delitescerent inquirere credebatur.

934. Θεοῖσιν εἰπών. *Quamquam* ut ais *Diis causam tuam professus es, nihilo secius tamen deos haud revereris.*

Κή. Ἄγοιμ' ἄν, εἴ τις τάσδε μὴ 'ξαιρήσεται.
Βα. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' ἐς μακράν.
Κή. Ἤκουσα τοὔπος οὐδαμῶς φιλόξενον.
Βα. Οὐ γὰρ ξενοῦμαι τοὺς θεῶν συλήτορας.
Κή. Λέγοιμ' ἂν ἐλθὼν παισὶν Αἰγύπτου τάδε;
Βα. Ἀβουκόλητον τοῦτ' ἐμοῦ φρονήματι.
Κή. Ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς, ἐννέπω σαφέστερον.
Καὶ γὰρ πρέπει κήρυκ' ἀπαγγέλλειν τορῶς
Ἕκαστα· πῶς φῶ; πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς
Ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον;
Οὔ τοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὕπο
Ἄρης· τὸ νεῖκος δ' οὐκ ἐν ἀργύρου λαβῇ
Ἔλυσεν· ἀλλὰ πολλὰ γίγνεται πάρος
Πεσήματ' ἀνδρῶν, κἀπολακτισμοὶ βίου.

938. *οὐ μάλ' ἐς μακρὰν*] *οὐδὲ μ' ἀνησμακράν·* sic Ald. *οὐδ' ἂν εἰς μακράν·* Turn. 940. Quatuor sequentes versiculi Regi tribuuntur Rob. In Turn. v. 940. præconi, v. 941. regi, v. 942. cum sqq. præconi adscribuntur. 941. *λέγοιμ' ἂν*] ex Heathii emendatione. Vulg. *λέγοις ἄν.* 942. *ἀβουκόλητον*] *ἀβουκόλυτον* Ald. *ἐμῷ*] *ἐμοῦ* Turn. 943. *εἰδῇς*] *εἰδὼς* Ald. Rob. Heathius emendandum censet: *Ἀλλ' ὡς ἂν εἰδὼς ἐννεπῶ σαφέστερον.* 945, 946. Sic emendandos censet Stanl.

. . . *Πῶς, φῶ, πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς*
Ἥκει γυναικῶν αὐτανέψιος στόλος.

949. *ἔλυσεν*] Melius forsan *ἔλυσ' ἂν* *Heath.*

937. *ἄγοιμ' ἄν—μὴ 'ξαιρήσεται.* *Abducam istas, nisi si quis eas mihi eripuerit.*

940. *οὐ γὰρ—συλήτορας.* *Non enim hospitio excipio deorum deprædatores*, qualem tu te geris, hasce supplices ab aris deorum per vim abducere ausurus.

942. *ἀβουκόλητον τοῦτ' ἐμοῦ φρονήματι.* Male *Stanl.*: *Fastidiosum hoc animo meo est.* Verius reddendum: *Hoc equidem prorsus non curo.*

943. sqq. *ἀλλ' ὡς—ἕκαστα.* *Sed ut scias quid velim,*} *clarius eloquar. Præconem enim decet omnia perspicue nuntiare,* adeoque postulo ut mihi sine ambagibus respondeas.

945. sq. *πῶς φῶ; πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον;* *Quomodo, aut a quo, si rediero, dicam ereptum mihi esse puellarum consanguinearum cœtum?* Stanleii correctio *ἥκει — αὐτανέψιος στόλος* nullo modo potest admitti.

947. *οὔ τοι δικάζει—μαρτύρων ὕπο.* Ut in illo Enniano: *Non ex jure manum consertum sed mage ferro rem repetunt.*

950. *κἀπολακτισμοὶ βίου.* Nihil aliud quam *violentas vitæ jacturas* denotat, etsi Stanleius eo respici opinatur quod mo-

Βα. Τί σοι λέγειν χρὴ τοὔννομον χρόνῳ μαθὼν,
"Ισθι γε αὐτὸς, χ' οἱ ξυνέμποροι σέθεν.
Ταύτας δ' ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν
"Αγοις ἂν, εἴπερ εὐσεβὴς πίθοι λόγος.
Τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία
Ψῆφος κέκρανται, μήποτ' ἐκδοῦναι βίᾳ
Στόλον γυναικῶν· τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς
Γόμφος διαμπὰξ, ὡς μένειν ἀραρότως.
Ταῦτ' οὐ πίναξίν ἐστιν ἐγγεγραμμένα
Οὐδ' ἐν πτυχαῖς βιβλῶν κατεσφραγισμένα,
Σαφῆ δ' ἀκούεις ἐξ ἐλευθεροστόμου
Γλώσσης· κομίζου δ' ὡς τάχιστ' ἐξ ὀμμάτων.
Κή. "Ισθι τάδ', ἤδη πόλεμον αἱρήσῃ νέον.
Εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν.

951. τοὔννομον] τοὔνομ' ἐν Ald. τοὔνομα ἐν Rob. Hic versus in Rob. præconi tribuitur. τοὔνομ' ἂν Turn. τἄννομ' conj. Canter. pro τὰ ἔννομα. Heathius mavult: εἰ σοὶ λέγειν χρὴ τοὔνομ' ἐν χρόνῳ μαθὼν, σύ τ' ἴσθι γ' αὐτὸς χ' οἱ ξυνέμποροι σέθεν. μαθὼν] μάθοις Turn. 952. ἴσθι γε αὐτὸς] ἴσως οὐ αὐτὸς Ald. ἴσως ὁ αὐτὸς Turn. 953. ἑκούσας] ὑκούσας Ald. 954. λόγος] λόγοις Ald. 957. τῶνδ' ἐφήλωται] τῶνδε φιλωταὶ Ald. Rob. τορῶς] τορῶ Rob. 960. ἐν πτυχαῖς] ἐν τύχαις Ald. 963. ἴσθι τάδ'] ἴσθι μὲν τάδ' Rob. αἱρήσῃ νέον] ἐρειτθενέον Ald. αἱρεῖσθαι νέον Rob. Heathius metri causa εἰ 'στιν τάδ' corrigit.

rientes terram pedibus calcent, advocato Virgilii lib. 10. de Acrone dicentis:

et calcibus atram
Tundit humum exspirans.

Abreschius ἀπολακτισμοὺς βίου de bonorum jactura et fortunarum ruinis, vastationibusque, a bello profectis, intelligi posse contendit, quod quo minus probem, ἀμφιβολίᾳ vocabuli βίου vetor, in quo post πεσήματ' ἀνδρῶν cum ἀπολακτισμὸς composito propriam *vitæ* notionem præferre satius est.

952. ἴσθι γε αὐτός. Porsonus edidit ex Aldinæ scripturæ vestigiis ἴσωσον αὐτός.

957. sq. τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς γόμφος διαμπάξ. Metaphoram poëta a legum tabula ærea aut lignea clavis affixa petiisse videtur.

959. sq. ταῦτ' οὐ—κατεσφραγισμένα. Significat rex se mandata hæc præconi non in epistola, sive in tabulis cereis exarata, sive in charta papyracea perscripta tradere.

963. ἴσθι τάδ'. Ante hunc versum suspicor olim versus 947, 948, 949, 950. proxime præcessisse, casu nescio quo retractos in eum locum ubi nunc leguntur. Id, ut opinor, facile persuadebo iis, qui eos a v. 943. eo ordine, quo collocandos censeo, legerint continuos.

Βα. Ἀλλ' ἄρσενάς τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας
Εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ.—
Ὑμεῖς δὲ πᾶσαι ξὺν φίλοις ὀπάοσιν,
Θράσος λαβοῦσαι, στείχετ' εὐερκῆ πόλιν,
Πύργων βαθεία μηχανῇ κεκλειμένην.
Καὶ δώματ' ἐστὶ πολλὰ μὲν τὰ δήμια,
Δεδωμάτωμαι δ' οὐδ' ἐγὼ σμικρᾷ χερί.
Εὔθυμόν ἐστιν εὐτυχεῖς ναίειν δόμους

968. εὐερκῆ] εὐεργῆ Rob. 969. κεκλειμένην] κεκλιμένην Ald. 970. ἐστὶ] ἐπὶ Rob. 972. εὔθυμόν] εὐθυμεῖν Ald. Rob. εὐτυχεῖς] ἐντυχούσῃ Ald.

Κῆρυξ.
Ἀλλ', ὡς ἂν εἰδῇς, ἐννέπω σαφέστερον.
Καὶ γὰρ πρέπει κήρυκ' ἀπαγγέλλειν τορῶς
Ἕκαστα· πῶς, φῶ, πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς
Ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον;
Βασιλεύς.
Τί σοι λέγειν χρὴ, τοὔνομον χρόνῳ μαθὼν,
Ἴσωσον αὐτὸς χ' οἱ ξυνέμποροι σέθεν
et sic deinceps usque ad v. 962.
Γλώσσης· κομίζου δ' ὡς τάχιστ' ἐξ ὀμμάτων.
Κῆρυξ.
Οὔ τοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὕπο
Ἄρης· τὸ νεῖκος δ' οὐκ ἐν ἀργύρου λαβῇ
Ἔλυσεν· ἀλλὰ πολλὰ γίγνεται πάρος
Πισήματ' ἀνδρῶν, κἀπολακτισμοὶ βίου.
Ἴσθι τάδ', ἤδη πόλεμον αἱρήσῃ νέον.
Εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν.

965. sq. ἀλλ' ἄρσενας—μέθυ. His dictis rex præconem dimittit, isque nihil moratus abit. Jamque ea quæ sequitur oratione rex ad puellas convertitur.

966. οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ. "Ut Ægyptii solebant, de quibus Herodotus lib. ii. οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, οὐ γάρ σφί εἰσιν ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι." *Stanl.*

967. ξὺν φίλοις ὀπάοσιν. Legendum φίλαις; non enim servos, sed *ancillas* puellarum significat. Servorum, quos Danaus secum duxerit, nusquam fit mentio. Quin potius ipsi domum a populo satellites et pedisequos decretos esse patet e v. 998.

970. δώματα δήμια sunt ædes publico sumtu exstructæ, adeoque universæ civitati propriæ; quasque locandi potestas penes populum erat.

971. δεδωμάτωμαι—χερί. "I. e. οὐ γλισχρῶς, ταπεινῶς, μικροπρεπῶς οἰκῶ, sed *scil. amplas ac spatiosas ædes incolo.*" *Abresch.*

Proprie verba significant: *neque vero ego ipse parva manu ædificavi*, h. e. multas et amplas ædes exstruxi, in quibus ædificandis opus erat ἀφθόνοις χορηγίαις καὶ χερσὶ, ut Polybiana locutione utar.

972. sq. εὔθυμον—ἄλλων. *Jucundum est divites, beatasque ædes cum multis aliis inhabitare.* His verbis rex suas ædes innuere videtur, in quibus non solum regia opulentia spectabatur, sed etiam frequentia erat hominum, e regis comitatu et famulitio. Porsonus pro εὐτυχεῖς edidit εὐτύκους *bene ædificatus*, quod tamen an hic præferendum sit, haud satis constat.

Πολλῶν μετ' ἄλλων· εἰ δέ τις μείζων χάρις,
Πάρεστιν οἰκεῖν καὶ μονοῤῥύθμους δόμους.
Τούτων τὰ λῶστα καὶ τὰ θυμηδέστατα
Πάρεστι λωτίσασθαι. Προστάτης δ' ἐγὼ
'Αστοί τε πάντες, ὧνπερ ἥδε κραίνεται
Ψῆφος. Τί τῶνδε κυριωτέρους μένεις;

Χο. 'Αλλ' ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθοῖς βρύοις,
Δῖε Πελασγῶν.
Πέμψον δὲ πρόφρων δεῦρ' ἡμέτερον
Πατέρ' εὐθαρσῆ Δαναὸν, πρόνοον,
Καὶ βουλάρχον. Τοῦ γὰρ προτέρα
Μῆτις, ὅπου χρὴ δώματα ναίειν,
Καὶ τόπος εὔφρων. Πᾶς τις ἐπειπεῖν

974. μονοῤῥύθμους] μονορύθμους Rob. 976. λωτίσασθαι] Canter. em. λωτίσασθε. 978. κυριωτέρους] θυριωτέρους Turn.

974. μονοῤῥύθμους δόμους. *Ædes quæ unam tantam familiam capiant*, ubi Danaides solæ cum patre habitare possent. Hic respicitur ad illa δώματα δήμια, e quibus facile Danaidibus una poterat sic assignari, ut nullum præter illas haberet incolam.

976. πάρεστι λωτίσασθαι. Λωτίζειν, et ἐκλωτίζειν ab Hesychio explicatur per ἀπανθεῖν, *florem decerpere;* unde vocabulum ad universam *eligendi*, s. *optima quævis eligendi* notionem deflexit. At λωτίσασθαι non est ferendum, quia Spondeum in quartam regionem inveheret. Recte igitur jam Canterus monuit scribendum esse λωτίσασθε. Veruntamen hoc remedio nondum omne incommodum sustulit. Non satis enim procedit oratio :

Τούτων τὰ λῶστα καὶ τὰ θυμηδέστατα
Πάρεστι, λωτίσασθε.

Commodius antea ponebatur πάρεστι. Hic autem minus apte repetitur. Nullus igitur dubito quin Æschylus exaraverit :

Τούτων τὰ λῶστα καὶ τὰ θυμηδέστατα
Αὐταί γε λωτίσασθε.

Ex his quæ optima vobis et gratissima fuerint ipsæ quidem eligite.

978. τί τῶνδε κυριωτέρους μένεις; *Quid* aut *cur patronos* (προστάτας) *majore quam ego et populus auctoritate præditos, et plus pollentes expectares?* i. e. certe non postulabis, haud expectabis. Jlocalariter hic erravit Francogallus interpres, ultima verba ad præconem adhuc morantem directa esse somnians: (Au herault) *Et toi, qui te retient encore? attends-tu des ordres superieurs aux miens?* (le héros se rétire). Enimvero præco jam versiculo 966. pronuntiato discesserat.

985. τόπος εὔφρων intelligo de habitatione, *a qua procul absit invidia;* non ut Abreschius latius accepit εὐφραντικὸς, ἡδύς. Id enim sequentia facile produnt. Si enim puellæ statim se in regiis ædibus habitare velle ostendissent, verendum fuisset, ne illis fastus quidam, et magnifice habitandi cupiditas exprobraretur.

Ψόγον ἀλλοθρόοις
Εὔτυκτος· εἴη δὲ τὰ λῷστα.
Βα. Σύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ
Βάξει λαῶν ἐν χώρῳ
Τάσσεσθε, φίλαι δμωΐδες, οὕτως
Ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσε
Δαναὸς θεραποντίδα φερνήν.

ΔΑΝΑΟΣ. ΧΟΡΟΣ.

Δα. ὮΩ ΠΑΙΔΕΣ, Ἀργείοισιν εὔχεσθαι χρεών,
Θύειν τε λείβειν θ' ὡς θεοῖς ὀλυμπίοις
Σπονδὰς, ἐπεὶ σωτῆρες οὐ διχοῤῥόπως.
Καί μου τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκτενεῖς
Φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίους·

987. εὔτυκτος] εὔτυχος Turn. quod Heathius metri causa præfert. 990. omissus Rob. 991. διεκλήρωσε] διεκλήρωσεν Pauw. probante Heathio. 992. θεραποντίδα φερνὴν] θεραποντὶ διαφέρνην Ald. θεράποντι διὰ φερνὴν Turn. 996. μὲν abest Rob. 997. φίλους] φίλου Rob. Stanl. corrigit φίλ' οὐ πικρῶς. Heathius alia via manum poëtæ restituere conatur :

καὶ μοῦ τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐγγενεῖς
φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίους.

ἤκουσαν] ἤκουσας Ald. Turn.

987. εὔτυκτος. Porsonus recte recepit *εὔτυκος paratus, promtus.* Id verum esse jam Spanhemius observaverat ad Callim. in Pall. v. 3.

988. sqq. σύν—τάσσεσθε. Incommode Stanleius : *Cumque decore et placido sermone in populorum loco (urbe) ordinemini.* Vera est sententia : *Imo vero vos cum bona fama, et sine sinistro populari rumore habitacula occupate.* Nempe rex puellis evellere suspicionem cupit, quam v. 985. animum pupugisse declaraverant.

990. φίλαι — δμωΐδες. Cum verba præcedentia dubio procul ad Danaides pertineant, quæ autem sequuntur οὕτως —φερνὴν haud aliter quam de earum ancillis intelligi possint, necessario legendum est :

τάσσεσθε φίλαι, καὶ δμωΐδες οὕτως,
(scil. τάσσεσθε.)

Idem Abreschius efficere tentabat corrigendo φίλαι, δμωΐδες δ' οὕτως, sed invito metro.

991. sq. ὡς—φερνήν. *Vos ancillæ singulæ locum vestrum ita tenete, prout Danaus vos tanquam servilem dotem singulis filiabus assignavit.*

IN SCENAM IX.

v. 993—1087.

996. sqq. καί μου τὰ μὲν—αὐτανεψίους. Et me quidem de his quæ circa pervicaces amicos nostros consanguineos acta essent, i. e. eorum conatus vos abducendi narrantem magna cum indignatione audiverunt.

Ἐμοῦ δ' ὀπάδους τούσδε καὶ δορυσσόους
Ἔταξαν, ὡς ἔχοιμι τίμιον γέρας·
Καὶ μήτ' ἀέλπτως δορὶ ἀνημέρῳ θανὼν
Λάθοιμι, χώρᾳ δ' ἄχθος αἰεὶ ζῶν πέλοι.
Τοιῶνδε τυγχάνοντας, εὐπρυμνῆ φρενὸς
Χάριν σέβεσθε τιμιωτέραν ἐμοῦ.
Καὶ ταῦτα μὲν γράψεσθε πρὸς γεγραμμένοις
Πολλοῖσιν ἄλλοις σωφρονίσμασιν πατρὸς,
Ἀγνῶθ' ὅμιλον ὡς ἐλέγχεσθαι χρόνῳ.
Πᾶς δ' ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυχον φέρει
Κακὴν, τό τ' εἰπεῖν εὐπετὲς μύσαγμά πως.
Ὑμᾶς δ' ἐπαινῶ μὴ καταισχύνειν ἐμὲ,
Ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς.
Τέρην ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς.
Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν,

998. ἐμοῦ] ἐμοὺς Rob. 1000. δορὶ ἀνημέρῳ] δόρυ κανημέρῳ Ald. δόρυ κ' ἀνημέρῳ Rob. δορὶ γ' ἀνημέρῳ Heath. 1002. τυγχάνοντας] τυγχάνοντος conj. Stanl. probante Heathio. εὐπρυμνῆ] Heath. emend. εὐπρεμνῆ. 1003. σέβεσθε] σέβεσθαι Rob. 1004. γεγραμμένοις] γεγραμμένους Ald. Turn. 1006. ἀγνῶθ'] ἀγνῷ θ' Ald. Rob. 1012. τι μιν] τιμὴν Ald. Rob.

998. ἐμοῦ. Concinnius fuerit ἐμοί.

999. sqq. ὡς—γέρας, καὶ—πέλοι. *Ut partim hoc satellitium tanquam honoris insigne haberem* (*eine Ehrenwache*) *partim vero ne forte inscio populo præter spem infesto telo trucider, ex eaque cæde huic terræ molestum piaculum, haud extinguendum, enascatur.*

1002. sq. τοιῶνδε—ἐμοῦ. Hæc dubio procul sic emendanda sunt:

Τοιῶνδε τυγχάνοντος (scil. ἐμοῦ) εὐπρυμνῆ φρενὸς
Χάριν σέβεσθε τιμιωτέραν ἐμοί.

Cum igitur talia tam cara et honorifica a rege et populo adeptus sim, vos jam o filiæ tutum animi vestri et morum decus conservate, quod mihi multo (quam ista τίμια) *carius et honorificentius est.* τιμιωτέραν comparatur cum illo, quod v. 999. dixerat τίμιον γέρας.

1007. εὔτυχον. Recte Porsonus edidit εὔτυκον; e Spanhemii emendatione Hymn. in Pall. v. 7.; *quisquis in inquilinum linguam promptam fert malam.*

1010. ὥραν—βροτοῖς. *Cum in hoc pubertatis et venustatis flore versemini, quæ hominum oculos alliciat.*

1011. τέρην. Porsonus enallage generis vitata edidit τέρειν' ὀπώρα. *Fructus maturitati proximos et molles custodire haud facile est.* "Hunc Æschyli locum in mente habuit incertus auctor Poëmatii, quod inscribitur, *Ærumnæ Cereris*

—intactæ dura est custodia pubis
Nec patitur formosa moras.

Pindarus Isthm. 2. pulchritudinem vocat Ἀφροδίτας μνάστειραν ὀπώραν, *ilicem, Veneris pellaciam.*" *Stanl.*

1012. Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν. Θῆρες h. l. parum commode

Καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.
Καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις.
Κἄλωρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ.
Καὶ παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι
Πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον
Τόξευμ᾽ ἔπεμψεν, ἱμέρου νικώμενος.
Πρὸς ταῦτα μὴ πάθωμεν ὧν πολὺς πόνος,
Πολὺς δὲ πόντος οὖν ἐκληρώθη δορὶ,
Μηδ᾽ αἶσχος ἡμῖν, ἡδονὴν δ᾽ ἐχθροῖς ἐμοῖς
Πράξωμεν. Οἴκησις δὲ καὶ διπλῆ πάρα,

1013. πεδοστιβῆ] πεδοτριβῆ Turn. 1014. καρπώματα] καρπώμασι Ald. Turn. 1015. κἄλωρα] κἄξωρα conj. Canter. Stanl. mavult κὤωρα. Heathius versiculum sic refingit:

Κἄλωρα, κωλύουσα γ᾽ ὡς μένειν ἐρεῖ.

ὡς] θ᾽ ὡς Ald. Rob. 1016. ἔπι] ἔπη Ald. 1019. πάθωμεν] πάθομεν Ald. 1020. οὖν] Steph. conj. ὧν. Heathius πολὺς δὲ πόντος οὕνεκ᾽ ἠρύθη δορί. 1022. πράξωμεν] πράξομεν Ald. οἴκησις] οἰκήσεις Ald.

nominantur, cum deinde eodem commate κνώδαλα memorentur πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ. Huic difficultati optime forsan subveniatur legendo:

Θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοί τι μιν.
Καὶ κνωδαλῷ πτεροῦντι καὶ πεδοστιβεῖ
Καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις.

His nimirum maturis fructibus bestiæ et homines pariter insidiantur. Et plurimis sive volantibus sive pedestribus animalibus fructus præ maturitate tantum non deciduos ipsorum dulcedo et venustas quasi proprio quodam præconio commendat.

1015. Κἄλωρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ. Ex his verbis nemo, quod sciam, commodum sensum elicuit. Sine dubio corrigendum:

Χἄλωρα κωλύουσί πως μένειν ἐρῶ,

et rapinas quocunque modo prohibentibus manere aut in arboribus *perdurare affirmo,* scil. illos fructus. Nisi forte melius fuerit:

Χἄλωρα κωλύοις ἄν, ὡς μένειν θέρος.

Et rapinæ prohibendæ sunt a fructius, ut justam domini messem exspectent. Totam hanc similitudinem inter arborum fructus maturos et virginum pubertatem misere corrupit Stanleii versio, cum verba τερὴν ὄπωρα non proprie de fructibus, sed allegorice de virginitate accepit.

1016. sqq. καὶ παρθένων—νικώμενος. Ut igitur fructus maturi ob dulcedinem et venustatem ab omnibus appetuntur, *sic formosarum virginum veneribus quivis præteriens amoris telum ex oculis immittit desiderio et cupiditate victus.*

1020. οὖν ἐκληρώθη. Non intelligo, quid hoc sibi velit. In promtu autem est emendatio, quæ sensui facilitatem, et constructioni nexum reddit:

Πρὸς ταῦτα μὴ πάθωμεν, ὧν πολὺς πόνος,
Πολὺς δὲ πόντος οὕνεκ᾽ ἐπεράθη δορί.

Quare haud committendum est ut nobis (i. e. vobis filiæ) *aliquid accidat, cujus* vitandi *causa multum laborem, magnumque mare nave superavimus.*

Τὴν μὲν Πελασγὸς, τὴν δὲ καὶ πόλις διδοῖ,
Οἰκεῖν λατρῶν ἄτερθεν· εὐπετῆ τάδε.
Μόνον φυλάξαι τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὸς,
Τὸ σωφρονεῖν τιμῶσα τοῦ βίου πλέον.
Χο. Τἄλλ' εὐτυχοῖμεν πρὸς θεῶν ὀλυμπίων·
Ἐμῆς δ' ὀπώρας οὕνεκ' εὖ θάρσει, πάτερ.
Εἰ γάρ τι μὴ θεοῖς βεβούλευται νέον,
Ἴχνος τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενός.
Ἴτε μὰν ἀστυάνακτας μακρὰς
Θεοὺς γανάεντες πολιούχους
Τε, καὶ οἳ χεῦμ' Ἐρασίνου
Περιναίετε παλαιόν.
Ὑποδέξασθ' ὀπαδοὶ μένος.
Αἶνος δὲ πόλιν τήνδε Πελασγῶν
Ἐχέτω, μηδ' ἔτι Νείλου
Προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις·
Ποταμοὺς δ' οἳ διὰ χώρας
Θελεμὸν πῶμα
Χέουσι πολύτεκνοι,

1025. *φυλάξαι*] *φυλάξαις* Turn. 1028. *εὖ θάρσει*] Valckenaer ad Eurip. Phœniss. *εὐθάρσει*. 1031. *μακρὰς*] *μάκαρας* em. Stanl. 1033. *οἳ χεῦμ' Ἐρασίνου*] *οἱ χῶμ' ἐρασίμου* Ald. Turn. 1034. *περιναίετε*] *περιναίεται* Ald. 1035, 1036. *μένος. Αἶνος*] *μένος ἑνὸς* Ald. Turn. 1038. *σέβωμεν*] *σέβομεν* Ald.

1024. *λατρῶν ἄτερθεν.* Ridicule Stanleius *sine famulis*. Imo vero vertendum *sine mercede*.

1027, 1028. *τἄλλ' εὐτυχοῖμεν—πάτερ.* Cetera modo deorum beneficio feliciter nobis eveniant, quod autem ad virginitatis nostræ decus tuendum attinet, bono animo esto pater. H. l. *ὀπώρας* aptissime allegorico sensu de virginum maturitate dicitur.

1031. *μακράς.* Utique cum Stanl. legendum *μ ά κ α ρ α ς.*

1032. sqq. Ita corrigendos arbitror:

Θεοὺς γανάεντες πολιούχους
Τε καὶ ο ἷ ς χεῦμ' Ἐρασίνου
Περιναίετ α ι παλαιὸν,
Ὑποδέξασθ' ὀπαδοὶ μ έ λ ο ς.

Ite igitur urbis præsides beatos deos tam ipsam urbem incolentes, quam eos a quibus vetustum Erasini flumen accolitur, carmine *celebrantes vosque comites cantum nostrum excipite.* Lectionem *περιναίεται* Aldina editio confirmat. Vulg. *μένος* nemo commode explicavit.

Λιπαροῖς χεύμασι γαίας
Τόδε μελίσσοντες οὖδας.
Ἐπίδοι δ᾽ Ἄρτεμις ἁγνὰ στόλον
Οἰκτιζομένα· μηδ᾽ ὑπ᾽ ἀνάγκας
Γάμος ἔλθοι Κυθέρειος·
Στυγερὸν πέλει τόδ᾽ ἆθλον· Κύπριδος
Οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ᾽ εὔφρων.
Δύναται γὰρ Διὸς ἄγχιστα σὺν
Ἥρᾳ· τίεται δ᾽ αἰολόμητις
Θεὸς ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς.
Μετάκοινοι δ᾽ αἱ φίλαι ματρὶ πάρεισι,
Πάθος τ᾽ οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει
Θεάκτορι πιθοῖ· Δέδοται δ᾽ ἁρ-
μονίᾳ μοῖρ᾽ Ἀφροδίτας.
Ψεδυρὰ τρίβοι τ᾽ ἐρώτων.
Φυγάδας δ᾽ ἐπιπνοίας, κακά τ᾽ ἄλγη,

1042. λιπαροῖς χεύμασι] λιπαρῶν χάμασιν Ald. λιπαρὸν χώμασι Turn. 1046. Κυθέρειος] Κυθερείας Rob. 1047. στυγερὸν] στύγειον Ald. Rob. πέλει τόδ᾽] πέλοιτο Rob. 1048. θεσμὸς] f. ἰσμός. 1051. θεὸς] θεοῖς Rob. 1053. πάθος] πόθος Ald. πρᾶγος conj. Canter. 1054. πιθοῖ] πυθοῖ Ald. Rob. 1056. ψεδυρὰ] ψίδυρα Ald. ψῦδρα Rob. ψεδυραὶ conj. Stanl. 1057. φυγάδας τ᾽ ἐπιπνοίας] φυγάδες τ᾽ ἐπιπνοίαι Ald. φυγὰς δ᾽ ἐπιπνοία Rob.

1048. θεσμός. Non dubito scribendum esse

Κύπριδος
Οὐκ ἀμελεῖ δ᾽ ἰσμὸς ὅδ᾽ εὔφρων.

1052. sqq. μετάκοινοι — Ἀφροδίτας. Sociæ Veneris dicuntur *Suada* et *Harmonia.* Minime vero huc quoque ex antecedentibus cum Abreschio trahendæ sunt Juno et Diana. Sic vero scribendum et interpungendum :

Μετάκοινοι δ᾽ αἱ φίλαι ματρὶ πάρεισι
Πάθος τ᾽ οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει
Θεάκτορι Πιθοῖ, δίδοταί τ᾽ Ἁρ-
μονίᾳ μοῖρ᾽ Ἀφροδίτας.

Quæ vero matri (Veneri) caræ comites adsunt, earum alteri *Suadæ deos domanti nihil est quod recusari possit,* alteri vero *Harmoniæ Veneris sors tributa est,* h. e. Amorem Suada pellicit, Harmonia perficit.

1056. Ψεδυρά. Legendum sine dubio, quod Stanleius vidit: Ψεδυραὶ τρίβοι δ᾽ ἐρώτων, *fallaces vero sunt amorum viæ.*

1057. φυγάδας ἐπιπνοίας pro φυγάδων ἐπιπνοίας intelligo, de instigationibus, quæ a præcone Ægyptiadum ejusque comitatus expectandæ erant, qui cum infecta causa redire coacti essent, Ægypti filios ad bellum excitaturi erant.

Πολέμους θ' αἱματόεντας
Προφοβοῦμαι. Τί πότ' εὔπλοιαν ἔπρα-
ξαν ταχυπόμποισι διώγμοῖς;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Ὅτι τοι μόρσιμόν ἐστιν, τὸ γένοιτ' ἄν.
Διὸς οὐ παραβατά ἐστιν μεγάλα
Φρὴν ἀπέρατος· μετὰ πολλῶν
Δὲ γάμων ἅδε τελευτὰ
Προτέραν πέλοι γυναικῶν.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι
Γάμον Αἰγυπτογενῆ μοι.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Τὸ μὲν ἂν βέλτατον εἴη·
Σὺ δὲ θέλγοις ἂν ἄθελκτον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Σὺ δέ γ' οὐκ οἶσθα τὸ μέλλον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Τί δὲ μέλλω φρένα δῖαν
Καθορᾶν, ὄψιν ἄβυσσον;

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Μέτριον νῦν ἔπος εὔχου.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ α΄.

Τίνα καιρόν με διδάσκεις;

1062. παραβατὰ] παραβάτας Ald. Rob. 1064. τελευτὰ] τελευτᾷ Ald. Turn. 1066. ἀπαλέξαι] ἀπαλλάξαι Turn. 1069. σὺ δὲ θέλγεις ἀνάθελκτον Rob. Steph. citat σὺ δὲ θέλγοις ἂν ἄθελκτον. ἄθελκτον] ἀναθέλητον Ald. 1073. Semichoro priori tribuitur Turn. 1076. Seqq. nobis quidem, ut epilogus cantici, universo Choro tribuendus esse videtur. In edd. v. 1076—1082. priori, reliqui τὸ βέλτερον etc. alteri Semichoro assignantur.

1074. τίνα καιρὸν, *quam moderationem mihi præcipis*. Nempe καιρὸς h. l. idem est ac præcedens μέτριον.

ΗΜΙΧΟΡΟΣ β΄.

Τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεὺς ἄναξ ἀποστεροίη
Γάμον δυσάνορα
Δάϊον, ὅσπερ Ἰὼ
Πημονᾶς ἐλύσατ' εὖ
Χειρὶ παιωνίᾳ κατασχέθων.
Εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας
Καὶ κράτος νέμοι γυναιξίν.
Τὸ βέλτερον κακοῦ
Καὶ τὸ δίμοιρον αἰνῶ,
Καὶ δίκα δίκας ἕπεσθαι,
Ξὺν εὐχαῖς ἐμαῖς λυτηρίοις
Μηχαναῖς θεοῦ πάρα.

1081. *κτίσας*] *κτήσας* Ald. 1082. *νέμοι*] *νέμων* Turn. 1086. *ξὺν εὐχαῖς*] *ξὺν εὐχολῆς* Ald. *ξὺν εὐχωλῇς ἐμαῖς* Turn. 1084—1087. Heathius hoc modo constituit.

Καὶ δίκα δίκας ἕπεσθαι
Ξὺν εὐχαῖς ἐμαῖσι λυτηρίοις
Μηχαναῖς θεοῦ πάρα.

et ut id quod justum est justa etiam sequi possint, effectum est juxta preces meas, auxiliis liberatoriis dei.

1080. Post *κατασχέθων* commate, et post *κτίσας* colo interpungendum.

1081. *εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας* non est *is placide hæc componens*, ut Stanl. vertit, sed qui *benevola vi* (Ionem contrectando) *genus nostrum condidit.*

1083, 1084. *τὸ βέλτερον κακοῦ καὶ τὸ δίμοιρον αἰνῶ.* *Id quod ex duobus malis melius est et partim bonum partim malum præfero.* Malunt nimirum exsules esse, quam Ægypti filiis nubere.

ΤΕΛΟΣ

ΤΩΝ ΑΙΣΧΥΛΟΥ ἹΚΕΤΙΔΩΝ.

APPENDIX.

APPENDIX.

Godofredi Hermanni in quædam Æschyli antistrophica in quatuor priores tragœdias emendationes metricæ. Ex ejus libro de metris poëtarum græcorum et latinorum descriptæ. (*Lips.* 1796. 8.)

In antistrophicis Æschyli carminibus Promethei hi tantum versus in Schützianà editione metro repugnant:

v. 164. qui e Pauwii correctione sic legendus,

τιθέμενος ἄγναμπτον νόον.

v. 399. jure Schützius δὲ retinuit, quod fieri non poterat, si versus Ionicus a minore esset. At Anacreonteus est.

v. 415-424. antistrophica sunt: quare prima verbi Μαιῶτιν præcedenti versui addenda.

v. 542. sq. sic disponendi sunt, si genuina lectio est:

Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων
Ἰδίᾳ γνώμᾳ σέβῃ,

et strophici 533. sq.:

μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις, ἀλ-
λά μοι τόδ' ἐμμένοι.

Sed suaviores sunt numeri in vulgata dispositione, quare vereor ne scribendum sit,

ἰδέᾳ γνώμᾳ σέβῃ.

Dorice pro ἰθείᾳ.

v. 900. non videtur γάμων delendum esse, neque in antistropha v. 908. πόνων. Nam si versus esset trochaicus hypercatalecticus, uti Schützius putat, syllaba, quæ ante ultimam est, brevis esse deberet. Deletis autem istis vocabulis in antispastum exit, numero asperiore

ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι
δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις.

Nec πόνων sensui obest. Quin more suo dixit πόνων ἀλατείας pro laboriosis erroribus. Eamdem Io in Suppl. 571. dicit μαινομέναν πόνοις Ἥρας.

v. 907. verissime Schützius conjecit:

εἰσορῶσ' Ἰοῦς μέγα δαπτομέναν.

In Sept. c. Th. 307. Schützius legendum putat,

τᾶσδ' ἀρήϊον ἐχθροῖς ἀφέντες,

ut versus sit asynartetus e penthemimere trochaico et iambico, quemadmodum strophicus 290.

γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι.

At nulli mihi in melicis carminibus asynarteti noti sunt, præter illos, qui e duobus dochmiacis, aliisve antispasticis constant. Neque id temere factum a poëtis. Nam certæ esse debent asynartetorum formæ, quia, si e quibusvis ordinibus componerentur, ultima membrorum syllaba mensuræ ambiguitate scansionem turbatura esset. Eam ob rem mihi non antistrophicus, sed strophicus versus mutatione indigere videtur

γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι.

Qui versus ditrochæo, et penthemimere iambico constat, soluta anacrusi, quæ in antistrophico non est soluta:

τᾶσδ' ἄρειον ἐχθροῖς ἀφέντες.

v. 295. metrum carere non potest egregia Schützii correctione δυσευνάτορα.

v. 303. cum antistrophico suo 320. anapæsticos putant

παντὶ τρόπῳ, διογενεῖς
καὶ πόλεως ῥυτῆρες.

Sed his nihil pejus fieri potest. In strophicis, servata vulgata lectione, dochmiaci sunt elegantissimi:

παντὶ τρόπῳ, διογενεῖς ὦ θεοὶ,
πόλιν καὶ στρατόν.

Iique etiam antistrophicis restituendi, quæ inconcinna sunt, nisi, quod excidit, γίνεσθε addatur, hoc modo:

—τοῖς δὲ πολίταις
καὶ πόλεως γίνεσθε ῥυτῆρες, εὔ-
εδροί τε στάθη-
τ' ὀξυγόοις λιταῖσιν.

v. 310. scribe πωμάτων.

v. 314. retineri debebat,

πρὸς τάδ', ὦ πολιοῦχοι.

Nam ἰὼ tantum abest, ut sospitet metrum, ut potius corrumpat, quum perraro in basi dactylus reperiatur.

v. 335. antiquum et jam a scholiasta inventum vitium est, ἀρτιτρόποις, quo maturæ virgines designantur. Fortassis Æschylus scripsit:

κλαυτὸν δ' ἀρτιπρώμοις ὠμοδρόπων.

v. 354. non congruit cum v. 366. nisi in strophico e cod. Mosc. 2. scribatur

ξυμβάλλει φέρων φέροντι,

aut, quod magis placet, servato ξυμβολεῖ, antistrophica sic legantur,

δμωΐδες δὲ καινοπήμονες νέαι
τλάμον' εὐνὰν αἰχμάλωτον.

id est, novis ancillis ignotus ante dolor creatur servili connubio.

v. 741. et sequentes duo cum antistrophicis suis recte disposuit Pauwius, nec metrici scholiastæ ulla auctoritas esse debet.

v. 762, 763. ita disponendi:

τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύ-
μναν πόλεως καχλάζει.

Inde a v. 784. perdifficilis locus est, in quo primum hic versus,

δίδυμα κάκ' ἐτέλεσε,

corruptus est. Nec Brunckii mutatio alio valet, nisi ut antistrophicus pessimus iambus sit. Equidem ita suspicor ab Æschylo scriptum fuisse:

διδυμὰν βλάβαν ἐτέλεσεν
πατροφόνῳ χερί· τῶν
κρεισσοτέκνων δ' ὀμμάτων ἐπλάγχθη,
τέκνοις δ' ἀραίας
ἐφῆκεν, ἐπικότους τροφᾶς
αἶ, αἶ, πικρογλώσσους ἀράς.

Horum verborum sententia non videtur satis declarata esse ab interpretibus. E quibus etiam Schützii explicatio hoc certe incommodi habet, quod illa, πατροφόνῳ χερὶ, non modo per se satis obscura sint, sed eo etiam obscuriora fiant, quod ante exilii, quam imprecationis, quæ interdum manu adjuvatur, fit mentio. Quare hanc arbitror Æschyli mentem fuisse: duplex ille facinus parricidis manibus perpetravit, quippe et oculis, qui ipsis liberis cariores sunt, privatus,

et liberis quoque iracundas imprecatus propter educationem diras. Heathii *ἐπίκοτος τροφᾶς* mirum in modum languet.

Quæ inde a v. 876. sequuntur, non sunt monostrophica, sed antistrophica, quæ sic scribi debent :

ἰὼ, ἰὼ, δύσφρονες,
φίλων ἄπιστοι, καὶ κακῶν ἀτρύμονες,
δόμους πατρῴους ἑλόν-
τες μέλεοι σὺν αἰχμᾷ.
μέλεοι δῆθ', οἳ μελέους θανάτους
εὕροντο δόμων ἐπὶ λύμᾳ.

antistropha :

ἰὼ, ἰὼ, δωμάτων
ἐρειψίτοιχοι, καὶ πικρὰς μοναρχίας
ἰδόντες ἤδη διήλ-
λαχθε σὺν σιδάρῳ.
κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα
πότνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανεν.

Μέλεοι in quarto strophæ bisyllabum est. Quæ autem antistrophæ quartum versum sequuntur in libris, *οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε*, tam manifestam produnt interpretis manum, ut mirer, quomodo a quoquam pro Æschyleis haberi potuerint. Inde rursus antistrophica sunt :

δι' εὐωνύμων τετυμμένοι—
τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων.
αἶ, αἶ, δαιμόνιοι,
αἶ, αἶ, δ' ἀντιφόνων
θανάτων ἀραί.

antistropha :

διανταίαν μοι λέγεις πλαγάν.
δόμοισι καὶ σώμασι
πεπλαγμένους ἐννέπω.
ἀναυδάτῳ μένει,
ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.

Horum primus e dochmio et antispasto constat ; quartus et quintus antispastici dimetri brachycatalectici sunt.

Sequitur epodus usque ad v. 912. quem antistrophica excipiunt, ita, nisi fallor, scribenda :

σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ' ἔχουσι.
σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι,
τάχ' ἄν τις εἴποι, τίνες,
τάφων πατρῴων λάχαι.
δόμων μάλ' ἀχὼ δ' ἐπ' αὐτοὺς
προπέμπει δαϊ-
κτὴρ γόος, αὐτόστονος, αὐτοπήμων,
οὐ φιλόφρων, οὐ φιλογαθὴς, ἐτύμως δακρυχέων
ἐκ φρενὸς, ἅ, κλαιομένας μου, μινύθει,
τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.

antistropha :

πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν
ὡς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας,
ξένων δὲ πάντων στίχας
πολυφθόρους ἐν δαΐ.
δυσδαίμων σφὶν ἁ τεκοῦσα
πρὸ πασῶν γυναι-
κῶν, ὁπόσαι τεκνογόνοι κέκληνται.
παῖδα τὸν αὐτᾶς πόσιν αὐτᾷ θεμένα, τούσδ' ἔτεχ', οἳ
δ' ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλλαλοφόνοις
χερσὶν ὁμοσπόροισιν.

Σιδαρόπλακτοι λάχαι sunt *sortes cæde adeptæ*. Illa autem, *τάχ' ἄν τις εἴποι,*

τίνις, non est mihi verisimile ab altero semichoro dici, qui quare tam impatienter interroget, non video. (At ejusmodi quæstiones in altercationibus personarum sæpe apud Æschylum occurrunt. S.) Respicitur, credo, Polynices sepultura prohibitus. Inde alia antistrophica sequuntur, quæ sic corrigenda arbitror:

ὁμόσποροι δῆτα καὶ πανωλέθριοι
διατομαῖς οὐ φίλαις,
ἔριδι μαινομένᾳ
νείκεος ἐν τελευτᾷ.
πέπαυται δ' ἔχθος, ἐν δὲ γαίᾳ
ζωὰ φονοῤῥύτῳ
μέμικται· κάρτα δ' εἴσ' ὅμαιμοι.
πικρὸς λυτὴρ νεικέων
ὁ πόντιος ξεῖνος ἐκ
πυρὸς συθεὶς, θηκτὸς σίδαρος·
πικρὸς δὲ χρημάτων
κακὸς δατητὰς Ἄρης,
ἀρὰν γε πατρὸς τιθεὶς ἀληθῆ.

antistropha:

ἔχουσι μοῖραν λαχόντες, ὦ μέλεοι,
διοσδότων ἀχέων.
ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
πλοῦτος ἄβυσσος ἔσται.
ἰὼ πολλοῖς ἐπανθήσαντες
πόνοις ἀεὶ δόμοι.
τελευτᾷ δ' αἵδ' ἐπήλαξαν
ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον
τετραμμένου παντρόπῳ
φυγᾷ γένους. ἕστακε δ' Ἄτας
τρόπαιον ἐν πύλαις,
ἐν αἷς ἐθείνοντο, καὶ
δυοῖν κρατήσας ἔληξε δαίμων.

Denique etiam, quæ inde sequuntur, antistrophica esse quivis intelliget, qui eosdem numeros, eademque verba sæpius recurrere animadverterit. Sed quædam mutilata sunt, pleraque autem, aberrantibus propter eorumdem versuum repetitiones librariorum oculis, loco mota. De qua re cui persuasum fuerit, is audaci conjecturæ non denegabit aut approbationem, aut veniam certe. Accedit hoc transpositionis indicium, quod, ut egregie vidit Schützius, Antigona non poterat commode his verbis, *παισθεὶς ἔπαισας*, scenam ingredi. Quod ille ut vitaret, Antigonæ querelas v. 953. putabat initium capere. At illud vel propterea fieri non potest, quia ista sunt antistrophica, quæ sicut incepta sunt inter semichoros, ita inter eosdem debent absolvi. Sic igitur existimo illud carmen scribendum:

A. *ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,*
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
μέλαινά τ' Ἐρινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.
ἠὲ, ἠὲ μαίνεται γόοισι φρήν.
I. *ἐντὸς δὲ καρδία στένει.*
A. *ἰὼ, ἰὼ πολυδάκρυτε σύ.*
I. *σὺ δ' αὖτε, καὶ πανάθλιε.*
A. *παισθεὶς ἔπαισας.* I. *σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.*
A. *δορὶ δ' ἔκτανες.* I. *δορὶ δ' ἔθανες.*
A. *πρὸς φίλου ἔφθισο.* I. *καὶ φίλον ἔκτανες.*
A. *μελεόπονος.* I. *μελεοπαθής.*
A. *ἴτω γόος.* I. *ἴτω δάκρυα.*
A. *διπλᾶ λέγειν.* I. *διπλᾶ δ' ὁρᾶν.*
A. *ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν.*
I. . . . . . .
A. *πέλας δ' αἵδ' ἀδελφαί.*
I. *πέλας τῶνδ' ἀδελφῶν.*
A. *ὀλοὰ λέγειν.* I. *ὀλοὰ δ' ὁρᾶν.*

antistropha:

I. ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
μέλαινά τ' Ἐρινὺς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.
ἠὲ, ἠὲ δυσθέατα πήματα
ἐδείξατ' ἐκ φυγᾶς ἐμοί.
A. οὐδ' ἵκεθ' ὡς ἀπέκτανε.
I. σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν.
A. ἀπώλεσε δῆτα. I. καὶ τὸ τοῦδ' ἐνόσφισε.
A. τάλαν γένος. I. τάλανα παθόν.
A. τάλανα δύστονα κήδε' ὁμώνυμα.
I. δίυγρα διπάλτων πημάτων.
A. σὺ τοίνυν οἶσθα διαπερῶν.
I. σὺ δ' οὐδὲν ὕστερον μαθών.
A. ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν.
I. δορός γε τῷδ' ἀντηρέτας.
A. πρόκεισαι φονευθείς.
I. πρόκεισαι κατακτάς.
A. ὀλοὰ λέγειν. I. ὀλοὰ δ' ὁρᾷν.

Causas mutationum quivis facile perspiciet. Illa διπλᾶ λέγειν, διπλᾶ δ' ὁρᾷν, solicitari nolim: multum enim augent rei atrocitatem. Dein hæc, σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν, sic intelligo: *redux ab exsilio mortuus est.* Denique δίπαλτα πήματα *duplicem cædem* significant. δίπαλτος στρατὸς est apud Sophocl. in Ajace 408.

Sequitur epodus e dochmiacis aliisque antispasticis versibus:

A. ἰὼ, ἰὼ πόνος, ἰὼ, ἰὼ κακὰ
δώμασι καὶ χθονὶ, πρὸ πάντων δ' ἐμοί.
I. ἰὼ, ἰὼ καὶ πρόσω γ' ἐμοί.
A. ἰὼ δυσπότμων κακῶν, ἄναξ
Ἐτεόκλεις, ἀρχηγέτα.
I. ἰὼ, πάντων πολυπονώτατοι.
A. ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.
I. ἰὼ ποῦ σφι θήσομεν χθονός;
A. ἰὼ, ὅπου τιμιώτατον.
I. ἰὼ, ἰὼ, πῆμα πατρὶ πάρευνον.

In *Persis* v. 116, 117. in unum versum redigendi et sic etiam in antistropha.

v. 650. quum Schützius vellet anapæsticum dimetrum efficere, non animadvertit, primam in Δάρειον non posse corripi. Mihi locus ita scribendus disponendusque videtur:

Ἀϊδωνεὺς δ' ἀναπομ-
πὸς ἀνείης, Ἀϊδωνεὺς,
Δάρειον οἷον ἄνακτα παρεῖναι ἠέ.

Δάρειον correpta media. Sic etiam antistrophici digerendi.

v. 853. sq. sic disponendi:

ἄμαχος βασιλεὺς,
ἰσόθεος Δάρειος ἆρχεν χώρας.

v. 861. non monostrophica, sed antistrophica sequuntur, sic:

ὅρως δ' εἷλε πόλεις
πόρον οὐ διαβὰς
Ἅλυος ποτάμοιο,
οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθεὶς,
οἷαι Στρυμονίου
πελάγους Ἀχελω-
ΐδες εἰσὶ πάροικοι
Θρηκίων ἐπαύλων.

antistropha:

Λίμνας δ' ἔκτοθεν, αἳ
κατὰ χέρσον ἐλη-
λαμέναι πέρι πύργον

τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον,
'Ελλάς τ' ἀμφὶ πόρον
πλατὺν αὐχόμεναι
μυχία τε Προποντὶς
καὶ στόμωμα πόντου.

stropha:

νᾶσοί θ', αἱ κατὰ πρῶ-
ν' ἅλιον περίκλυστοι
τᾷδε γᾷ προσήμεναι,
οἷά τε Λέσβος, ἐλαι-
όφυτός τε Σάμος, Χῖος, ἠδὲ Πάρος,
Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ τε συνά-
πτουσ' Ἄνδρος ἀγχιγείτων.

antistropha:

καὶ τὰς ἀγχιάλους
ἐκράτυνε μεσάκτους
Λῆμνον Ἰκάρου θ' ἕδος
καὶ Ῥόδον ἠδὲ Κνίδον
Κυπρίας τε πόλεις, Πάφον ἠδὲ Σόλους,
Σαλαμῖνά τε, τᾶς νῦν ματρόπολις
τῶνδ' αἰτία στεναγμῶν.

v. 928. usque ad 944. omnes anapæstici sunt, quorum facilis dispositio fuisset.
v. 928. cum Brunckio καὶ γᾷ πατρίᾳ legendum.
v. 939. μετάτροπος.
Initio v. 941. recte monuit Schützius vocabulum excidisse; fortasse θρῆνον.
v. 945. stropha incipit, ejusque antistropha v. 958. Hinc scribendum v. 945.

Ἰώνων γὰρ ἀπηύρα ναύφρακτος.

et v. 951.

ποῦ δὲ φίλων ἄλλος ὄχλος.

et v. 955. omisso καὶ,

Δοτάμας, ἠδ' Ἀγδαβάτας, Ψάμμις,
Σουσισκάνης
τ' Ἀγβάταν' ἐκλιπών.

In antistropha v. 958. sic scribendum:

ὀλοοὺς ἀπέλιπον Τυρίας ἐκ ναὸς
ἔρροντας ἐπ' ἀκταῖς
Σαλαμινίασι, στυφελοὺς
θείνοντας ἐπ' ἄκρας.
οἶ, οἶ, οἶ, οἶ, ποῦ δέ σοι Φαρνοῦχος.

Primus et quintus asynarteti sunt e dochmiacis.

v. 966, 967. sic dividendi, ut unus anapæsticus dimeter medius sit inter duos monometros. Claudit antistropham hic dochmiacus:

τάδε σ' ἐπανέρομαι.

Inde aliud carmen antistrophicum sequitur, cujus initium sic scribendum videtur:

ἰώ, ἰώ μοί μοι
τὰς ὠγυγίους κατιδόντες ἐπὶ
στυγνὰς Ἀθάνας, πάντες ἐνὶ πιτύλῳ
ἒ, ἒ, ἒ, τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ.

et in antistropha v. 983.

ἴυγγά μοι δῆ-
τ' ἀγαθῶν ἑτάρων ὑπομιμνήσκεις,
ἄλαστα στυγνὰ κακὰ πρόκακα λέγων.
βοᾷ, βοᾷ μελέων ἔνδον ἦτορ.

Sequuntur utrobique anapæsti, in quibus nunc nihil tentare ausim. Ceterum Schützii suspicionem, v. 982. suppositum esse, metrum confirmat.

v. 995. alia antistrophica incipiunt:

ἔταφιν, ἔταφιν, οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
τροχηλάτοισιν,
ὄπισθε δ' ἑπομένοισι.

βεβᾶσιν γὰρ οἵπερ ἀκρόται στρατοῦ,
βεβᾶσιν, οἲ νώνυμοι.
ἰὴ, ἰὴ, ἰὼ, ἰώ.

Hæc omnia Xerxes dicit: antistropham chorus orditur:

ὦ δυσδαίμονες, ἔθετ' ἄελπτον
κακὸν διαπρέπον
οἷον δέδορκεν ἄτα.

et quæ sequuntur.

Inde v. 1006. alia antistrophica: v. 1008. articulus omitti debet. Antistropha sic scribenda:

πῶς δ' οὔ; στρατὸν μὲν τοσοῦτον
τάλας πέπληγμαι. τί δ' οὖν;
ὄλωλεν μεγάλα τὰ Περσῶν.

v. 1013. alia stropha sequitur, cujus antistropha v. 1024. incipit, sed postremi quatuor versus exciderunt.

v. 1016. scribe βελέεσσι.

v. 1019. 'Ιώνων.

v. 1025. παπαῖ bis tantum scribi debet, ut sit initium trimetri.

v. 1032. usque ad 1045. alia antistrophica sunt, eaque correctissima, nisi quod v. 1045. οἴμοι addendum.

Denique etiam v. 1046. usque ad 1057. antistrophici sunt.

In Agamemnone v. 119. metri certe causa non erat opus ut παμπρέπτοις scriberetur: basis enim est.

v. 141. πτακα scribendum. v. Hesych. v. πτακες.

v. 173. partim e Schützii correctione legendum arbitror.

πλὴν Διὸς, εἰ τόδ' ἐμᾶς.

v. 205. et 218. ex iambo et dochmio et antispasto constant:

τρίβῳ, κατέξαινον ἄνθος 'Αργείων.
ῥεέθροις πατρῴους χέρας, βωμοῦ πέλας.

v. 207. nolim τι addi: nam potius in antistropha corrigendum v. 219.

τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι.

v. 228. scribe:

ἄναγνον, ἀνίερον, τόθεν
τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω.

et in antistropha v. 241.

πέπλοισι περιπετῆ παντὶ
θυμῷ προνωπῆ λαβεῖν ἀέρδην.

Prior versus est antispasticus dimeter, alter asynartetus e duobus dochmiacis.

v. 235. recte plerique libri,

καὶ προτέλεια ναῶν.

Versus est dochmiacus hypercatalecticus. Itaque etiam antistropha v. 247. recte legebatur:

κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσ' ἔ-
βαλ' ἕκαστον θυτήρων.

v. 237. sqq. sic scribendi:

παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρ-
θένιον ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.

Copula, qua libri carent, majore cum vi abest.

In antistropha autem v. 250. sqq. ita disponi debent:

πρέπουσα δ', ὡς ἐν γραφαῖς,
προσεννέπειν θέλουσ'· ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν.

v. 244. 245. mihi quidem ea verborum collocatio, quæ librorum auctoritate firmatur, et sensum præbere videtur optimum, neque numeris repugnare, si modo Ionico genitivo adjuvetur:

στόματος δὲ καλλιπρώροιο φύλακ' ἐγ-
κατασχεῖν φθόγγον ἀραῖον εἴκοις
βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει.

Custodem oris continere vocem, idem est, quod in ore continere. Versus sunt

asynarteti e dochmiacis, neque in ultimo τε transponi debet ob eam causam, quia in strophico trochaicus numerus est.

v. 254. scribendum :

ἁγνᾷ δ᾽ ἀταύρωτος
αὐδᾷ πατρὸς φίλου τρίσπονδον εὔποτμον
αἰῶνα φίλως ἐτίμα.

et v. 261. in antistropha :

τὸ δὲ προκλύειν, πρὶν
ποτ᾽ ἐπιγένοιτ᾽ ἂν ἤλυσις, προχαιρέτω.
ἴσον δὲ τῷ προστένειν.

Primus versus ex antispasto est et trochæo ; tertius, sicut ultimus utriusque strophæ, ex iambo et dochmiaco.

v. 259. scribe, παθοῦσιν μαθεῖν.

v. 413. sqq. sic disponendi :

κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβάτας
ὁπλισμοὺς ἄγουσά τ᾽ ἀντίφερνον.

et in antistropha v. 432.

πάρεισι δόξαι φέρουσαι χάριν
ματαίαν μάταν γὰρ, εὖτ᾽ ἂν ἐσθλά.

v. 419. scribe πουλύ.

v. 423, 424. duarum litterarum mutatione ita mihi videntur corrigendi :

πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοίδορος
ἄπιστος ἀφεμένων ἰδεῖν.

adest, inquit, Menelaus, ut probrosum silentium, ab uxore fugiente relictum, sine conviciis et vix sibi ipsi credens, adspiciat. Σιγαὶ ἄτιμοι ἀφεμένων sunt pudenda silentia loco gaudiorum, quæ cum tali conjuge percipi poterant, relicta. Ἄπιστος sequentibus firmatur. Sic in antistrophicis nulla mutatione opus.

445. sqq. male corrupti sunt, qui sic videntur corrigendi :

οὓς μὲν γὰρ ἐξέπεμψεν,
οἶδεν· ἀντὶ δὲ φωτῶν
τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκά-
στου δόμους ἀφικνεῖται.

Primus horum, ut e strophico patet, compositus est ex antispasto et bacchio

v. 465, 466.

εὔμορφοι κατέχουσιν· ἐχ-
θρὰ δ᾽ ἔχοντας ἔκρυψεν,

atque ita etiam antistrophici.

v. 468. δημοκράκτου scribendum puto.

v. 704, 705. et 721, 722. jungendi, ut utrobique unus Phalæcius exsistat.

v. 707, 708. sic scribendi videntur,

ἐπ᾽ ἀεξιφύλλους δι᾽ ἔριν
αἱματόεσσαν.

Prior dimeter est choriambicus, ut in antistropha 724.

ἀμφὶ πολιτᾶν μέλεον.

v. 727. scribe ἄγλακτον.

v. 728. γε addi non est necesse : choriambo respondet diiambus.

v. 734, 735. sic scribendi videntur :

φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων
γαστρὸς ἀνάγκαισι.

et antistrophici 744, 745.

ἐκ θείου δ᾽ ἱερεύς τις ἄτας
δόμοις προσετράφη.

v. 742. δὲ omnino delendum.

v. 746, 749. cum antistrophicis suis in duos versus videntur conjungendi, quorum primus iambicus trimeter sit, alter asynartetus e duobus dochmiis et bacchio.

v. 765. ὀϊζὺν bisyllabum esset, quod vereor ut possit defendi. Itaque ἀκόρετον scribi malim : v. Brunck. ad Sophocl. Electr. 123.

v. 775. recte Pauwius ὁππόταν.

v. 777. quis non arripiat præclaram Schützii conjecturam, νεαρὸν φάει σκότον, nisi quod νέον etiam scribendum videtur.

v. 999. sqq. non dubito ita corrigendos esse:

τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ
θρῆνον ἐριννύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν
θυμὸς οὐ τὸ πᾶν ἔχων
ἐλπίδος φίλον θράσος.

i. e. *ultro animus fatale carmen mihi occinit, ab aliis metuens.*

v. 1010. sqq. ita scribendos arbitror:

μάλα γὰρ τὸ τᾶς πολλᾶς ὑγιείας
ἀκόρεστόν τοι τέρμα· νόσος γὰρ
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.

Nimium profecto, inquit, *in secundis rebus insatiabiles sunt homines; at enim vicinus urget morbus.* Ἀκόρεστον τέρμα finis est, quem quis nunquam satis se assequutum putat. Τὸ quum in τοι abiisset, τοι post ἀκόρεστον superfluum judicatum. Antistrophicorum v. 1026. sqq. vix dubia hæc scriptura:

ἐπὶ γᾶν πεσὸν δ' ἅπαξ θανάσιμον
προπάροιθ' ἀνδρὸς μέλαν αἷμα τίς ἂν
πάλιν ἀγκαλίσαιτ' ἐπαείδων.

v. 1022-1024. in duos dactylicos tetrametros digerendi.

v. 1098. scribe συνίστορα.

v. 1099. αὐτόφονά τε κακά. Versus enim dimeter antispasticus est.

v. 1100. σφάγειον.

v. 1103. sic restituendi dochmii:

μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι.

v. 1125. ἀκόρετος scribendum. Chorus, inquit, insatiabiliter mala imprecatur huic generi propter tam infandum sacrificium.

v. 1142. scribe:

βροτοῖς στέλλεται; κακῶν δὴ γὰρ αἰ.

v. 1144. φέρουσιν.

v. 1145, 1146. cum suis antistrophicis in unum conjungendi.

v. 1147. ἐπαγχίασα quadrisyllabum est; antistrophicos autem, 1156. sqq. sic scribe:

ἰὼ, ἰὼ, λιγείας μόρον ἀηδόνος·
περίβαλον γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας.

v. 1153. scribe ἀκόρετος, et v. 1164. ὀρθοῖς.

v. 1178. scribe πόλεος ὀλομένας.

v. 1185. sq. ita corrigendi:

καὶ τίς σε κακοφρονεῖν τίθη-
σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπιτνῶν
μελίζειν πάθη γοερὰ θανατηφόρα;

v. 1422. scribe:

ἀπόπτολις δ' ἔσῃ, μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς.

v. Sophocl. Œd. R. 1000. Col. 207. Trach. 647.

v. 1461. μόλοι, et 1481. κράτος in præcedentem versum rejicienda videntur.

v. 1465. βίον delendum puto. Ita Homerus loquitur Od. ii. 368. et Euripides Alcest. 992.

v. 1482. omnino legendum καρδιόδηκτον.

v. 1542. scribe εὐπάλαμον.

v. 1576. scribendum videtur δόμων ἐκβάλοι.

VARIETAS LECTIONIS

IN

EDITIONE PORSONIANA:

IN AGAMEMNONE,

CHOEPHORIS,

ET

EUMENIDIBUS.

VARIETAS LECTIONIS

IN

EDITIONE PORSONIANA,

QUÆ SINE EDITORIS NOMINE PRODIIT GLASGUÆ 1795. FOL.

IN AGAMEMNONE.

ver.

7. ἄστερας ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.] uncis inclusus.
27. ἀπαντείλασαν] ἐπαντείλασαν.
69. ὑποκλειὼν] ὑποκλαίων.
72. ἀτίται] ἀτίτᾳ.
78. ἄρης δ' οὐκ ἔνι γ' (sic enim in editione nostra excudi debebat) ᾦρᾳ] ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ.
97. λέξ'] λέξασ'.
103. φρένα] φρενί.
104, 105. in unum contracti.
108. ἀλκᾷ ξύμφυτος αἰέν·] ἀλκὰν ξύμφυτος αἰών.
120, 121. in unum contracti.
148. αἰτῶ] αἰτεῖ.
155, 156. in unum contracti versum heroicum.
157. νεικέων τέκτονα σύμφυτον
οὐ δεισήνορα. μέμνει—.
177. οὐδὲν ἂν] οὐδέν.
185. πάθη] πάθει.
193. ἀχαιϊκῶν] Ἀχαϊκῶν.
196. sq. sic divisi :
Εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύ-
νοντ' Ἀχαϊκὸς λεώς.
202. ναῶν] νεῶν τε.

ver.

205. Ἄργεος] Ἀργείων.
207. ἄλλο τι] ἄλλο.
209. ἔκλαγξε] ἔκλαγξεν.
210, 211. sic divisi :
Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκ-
τροις ἐπικρούσαντας Ἀτρεί-
δας δάκρυ μὴ κατασχεῖν.
215. sq. sic procedunt :
βαρεῖα δ' εἰ τέκνον δα-
ΐξω δόμων ἄγαλμα.
220. δὲ γένωμαι] γένωμαι omisso δέ.
223. sq. sic divisi :
Παρθενίου θ' αἵματος ὀρ-
γᾷ περιόργως ἐπιθυ-
μεῖν θέμις. εὖ γὰρ εἴη.
230. φρονεῖν μετέγνω Βροτοὺς] φρονεῖν μετέγνω βροτοῖς.
235. καὶ ναῶν προτέλεια] καὶ προτέλεια ναῶν.
236. sqq. sic procedunt :
Λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους
Παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρθένιον
Εθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.
ita ut nulla post hunc versum lacuna notetur.
242. παντὶ σθένει] παντὶ θυμῷ.

ver.
243. sqq. sic leguntur:
Λαβεῖν αἴρδην, στόμα-
τός τε καλλιπρῴρου
Φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγον ἀ
ραῖον οἴκοις
Βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει
Κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσ'
ἔβαλ' ἕκαστον
Θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει φι-
λοίκτῳ;
Πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς, προσ-
εννέπειν
Θέλουσ'· ἐπεὶ πολλάκις πατρὸς
κατ' ἀνδρῶνας
Εὐτραπέζους ἔμελψεν.
254. ἁγνᾷ] ἁγνά.
255. τρίσπονδον] τριτόσπονδον.
257. τὰ δ' ἔνθεν—εἴποι] τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον, οὔτ' ἐννέπω.
261. sq. τὸ δὲ προκλύειν, πρὶν ἢ 'πιγένοιτ' ἂν ἤλυσις, προχαιρέτω.
263. ἴσον δὲ τὸ προστενάζειν] ἴσον δὲ τῷ προστένειν.
264. ζύναρθρον ἄταις] σύναρθρον αὐταῖς.
269. ἐστιν] ἐστι.
276. πεύσῃ] πεύσει.
294. φανὸν] πανόν.
303. ἀφραδμόνως] ἀφρασμόνως.
332. ἄλειφάρ τ'] ἄλειφά τ'.
348. εὐσεβοῦσι] εὖ σεβοῦσι.
355. ἀμπλάκητος] ἀπλάκητος.
356. ἐγρήγορον] ἐγρηγορός.
379. ὡς ἔπραξ'] ὡς ἔπραξεν.
384. ἐγγόνους] ἐγγόνοις.
385. ἀτόλμητον—πνεόντων] sic leguntur:
'Ατολμήτων Ἄρη
Πνεόντων μεῖζων ἢ δικαίως.
416, 417. in unum contracti.
418. βέβακεν] βέβακε.
445. μὲν γὰρ] μὲν γάρ τις.
445. sqq. ita ordinantur:
Οὓς μὲν γάρ τις ἔπεμψεν
Οἶδεν· ἀντὶ δὲ φωτῶν
Τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκάσ-
του δόμους ἀφικνεῖται.
449. sq. sic divisi:
Ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης
Σωμάτων καὶ ταλαν-
τοῦχος ἐν μάχῃ δορός.

ver.
453. sqq. sic constituti:
Ψῆγμα δυσδάκρυτον ἀν-
τήνορος σποδοῦ γεμί-
ζον τοὺς λέβητας εὐθέτους.
Στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄν-
δρα τὸν μὲν ὡς μάχης ἴδρις.
462. προδίκοισιν] προδίκοις.
465. sic:
εὔμορφοι κατέχουσιν ἐχ-
θρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν.
467. sqq. ita constituti:
Βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ
Δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.
471. sqq. ita ordinantur:
Τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ
'Ασκοποὶ θεοί. κελαι-
ναὶ δ' οὖν 'Ερινύες χρόνῳ
Τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας
Παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου.
483. sq. sic procedunt:
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλ-
λων βίον κατίδοιμι.
485. sqq. ita ordinantur:
Πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου
Πόλιν διήκει θοὰ
Βάξις· εἰ δ' ἐτητύμως.
490. παραγγέλμασι] παραγγέλμασιν.
491. sqq. ita constituti:
Νέοις πυρωθέντα καρδίαν ἔπειτ'
'Αλλαγᾷ λόγου καμεῖν;
Γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει
Πρὸ τοῦ φανέντος χάριν ξυναινέσαι.
503. ἐφήλωσε] ἐφήλωσεν.
507. ὃς οὔτ'] ὡς οὔτ'.
555. πεπληγμένοι] πεπληγμένος.
558. θυμῷ στύγος] στύγος στρατῷ.
562. πέπρακται ταῦτα. Πολλῷ δ' ἐν] πέπρακται. ταῦτα δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ.
568. οὐ λαχόντες, ἤματος] οὐ λαχόντες ἤματος.
571. δὲ κᾀπὸ] γὰρ κἀπό.
ibid. λειμωνίας] λειμωνίαι.
588. Τροίην] Τροίαν.
597. σὺν] ξύν.
607. ἐν θεῶν θ' ἕδραις] ἕδραις ἐν θεῶν.
608. κομοῦντες] κοιμῶντες.
633. κᾀληθῆ] τἀληθῆ.
657. εὐάγγελοι ἥκων τε] εὐάγγελον ἥκοντα.
666. κερωτυπούμεναι] κεροτυπούμεναι.

ver.
668. κακῷ] κακοῦ.
675. θέλουσ'] στελοῦσ'.
697. in duo sic divisus :
Τὰν δορίγαμβρον
'Αμφινεικῆ θ' Ἑλέναν.
700. ἀμβροτίμων] ἀβροπήνων.
705. πλατᾶν] πλάταν.
706. κελσάντων] κέλσαντες, et voc. ἀκτὰς ad sequentem versiculum relatum.
707. ἀεξιφύλλους] ἀξιφύλλους.
711. ἤλασε] ἤλασεν.
714. sqq. ita constituti :
Πρασσομένα τὸ
Νυμφότιμον μέλος ἐκ-
φάτως τίοντας.
723. αἰῶν' ad seq. v. refertur.
728. οὗτος γ' ἀνὴρ] οὗτος ἀνήρ.
777. νεαρὸν φύουσα κότον] νεαρὰ φάους κότον.
781. εἰδομένας] εἰδομέναν.
783. δώμασι] δώμασιν.
787. sq. παλιντρόποις—ὄμμασιν] παλιντρόποις ὄμμασι λι-ποῦσ'
799. δυσπραγέοντι] δυσπραγοῦντι.
814. νῦν οὐκ] νῦν δ' οὐκ.
816. γνώσῃ] γνώσει.
826. πληρουμένη] πληρουμένῳ.
879. sq. τρισώματος—λαβὼν] ita leguntur :
Πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω
Χθονὸς, τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβών.
955. σὺν ταῖσδε] ξὺν τοῖσδε.
970. sqq. optime sic leguntur, interpunctione quoque meliore :
Οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ,
Ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.
983. δὲ σοί τι] δέ τοι σοί.
989. ἀποπτύσας] ἀποπτύσαν.
991. ἧξει] ἵζει bene.
995. παρῆψεν] παρήβησεν.
999. sqq. optime sic emendati :
Τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ
Θρῆνον Ἐριννύος
Αὐτοδίδακτος ἔσωθεν
Θυμὸς, οὐ τὸ πᾶν ἔχων
Ἐλπίδος φίλον θράσος.

ver.
1007. sic editi :
Εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τι
Ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν.
1010. τὸ] τοι.
1014. ita constitutus :
Ἄνδρος ἔπαισεν * *
1016. sq. ita scripti :
Καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων
Κτησίων ὄκνος βαλών.
1026, 1027. sic leguntur :
Τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσόνθ' ἅπαξ
Θανάσιμον προπάροιθ' ἀνδρός.
1028. ἂν] additur πάλιν e seq. vers.
1031. τοὺς φθιμένους] τῶν φθιμένων.
1044. ἀμηνίτοις] ἀμηνίτως.
1068. δέχῃ] δέχει.
1092. περ ἐν] παρόν.
1099. κ' ἀρτάνας] κἀρτάναι.
1100. σφάγιον καὶ πέδου] σφαγεῖον καὶ πέδον.
1101. εὖριν] εὖρις.
1103. μαρτυρίοις γὰρ τοῖσδε πείθομαι] μαρτυρίοισι καὶ τοῖσι δ' ἐπιπείθομαι. Fortasse vitio typogr. pro τοῖς δ' ἐπ.
1106. sq. ἴδμεν—ἴδμεν] Ἦ μὴν—ἦσμεν.
1111. sq. ita constituti :
Ἄφερτον φίλοισιν δυσίατον, ἀλλὰ δ'
Ἑκὰς ἀποστατεῖ.
1118. προτείνει δὲ] additur e seq. vers. χειρ' ἐκ.
1130. sq. δορὶ πτωσίμοις—αὐγάς.] δορία πτώσιμος—αὐγαῖς.
1136. μελαγκέρῳ] μελάγκερων.
1142. κακῶν δὴ γὰρ] κακῶν γὰρ δὴ addito αἰ e seq. vs.
1144. φέρουσι] φέρουσιν.
1147. ἐπαγχίασα] ἐπεγχέασα.
1153. ἀκόρεστος] ἀκόρετος.
1178. πόλεως] πόλεος.
1183. ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμπέδῳ βαλῶ.
1190. νύμφας] νύμφης.
1202. δώμασι] δώμασιν.
1209. ὅρκος] ὅρκου.
1217. ἐμοῦ πένων χάριν] ἐμοὶ πνέων χάριν.
1223. ἤμπλακον] ἤπλακον.
1259. παιὼν] παίων.
1261. κατεύχῃ] κατεύχει.
1262. ἄγος] ἄχος.
1265. ἐπίσαμαι] ἐπίσασαι.

ver.
1278. ἀγαθὰ] ἀγαθῶ.
1279. ἄτην] ἄτης.
1281. ἐπόπτευσας] ἐπώπτευσας.
1284. κάλωμένη] καλουμένη.
1289. κοπείσης] κοπείσῃ.
1300. ἰοῦσα πράξω] ἰοῦσα κἀγώ.
1310. χρόνου πλέων] χρόνου πλέω.
1314, 1315. pristinus ordo horum versiculorum servatus.
1339. ἀντρέψειεν] ἂν τρέψειεν bene.
1340. ὤλεσε] ὤλεσεν.
1343. δακτυλόδεικτον] δακτυλοδεικτῶν.
1358. κοινωσοίμεθ'] κοινωσαίμεθ'.
1381. πληθύνομαι] πληθύομαι.
1382. κυροῦντ'] κυροῦνθ'.
1389. νείκης] νίκης.
1420. ὀρόμενον] ὄρμενον.
1422. ἴσῃ] ἴσει.
1430. τῆσδ' ἔχρῃ] τῆσδε χρῆν.
1436. γνώσῃ] γνώσει.
1440. οὐ πρέπει ἀτίετον] εὐπρέπειαν τίετον.
1446. ἐμᾶς] ἐμῆς.
1461. αἰεὶ] ἀεί.
1466. παράνομος] παρανόμους.
1479. ἐμπίπτεις] ἐμπίτνεις.

ver.
1490. νείρῃ] νείρει.
1509. μὴ δ'] μηδ'.
1516. εἶ σῦ] εἶ.
1523. πάχναν] πάχνα.
1557. sq. ἐπιτύμβιον αἶνον] ἐπιτύμβιος αἶνος.
1570. χεῖρα] χεῖρι.
1578. χρησμός] χρησμόν.
1586. μοί γ'] μοι, δ'.
1590. ἄγη] ἄχη.
1606. ἔκρυπτ' ἄνωθεν — καθημένους] ἔθρυπτ' ἄνωθεν—καθήμενος.
1612. sq. ἀρᾷ. Οὕτως ἀλέσθη] ἀρᾷ, Οὕτως ὀλέσθαι.
1624. τόνδ' ἔφης] τόνδε φῄς.
1630. γνώσῃ] γνώσει.
1644. ἴσῃ] ἴσει.
1648. ᾗ] ἦ.
1651. μὴ σειρασφόρον τι καὶ κριθιῶντα] οὔτι μὴ σειρασφόρον κριθῶντα.
1655. ἀλλά νιν] ἀλλὰ σύν.
1660. γνώσῃ] γνώσει.
1667. ὕπαρχε] ὑπάρχει recte.
1668. ἀλλὰ—πρὸς] Στείχεθ' οἱ γέροντες ἤδη πρὸς—
1669. εἴξαντι καιρῷ] εἴξαντα καιρόν.

IN CHOEPHORIS.

ver.
13. μειλίγματα] μειλίγμασιν.
21. κόπῳ] κτύπῳ.
24. ἰϋγμοῖς] ἰϋγμοῖσι.
26. ἄλγεσι] ἄλγεσιν.
34. βαρὺ] βαρύς.
46. τί γάρ; λυγρὸν] τί γὰρ λυτρόν.
60. τοὺς] τοῖς.
61. τοῖς δ' ἐν] τὰ δ' ἐν.
64. δι' αἷμα δ' ἐκποθὲν] δι' αἷμα τ' ἐκποθένθ' bene.
67. Post hunc versum sequitur quidem in textu Porsoni versus a nobis ejectus τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νὺξ, uncis tamen inclusus.
70. χειρομυσῆ] χαιρομυσῆ.
71. φόνον — μάτην] φόνον καθαίροντες ἰοῦσαν ἄτην.
76. πρέπον τύχαις] πρέποντ' ἀρχαῖς.
108. χ' ὅστις] χὤστις.
123. δωμάτων] δ' ὀμμάτων.

ver.
128. ὡς] πῶς.
129. πεπραγμένοι] πεπραγμένοι.
137. εὐφρονεστέραν] σωφρονεστέραν.
141. ἀντικατακτανεῖν] ἀντικατθανεῖν.
142. καλῆς] κακῆς.
151. κεδνῶν, κακῶν τ'] κακῶν κεδνῶν τ'.
155. sqq. sic procedunt:
ἰὼ τίς δορυσθενὴς ἀνὴρ, ἀναλυτὴρ δόμων
Σκύθης, τά τ' ἐν
Χεροῖν παλίντον' ἐν ἔργῳ βέλη
'πιπάλλων Ἄρης.
173. ἡμῶν] ἡμῖν.
182. διψίων] δίψιοι.
187. ἐμὴ δὲ] ἐμή γε.
194. ἀποπτύσαι] ἀποπτύξαι.
197. τιμὴ] τιμήν.
214. ἐκπαγλουμένῃ] ἐκπαγλουμένην.
220. κἂν τοῖς ἐμοῖσιν] κἂν τοῖς ἐμοῖς ἄρ'.
221. τάδε ἐγώ] ταῦτ' ἐγὼ bene.

ver.

222. *μὲν οὖν*] *μὲν νῦν* male.

223. sqq. hoc ordine procedunt:

Κουρὰν—
Σαυτῆς—
Ἰχνοσκοποῦσα—
Ἀνεπτερώθης—
Σκέψαι—

233. *σωτήριος*] *σωτηρίου.*

237. *πατέρος*] *πατέρα.*

247. *ἐντελεῖς*] *ἐντελής.*

255. *αἰετοῦ*] *ἀετοῦ.*

276. *τὰς δὲ*] *τάσδε.*

280. *τ' ἐφώνει*] *τε φωνεῖ.*

282. *ὁρῶντι*] *ὁρῶντα.*

331. sqq. Oresti assignantur.

336. *ἄτα*] *ἄτα;*

341. *γε κομίζοι*] *κομίσειεν.*

359. *πεισιμβρότῳ τε βάκτρῳ*] *πεισιμβροτόν τε βάκτρον.*

360. *Τροίας*] *Τρωΐας.*

381. *τελεῖται*] *στελεῖται.*

397. *σταγόνας*] *σταγόνος.*

399. *λοιγὸν Ἐριννὺς*] *λοιγὸς Ἐριννύν.*

404. *ἴδετ'*] *ἴδεσθ'.*

410. *μοι*] *μου.*

415. sqq. ita divisi et scripti:

Τί δ' ἂν εἰπόντες τύχοιμεν ἄν; ἢ τάπερ
Πάθομεν ἄχθεα πρός γε τῶν τεκομένων;
Πάρεστι σαίνειν, τὰ δ' οὔτι θέλγεται.

433. *τίσει*] *τίσει'.*

437. *Ἐμασχαλίσθη*] *ἐμασχαλίσθης.*

ibid. *ὡς τόδ' εἰδῇς*] *ὡς τότ' ἴδυ.*

441. *Κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.*

442. Electræ tribuitur.

444. *πολυσίνου*] *πολυσίνους.*

451. *ὄργα*] *ὀργᾷ.*

453. *φίλοισι*] *φίλοις.* et hic versus Electræ tribuitur.

458. *ξύμβαλλε*] *ξυμβάλλει.*

460. sqq. Electræ tribuuntur.

469. *ἕτας*] *ἑκάς.*

480—482. Oresti tribuuntur.

494—496. Electræ adscribuntur.

507. *καὶ μὴν ἀμόμφητον δέ τινα τὸν λόγον.*

508. *τοῦδ' ἄν.*

528. *Καὶ πῶς; ἄτρωτον οὖθαρ*] *καὶ πῶς ἄτρωτον οὐκ ἄρ'.*

543. *ἀμφιταρβὴς*] *ἀμφὶ τάρβει.*

575. *πρόσθ' οὖν σὺ μὲν*] *σὺ δ' οὖν, σὺ μέν.*

581. *γαῖα*] *γᾶ.*

582. *δεινὰ*] *δεινὰ καί.*

604. *αἴθουσα*] *κάουσα.*

609. *ἄλλαν*] *ἀλλά.*

611. *ὑπαὶ*] *ὑπέρ.*

616. sq. sic leguntur:

Νοσφίσασα προβούλως
Πνέονθ' ἁ κυνόφρων ὕμνῳ.

619. *ἐπέμνησα μὲν*] *ἐπεμνησάμεσθ'.*

629. *εἴκασε*] *εἴκασεν.*

652. *φιλόξενός ἐστιν*] *φιλοξένη 'στιν.*

692. *εὐβούλως*] *εὐβόλως.*

700. *δ' ἦν*] *ἦν.*

703. *ἀξίων*] *ἀξίως.*

752. *ἢ λιμὸς*] *εἰ λιμός.*

753. male post *τέκνων* punctum sublatum, et post *οὖσα* positum: fortasse operarum errore.

763. *ἢ πῶς;*] *τί πῶς;*

768. *γηθούσῃ*] *γαθούσῃ.*

769. *εὐαγγέλῳ — φρενί*] *εὐαγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος.*

802. *τοῖνδε καλῶς κταμένοιν*] *τόδε καλῶς κτάμενον.*

812. *κρυπτά*] *κρύπτ'.*

814. *ἐμφανέστερον*] *ἐμφανέστερος.*

825. *ἐπαΐσας*] *ἐπαΰσας.*

832. *χάριτας ὀργᾶς*] *χάριτος ὀργάς.*

847. *ὡς αὐτὸν αὐτῶν*] *ὡς αὐτὸς αὐτῶν.*

860. sqq. sic scripti:

ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
Δαίων, ἀρχαῖς τε πολισσονόμους,
Ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον *.

* Concinnius autem fuerit, et antecedentibus pariter ac sequentibus aptius, ita rescribere:

ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
δαίσειν, ἀρχαῖς τε πολισσονόμους
Διέξειν πατέρων μέγαν ὄλβον.

ut infinitivi *δαίσειν* et *διέξειν* a *μέλλουσι* v. 856, pendeant.

ver.
872. οἴμοι πὰν, οἴμοι] οἴ μοι πανοί μοι *.
883. λέγω] λόγῳ.
892. κείσῃ] κείσει.
897. δῆτα] δὴ τά.
905. ξὺν] νῦν.
909. σεβίζῃ] σεβίζει.
936. δὴ] δ' ἐς.
937. post φυγὰς puncto distinguitur, post ὡρμημένος nullum interpunctionis signum.
940. τριβᾶς] τριβάς.
958. μέγαν] μέγα.
959. Ἄλιον] ψάλιον.
961. sqq. sic leguntur:
Χαμαιπετῆ σε κεῖσθ' ἀεὶ
Τάχα παντελὴς χρόνος ἀμείψεται
Πρόθυρα δωμάτων———
965. ἀτᾶν ἐλατηρίοις] ἅπαν ἐλατήριον.
ibid. τύχαι] τύχα.
987. ἔχει—δίκην] ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην.
991. ἦτ'] ἤ.
994. κἂν] καὶ bene.
1019. ἡνιοστρόφον] ἡνιοστρόφου.
1041—1044. Choro tributi.
1041. εὖτε] εὖγε.
ibid. ἐπιζευχθῶ] ἐπιζευχθῇς.
1049. μὴ φοβοῦ νικῶν πολύ] μὴ φοβοῦ νικῶ πολύ. Bene.
1064. πνεούσας] πνεύσας.

* Rectius fortasse;
οἴμοι πανοικεὶ, δεσπότου, τελουμένου·
οἴμοι μάλ' αὖθις κἂν τρίτοις προσφθέγμασιν.

IN EUMENIDIBUS.

ver.
7. δίδωσιν δ' ἣ] δίδωσιν ἥ.
25. ἐξ οὖτε] ἐξ οὖγε.
38. ἀντίπαις μὲν οὖν] Colo post οὖν distinguitur.
130. καρδίᾳ] καρδίας.
108. νυκτίσεμνα] νυκτὶ σεμνά.
117. ἀνὴρ] ἁνήρ.
118. φίλοις γὰρ εἰσὶν οὐκ ἐμοῖς προσίκτορες.
121. ἀναστήσῃ] ἀναστήσει.
132. τῷδ'] τῷ.
154. πάρεστιν] πάρεστι.
155. δαμίου] Puncto distinguitur.
158. πλέον] Colo interpungitur.
159. φονολειβῆ] φονολιβῆ.
164. μάντι, σῷ] μάντις ὤν. Recte, ut nos quoque in Commentario conjeceramus.
169. γε] τε.
172. δ' ὢν] ὤν.
173. πάσσεται] πάσεται.
195. εἷς] εἰς.
198. πέμψαι. τί μήν;] πέμψαι τί μή;
207. Eumenidibus tribuitur:
208. ἤρκεσ' ἂν] ἠρκέσω.
213. ὅρκου τε μεῖζον] ὅρκου τε μείζων.
214. εἰ] ἦ.
215. πένεσθαι] γενέσθαι.
220. λείπω] λίπω.
221. πόνου] πόνον.
224. λέγῃ] λέγει.
234. πορεύμασι] πορεύμασιν.
247. κατεπτακὼς] καταπτακών.
262. ἰσχνάσασ'] ἰσχνάνασ'.
263. ἀντίποιν' ὡς] ἀντιποίνους.
ibid. μητροφόνου] μητροφόνας.
264. δ' ἐκεῖ τίς] δὲ κεῖ τις.
280. ὅσοις] ὅστις.

ver.
287. Λιβυστικῆς] Λιβυστικοῖς.
319. ποινὰν, κλῦθ'] ποινᾶν κλῦθ'.
322. ματρῷϊον] ματρῷον.
331. sq. sic leguntur:

Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν
Θνατῶν τοῖσιν αὐτουργίαι.

Recte, ut opinor.
342. αὐονὰ βροτοῖς] αὔων βροτοῖς.
353. ἐπιπόνως] ἐπὶ τὸν . . . .
356. sqq. sic leguntur Heathii transpositione admissa:

ἀντις. β'.

Σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν
τινὰ τάσδε μερίμνας·
Θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖ-
σι λιταῖς ἐπικραίνειν
Μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἐλθεῖν.
Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς
Ἀξιόμισον ἔθνος τόδε λέσχας
Ἃς ἀπηξιώσατο.
Μάλα γὰρ οὖν ἀλωμένα
Ἄγκαθεν βαρυπεσῆ
Καταφέρω ποδὸς ἀκμὰν,
Σφαλερὰ τανυδρόμοις
Κῶλα, δύσφορον ἄταν.

στρ. γ'.

Δόξαι τ' ἀνδρῶν καὶ μάλ' ὑπ' αἰ-
θέρι σεμναὶ,
Τακόμεναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄ-
τιμοι
Ἡμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν, ὀρχησ-
μοῖς τ' ἐπιφθόνοις ποδός.

ἀντιστ. γ'.

Πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρο-
νι λύμᾳ
Τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπό-
ταται.
Καὶ δνοφεράν τιν' ἄχλυν κατὰ δώ-
ματος αὐδᾶ-
ται πολύστονος φάτις.

379. μένει γὰρ] μένει γάρ·
395. γῆν καταφθατουμένη] τὴν κατα-
φθατουμένην.
408. ὀρωμέναις] ὀρωμέναις.
416. πιύσῃ] πιύσει.
421. ἐπιῤῥοιζεῖς] ἐπιῤῥοιζεῖ.
426. ἂν δεξαίμεθ', εἰ δοῦναι θέλοι] οὐ δέ-
ξαιτ' ἂν, οὐ δοῦναι θέλει.
428. πίνῃ] πίνει.

ver.
447. νεοθηλοῦς] νεοθήλου.
451. πιύσῃ] πιύσει.
453. ναυατῶν] ναυβατῶν.
458. λουτρῶν δ'] λουτρῶν.
470. ἐμοῖς] ὅμως.
477. ἐστίν] abest colon.
478. δυσπήμαντ'] δυσπήματ'.
504. τις uncis inclusum.
527. θεὸς ἅπασιν vitio typographico post κράτος positum et sequenti quoque versiculo repetitum.
527. ἄλλ'] ἄλλα vitio typogr. additum.
527. sq. ἄλλ' ἄλλᾳ δ' ἐφορεύει] ἄλλᾳ δ' ἀλλ' ἐφορεύει.
530. δυσσεβείας] δυσσεβίας.
545. δωμάτων ἐπιστροφὰς] ἐπιστροφὰς δω-
μάτων.
549. πανώλεθρός γ' οὐ] π. δ' οὐ.
550. παραιβάταν] παραιβάδαν.
551. παντόφυρτ' ἄγοντ' ἄνευ] π. ἄνευ.
554. τε abest.
557. θερμῷ] θερμουργῷ.
558. ἰδὼν ἐν] ἰδών.
559. δύας λεπάδνοις] δύαις λέπαδνον.
574. ἀνὴρ] 'ἀνήρ.
605. ἀπεύχῃ] ἀπεύχει.
615. μὴ κελεύσει] μὴ 'κέλευσε.
626. ἀκούσῃ] ἀκούσει.
630. Δρύτην] δρύτῃ.
681. αἰὲν ἀδίκαστον] Ἀεὶ—δικαστῶν.
690. μὴ 'πικαινόντων] μὴ 'πικαινούντων.
713. μαντεύσῃ] μαντεύσει.
725. ὕπνῳ] οἴνῳ.
727. ἐμῇ] ἐμεῖ.
728. καθιππάζῃ] καθιππάζει.
743. Choro tribuitur.
749. ὅγ'] ὅδ'.
754. ἀνὴρ] 'ἀνήρ.
769. ὀρθουμένοις] ὀρθουμένων.
781. χθονὶ ἄφορον] χθονιαφόρον.
788. μεγάλα τοι] μεγάλατοι.
833. θύν] θύῃ.
854. τεύξῃ] τεύξει.
859. ἐξεροῦσ'] ἐξελοῦσ'.
905. βοτῶν] βροτῶν.
923. ἐξαμόρξυσαι] ἐξαμόρξαι.
930. μὴν] μή.
932. ἀμπλακήματα] ἀπλακήματα.
948. ἐπικρανεῖ] ἐπικραίνει.
958. ἔχοντας, θεαὶ] ἔχοντες θεαί.
987. εὑρίσκει] εὑρίσκειν.
994. χαίρετε, χαίρετ'] χαίρετ' semel.

ver.
994. ἀζημίαις] αἰσιμίαις.
1001. δέ με] δ' ἐμέ.
1005. ἀτήριον] ἀτηρόν.

ver.
1002. ἐπιδιπλοΐζω uncis inclusum.
1024. Θησηΐδος] Θησῇδος.
1030. φιλοτίμου] φιλότιμοι.

Varietatem lectionis in *Supplicibus* jam in commentario nostro enotavimus, ut his repetere nihil necesse sit.

FINIS.

EXCUDEBAT N. BLISS, LONDINI.

